
BIBLIOTECA NAZIONALE
13
7 I
8

DE OCCIDENTE UNUM PRO ALIO.

DE
OCCIDENTE
UNUM PRO ALIO

TRACTATIO METHODICA,

Juridico-Moralis, ac Theorico-Practica, nedum Criminalis, & Civilis, ſed etiam Canonicæ, ac Moralis Diſciplinæ profeſſoribus utiliſſima.

AUTHORE

PETRO FRANCISCO PASSERINO
COMITE BILEGNI, AC EXCELSI DUCALIS CONSILII
PRÆSIDE.


SER.MO RAYNUTIO II.
FARNESIO
PLACENTIÆ, PARMÆ, &c. DUCI VI.





EXCUDEBANT

PARMÆ, Albertus Pazzonus, & Paulus Montius Socii
Anno M DC XCIII.
SUPERIORUM PERMISSU.



SER.ME DUX.



Artus, quos ſenio Confecti generant, brevem plerunque vitæ curſum ſortiuntur, cum ſpiritus, quos temporis diuturnitas in generantibus pene conſumpſit, in generatis longævitatem influere nequeant. Meo huic Operi, quaſi vetuſtæ plantæ fructui, ut potè octuageſimo ſecundo ætatis meæ anno in lutem prodeunti, ſimilem omnino caſum valde timerem, DVX SER.ME niſi ſtatim illud non tam à me genitum,

quam

quam è Tua munificentia ærario natum, Augustissimo Nomini, ac Numini Tuo sacrarem, cujus splendoribus illuminatum, protectione defensum, favoribus insignitum diutissime ad laudem, & Gloriam Tuam perennabit: prout ego Tibi Principum Luminari, Justitiæ simulacro, ac populorum suffragio venerabundus omnem omnino fælicitatem auspicor, ac deprecor, Tuamque simul Divinam propemodum beneficentiam humillime imploro, ut minimum hoc maximi obsequii monumentum ea excipias benignitate, qua per tot lustra Authoris fidelitatem, ac ingenuitatem dignatus es, eumque in posterum etiam tegere, ac protegere digneris.

Placentiæ 31. *Augusti* 1693.

Humillimus, Devotiss. ac Devinctiss. Servus, ac Vassallus.

Petrus Franciscus Passerinus.

De Illustrissimo, & Excellentiss. Auctore

NOVI ELUCUBRATISSIMI TRACTATUS

DE OCCIDENTE UNUM PRO ALIO

DISSERTATIO

ENCOMIASTICA

GEORGII HIPPOLYTI DE GEORGIIS,

J.C. PLACENTINI.

Quomodo AUCTOR sit Unus; & Unus pro Alio.



Uo aliqua sunt aut Naturà abditiora, aut Magnitudine altiora, eò parciùs Humanæ Menti fiunt pervia; & molestiùs, ut in se sunt, patiuntur se linguà exprimi. Quemadmodum enim, ut altè scribit Seneca (1) *Proceritas Sylvæ, & Secretum loci, & admiratio umbræ in aperto tam densæ, atque continuæ Fidem Numinis facit:* ita si quando cujuspiam Obiecti latens opacitas, vel immensa altitudo Intellectui occurrit, monet Reverentiæ insitam Ingeniis investigandi cupiditatem: & infusà sui admiratione Perspicaciæ acumen cogit hebescere. Hinc Rerum hujus Indolis ea videtur esse veluti peculiaris laudis Nota, quòd, sicut intelligi, sic laudari nequeant.

(1) Epist. 41. lib. 5.

Intellectus tamen impotentiæ hujusmodi, tanquam suæ activitati detrahentis impatiens, ex ipsa difficultate, ac admirabilitate desideriũ æstu acriore inflammat; & excitatis Quæstionibus torquendo ea, quæ non capit, arreptà disputandi licentià præreptam capiendi Facultatem vel ulcisci, vel redimere contendit. Neque ex hac audacià decrescit ipsarum Rerum extra fines humani captus jacentium Majestati. Quin eà ratione, quà maximè à repetitis Aggressorum oppugnationibus probantur munitissimæ, ac impenetrabiles Arces: pari successu ex ferventiore, quo examinantur studio firmatur, & quodammodo propagatur ipsa Rerum Dignitas. Id in ipso Deo elucet, qui naturalibus hominis viribus impervius (2) *lucem habitat inaccessibilem*, & (3) *posuit tenebras latibulum suum*. Nihilominùs inexhauribilis illa infinitæ lucis Abyssus non irascitur animosis Speculantium

(2) Timoth. cap. 6.

(3) Psalm. 17.

a nisibus

nisibus: quin Religioni, & Gloriæ Numinis confert; si (4) custoditis verecundè Fidei limitibus, disputetur acerrimè in Scholis circa Dei Essentiam, Scientiam, Voluntatem, ac Attributa.

Planè par Me negotium excipit, dum Illustrissimum, & Excellentissimum hujusce Tractatus Auctorem obsequioso conamine intelligere, ac laudare aggredior. PASSERINI Nomen est Epigraphe secretioris Sapientiæ. Hæc exuberantia luminis, (5) fulgidæ caliginis instar, quà olim divites Templi Parietes offundebantur, intimam Thesaurorum, quos abdit, opulentiam celat. Irritus desperat penetrandi ardor: quia, quò plures Partes haurit diligentia, eò uberiores in Eminentissimo Obiecto superesse fatetur. Ut ergo perplexo adeò molimini arte occurram, institutà circa ipsum Disputatione, differentium more id agam, ut certiora, quà potero, de Summo Viro explorem; relictà felicioribus Ingeniis plenioris conatus Glorià. Proniùs ejusmodi consilium amplector: quia Disputanti, cui est pro Fine Veritas, nulla obiici poterit assentationis suspicio, quæ raró consuevit abesse à laudantis artificio. Dissertationis autem Argumentum nō excerpam aliunde, quàm ex iis, quæ ab Auctore egregià subtilitate, ac perspicuitate ad examen revocata Tenebris meis veluti Faces accendunt. Erit ergo Dissertationis Thema de PASSERINO, qui disceptat *De Occidente Unum pro alio*: Quomodo Ipse sit verè Unus; & Unus Pro Alio.

Unitatis proprium est Miraculum, ut (6) & numerum omnem proscribat; & in se coarctet cumulatissimam Perfectionis Summam. Hinc scitè pronunciavit Origenes quòd (7) *Pertinet ad laudem Justi, quòd Unus dicatur*. In supremo, absolutissimo, ac independentissimo Divino Esse sola Unitas adstruit ineffabilem illam supra quicquid Deus non est Præeminentiam. Adeo ut, qui numerum superinducere tentet Divinitati, Divinitatem ipsam non tam irreligiosè lædat, quàm impiè destruat: prudenter monente ad rem Tertulliano, quòd (8) *Deus, si non Unus est, non est*. Nempe solius Unitatis Privilegio fit, ut qui Unus est, (9) par idem sibi, cæteris impar, sibi communicatas dotes in alios diffluere vetet: id sit ipse, quod extra se conspici nequeat: ex singulorum pretio (10) Unum pretium in se conflet: quadam conciliatrice harmonià, quicquid sibi accedit, ita (11) Uno, & eodem spiritu animet, ac imbuat, ut ab alio vendicari nequeat: Imò

(4) *Card. Pallavic. in Hist. Concil. Trid. lib. 9. cap. 5. num. 2.*

(5) *3. Reg. cap. 8.*

(6) *Unitas est principium numeri: at ipsa non est numerus arg. l. 10. in fin. ff. de acq. poss.*

(7) *Ap. Zidr. de Azeved. in cap. 18. Matth. n. 28.*

(8) *1. contr. Marcion. cap. 5.*

(9) *Macrob. 1. de somn. Scip.*

(10) *Alberic. in l. Ædiles ajunt, §. si forte, ff. de Ædil. edict.*

(11) *V. l. in rem §. Item quæcunque in fin. ff. de rei vendicat.*

cujus-

cujuslibet divisionis vel incapax, vel intolerans nullam suæ Unitatis separationem impetrari sustineat, & plura sibi maritando (12) *nullum ineat cum sua Unitate divortium*. Et sanè absque Unitatis Beneficio Nemo admittitur intra Famæ, ac Immortalitatis penetralia. Astra, quia multiplicia, turbam faciunt, & Nocti destinantur. Soli Planetæ, quorum quilibet Unicus est, speciali nomine distinguuntur. Mirabile illud inter Volucres Monstrum Phœnix, non versicolore plumà, quà Iridem exuperat non Lustrorum numero; non odorato cespite; non Rogo, cui Sol ipse fit Minister; sed unicè hoc decantatur Titulo, quòd verè sit, & dicatur (13) *Unica semper Avis*. Suprà Gemmarum vulgus, ut candore, sic Principatu emicant Uniones; quos ita dictos opportunè advertitur, (14) *quòd tantum Unus, nunquam duo, vel plures simul reperiantur*. Planè siquidem vulgaris, & infœcunda est Laus, ubi pluribus communicatur: neque solent excipi plausibus, nisi (15) *Propria quæ nemini præterquam Achilli contigerunt*.

(12) *Lauret. in append. de num. ad sylv. allegor. tit. de Unit.*

(13) *In Symbol. Eleonoræ Uxor. Franc. 1. Reg. Gall.*

(14) *Isidor. 16. Ethym. cap.* 10. *ex Brisson. de verbor. signif. lib.* 19.

(15) *Ar.* 2. *Reth. cap.* 22.

Hæc est ergo Prærogativarum mira fœcunditas, quà Unitas in suà numeri ditescit inopià. Pretium hoc mirari, & venerari possum, non verò, ut sum præfatus, intimiùs penetrare, ac ad oculum demonstrare in PASSERINO. Ut tamen eam satis insinuem, provoco ab imbecillitate meà ad sublimiorum mentium activitatem; & productis irrefragabilium Testium suffragiis apertissimè rem evinco. Neque caret illustribus exemplis ejusmodi Ars probandi per Nobilium Testium dicta cujuspiam Meritum. In quo, ne plura ingeram, satis docemur Platoni, Aristoteli, Demostheni eximiæ adscripta fuisse laudi liberalissima, & ab omni invidià vacua, quæ (16) Tullius de iis protulit Testimonia.

(16) *Plutarch. in vit. Cicer.*

Porro inter Testes præcipuum sisto, ut præcipuum Apicem inter summa Ingenia obtinentem JOANNEM CARAMUELEM. Ejus Genius ubique candidus ab omni fuci suspicione Voluntatem: ejusdem Perspicacia, cui felicissimè patuit, quicquid cœteros latuit, ab omni scrupulo erroris Intellectum liberat. Is ergo, qui non perfunctorià, sed usque ad excessum Vitæ productà, & continuatà cum PASSERINI Ingenio communicatione, penitiore haustu illius amplam profunditatem absorbuit, ut PASSERINUM perfectissimè Unum probet, eum ubique non positivis Epithetis condecoratum in nobilem tot suorum Voluminum

Scenam inducit: verùm ſolis illis exornat Formulis, quas Philoſophus vocat, & maximè mirandis convenire probat (17) *Superlationes*. Sic alibi (18) *Eloquentiſſimum, & Ingenioſiſſimum Virum*: alibi *Doctiſſimum*, & *Eruditiſſimum*, (19) *inter Sublimia Ingenia Europæ non occupantem ſecundum locum*: alibi coacervatâ in eo unâ Magnitudine ex beatiſſimâ plurium; Diſciplinarum Poſſeſsione, appellat (20) *Philoſophum ſubtiliſſimum, Theologum ſublimiſſimum, Juriſconſultum Prudentiſſimum*.

Glorioſis ejuſmodi Superlationibus quis inficiabitur à Maximo Viro pleniſsimè deſignari præſtantiſsimam Auctoris Unitatem? Habemus inter Unitatis Axiomata, quòd (21) *Eo formaliter conſtituitur Ratio Unius, per quod Unum opponitur multitudini*. At PASSERINUS, Teſte CARAMUELE, ſecernitur per Eminentiam à Multitudine Literatorum per hoc, quòd inter ſublimiora Ingenia primam ſedem obtineat: ſummâ igitur conſequentiâ concurrit in eo Ratio unius ſummè perfecti. Reſultat hæc Ratio ex alio Unitatis Axiomate, quo qui eſt Unus, ſit (22) *quid Indiviſum in ſe, & diviſum à quocumque alio*. Aſſeritur autem à CARAMUELE PASSERINUS indiviſus in ſe, quia diviſus à cæteris Sapientibus per ſuperegredientem Magnitudinem. Quid ni ergo Unus credatur eâ Unitatis amplitudine, quæ nec Majores recipiat, nec Pares patiatur? Certè ut ſe ad hunc Unitatis mirabile Faſtigium reſpexiſſe profiteretur CARAMUEL, efficaciùs alibi prolati Teſtimonii vim evexit rariſſimo illo Elogio (23) *Rarus hodie, qui Doctrinam Eloquentiæ maritat: at PASSERINUS inter Raros ſubtiliſsimus, & Eloquentiſſimus*.

Proh! Quàm ingentem laudum Iliadem unica hæc CARAMUELIS linea concipit! Ea ſcilicet non infert ſimplicem Unitatem, ſed Unitatis energiam. Illud nempe eſt Magnitudinis ſe ipſam ſuperexcedentis Fatum, ut ad illam exprimendam ſola Hyperbole par ſit Veritati; & aliunde capi nequeat Proportionis Menſura, quam ab Exceſſu. Unus eſt PASSERINUS; ſed eâ Unitate, quâ non à multitudine, ſed à Raritate ipsâ ſecernatur: hoc eſt diſtinguatur ab iis ipſis, quos accuratiùs Fama diſtinguit. Id demum eſt, caput non ſupra Vulgus, ſed ſupra Principes Litterarum attollere: Æmulari Solem, qui nedum Aſtris minoribus, ſed Sphærarum Rectoribus Planetis præſtat:

(17) *Ar.* 3. *Retb. cap* 11. *& Art. Poet. cap.* 22.

(18) *Ep. ad Auctor. in Sched. liber. pag.* 247.

(19) *In Metametr. P.*2. *num.* 302.

(20) *Ibid. num.* 512.

(21) *Novarin. lib.* 27. *Axiom.* 99.

(22) *Novarin. ibid. Axiom.* 182.

(23) *In Theolog. Moral. Fundam. Francofurt.* 1653. *p.* 2. *ep.* 10.

Olym-

Olympum referre, cujus proceritas Cœlo se inserens non clivis, aut collibus; at arduis montium jugis superimminet: Uno verbo veram Sapientiæ Monadem implere: inter Literatiæ Reipublicæ Optimates Monarcham esse.

Ut ut singularis in hanc rem esset Testis CARAMUEL; ejus tamen Testimonium ut Viri Religione, Dignitate, Gloriâ, & Literarum Principatu fulgentissimi omnem exceptionem anteverteret. Imò ipsa hæc Testis præclarissimi singularitas opportunissima esset demonstrandæ quam adstruimus Unitati. Siquidem Sol unus Aquilam probat: Lilium unum sufficit indicandæ Veris opulentiæ. Purpura una, Sceptrum unum, Thronus unus Principis Unitati Reverentiam, Venerationem, Majestatem conciliat. Verùm in re præsenti haud singularis est CARAMUEL. Accedunt celeberrimi alii contestes: e quibus Duos tantùm seligam tanquam accommodatissimè PASSERINI Unitatem definientes.

Primus est Illustrissimus, & Reverendissimus LÆLIUS BOSCOLUS Auctoris olim ingeniosissimus Auditor, mox expressior Imago, & exprimentissimus Præco. Luculentissimi hujus Testis Nobilitatem ex antiquis, ac purioribus Hetruriæ rivis Stirpi derivatam auget meritò Marchionatus Dignitas. Religionem testantur incorrupti mores, quibus Pietas inest tanquam Habitus. Sapientiam produnt acuta, profundissima, & plenioribus Doctrinæ laticibus exundantia Juris Responsa, quæ passim in arduis, ac difficillimis causis edita (24) ab illustrioribus Italiæ Jureconsultis, evulgatis à se voluminibus sagaci consilio fuerunt inserta; ut non sine Vadimonio Famæ elaboratas lucubrationes publicæ luci concrederent. Dexteritatem, Perspicaciam, ac Prudentiam à tot annis confirmat vigilantissima secretiorum Status Negotiorum pro Serenissimo Duce perplexissimis temporibus Præfectura. Candorem demum commendat constantissima erga Amicos, Clientulos, ac omnes reliquos Fides: adeòut si à Tullio inscriptus fuit Liber de *Amicitia LÆLIUS*; visus sit prolusisse huic LÆLIO, cujus nomen est hodie Amicitiæ Generosissimæ Tessera, & Elogium.

Tantus igitur Vir Tanti Auctoris Unitati egregiè adstipulatus est hunc appellando (25) *Scientiarum Ærarium*. Quid efficacius ad indigitandam nobilem PASSERINI Unita-

(24) *Card. de Luc. lib.* 1. *de Feud.* ubi in fin. latissima Controversia Feudalis D. Boscoli. *Joseph Altogr. Cōtrov.* 96. quæ est D. Boscoli. *D. Consil. Torre de Primog. Ital. Part.* 2. ubi sex integra, & ampla D. Boscoli Responsa.

(25) *In Respons. publicè impresso pro DD. Vulpibus Landis Artic.* 5.

Unitatem? Ærarium est ditissima illa Thesaurorum Unitas, quæ in unius Principis Jura (26) hodie cessit; publicæ securitati, ac utilitati unicè prospiciens. Hæc ergo munificentissima appellatio mirè designat Unum PASSERINI Ingenium quibuscunque Gazis quibus munitur Sapientia refertissimum: adeò ut Uni Principi semper in pretio fuerit, & per Principis Prudentiam, & Clementiam publico Bono semper patuerit. Tantam nempe Opulentiam in Unum Caput ubi coaluisse agnovit, diù voluit in Aulà suo Lateri hærere Serenissimus RAYNUTIUS, ut ex eà promptiùs effluerent Tranquillitatis, ac Justitiæ Præsidia. Tandem ut tantæ Opes liberiùs publico Jure (ad quod (27) olim spectavit Ærarium) possent hauriri; supremo Senatui PASSERINUM præfecit; ut publicæ Felicitati ((28) quæ demum est verus finis Ærarij) devoveretur; publicoque usu probaretur: quod de illo pronunciatum publicè jam fuerat: (29) *Eundem omnium Utilitati, ac Beneficio natum fuisse.*

Post hos Testes si ad Assumpti fidem aliud suffragium addamus, videbimur facilè detrahere illorum Dignitati; ut qui sunt ex eorum classe, quorum (30) Auctoritas meretur fidem ex quæsitâ excelsioris Doctrinæ Famà. Verùm non ad robur, sed ad Argumenti ornatum juvat subnectere aliud Oldauri Scioppii perelegans Testimonium; qui PASSERINI Unitatem ut brevi Lemmate perstringeret illum enunciat (31) *Subiectum. Encyclopedicum, & Caramuelis Animam*: Encyclopediam qui dicit innuit sub unà Voce Unum Beatissimum conflatum ex universis Sapientiæ Partibus. Tale Unum reiicitur inter Ideas. Concipi siquidem potest ab uno Sapiente in abstracto; at non de Uno Sapiente in Concreto prædicari. Quare accederet Miraculo, quoties de uno Homine verificaretur de facto Encyclopedia. Hoc tamen Portentum affirmavit Oldaurus reduci à merà potentià ad actum in PASSERINO. Ut autem incredibili Assertioni conciliaret Fidem, subdidit pro Ratione, quòd sit *Caramuelis Anima*. Nempe satis constat quæ Scientiarum latitudo in immensum prolata excreverit in uno Caramuele. Hujus ergo cum Anima dicatur PASSERINUS, jam patet, quòd hujusce vocis mysterio evincatur, quòd PASSERINUS informet universam Disciplinarum amplitudinem, sive quòd sit amplissimi, & vastissimi literarum Cæli Intelligentia.

Firmis adeò Argumentis constitutà in PASSERINO

Unitate

(26) *Cujac. lib. 7. observ. c. 4. pr. Alciat. l. inser publica, ff. de V. S. V. Klock de Ærar. lib. 1. c. 2. à num. 12.*

(27) *Gail. 1. obs. 20. num. 3. Klock. d. cap. 2. num. 9. & 10.*

(28) *Klock. ib. n. 16.*

(29) *Jo: Bapt. Gargiar. de Aqu. cap. 11. num. 9.*

(30) *Bard. de Consc. Disc: pt. 4. cap. 4. num. 5.*

(31) In opere inscripto, *le Bellezze della Belisa pag. 223.*

Unitate, reliquus est labor, ut ostendamus postremo loco, quomodo adhuc Ipse absque tam miræ Unitatis dispendio dici debeat UNUS PRO ALIO.

Circa extremam hanc Quæstionem negotium facessit J. C. Paulus, qui disertissimè pronuntiavit, quòd (32) *Difficile est, ut unus Homo duorum Vicem sustineat*. Sol Planetas impertito lumine illustrat; sed non Planetarum vices peragit. Unum esse, ac Alium referre pertinet ad Præstigias, non ad Veritatem. Natura occupatur adeò in Uno perficiendo, ut sui muneris videatur oblivisci, si uno tempore curam ad plures distrahat. Quamobrem eleganter observat J. C. alter, quòd (33) *Nec Natura permisit simul uno impetu duos infantes de uno utero matris excedere*.

(32) *l. si plures sint, ff. de pact.*

(33) *l. Arethusa, ff. d. stat. hom.*

At huic Naturæ difficultati seu necessitatis Ingenium, seu Ingeniorum felicitas facilem medelam adhibuit. Prima extorsit ab ipsà Legum austeritate ab (34) antiquis Fabulis severà Religione abhorrente illas, quas Æquitas suasit, Juris Fictiones. Harum vi ea constitit ipsis mendaciis efficacia, ut Defunctos in superstitibus vivere, plures in uno, unum in pluribus jubeamur credere: hæcque approbata impostura (35) à Personis ad Res, ad Loca, ad Tempora mirà propagatione eàdem Æquitate Consulente à Legumlatoribus, & Jurisprudentibus est traducta. Liberiore successu Ingeniorum audacia frequentissimo Troporum usu nihil impensiùs vertit sibi laudi, quàm (36) *si plura pro uno ponat*, vel si unum doceat plura comprehendere: idque (37) *quantò plura contineat, tantò Urbaniùs, & Quantò breviùs, tantò magis probari* affirmat Philosophus.

(34) *Proem. Instit.*

(35) *V. Eckolt. ad tit. ff de probat. & præsumpt. §. 10. & ibi Add.*

(36) *Ar. 3. Rhet. cap 6.*

(37) *Ibid. cap. 11.*

Utranque hanc artem, quà Unus posit plurimos referre aut Natura liberalitèr indulsit, aut laboriosè Ingenium acquisivit PASSERINO. Delatà veluti ad eum Unum opulentissimà Sapientiæ Hæreditate revixere in Uno è suis cineribus quotquot longè à nostrà memorià pridem floruere Literarum Primates. Meritò ille RENASCENTIUM olim Academiam, cui pro simbolo Equum Trojanum attribuit, erexit, ac promovit. Sed gloriosiùs ex se Uno reclusos protulit Poetas amæniores, Oratores facundiores, Philologos eruditiores. Quicquid ad Doctrinarum pretiosiorem supellectilem seù ornandam, seu augendam confert, nobis exprimitur per unum Nomen PASSERINI: ut in quo recolunt Academiæ sapidiores sales; Cathedræ profundiorem

Inter-

Interpretum ſubtilitatem; Tribunalia maturiora Juris Oracula; Aulæ Sanctiora Miniſtrorum Præcepta. Breviter Unus PASSERINUS eminentiſsimà Antonomaſià indicat in ſe quicquid in Perfectioribus emicat. Agnovit in eo hanc vim præ cæteris CARAMUEL, qui ſemet in PASSERINO recognoviſſe profeſſus eſt illis verbis (38) *Mirabitur fortaſſe Poſteritas in tantà Terrarum diſtantià indulſiſſe noſtris animis Deum tantam Ingeniorum, affectuumque ſimilitudinem: Quoniam quæ à te conſcripta, ita cooptantur menti meæ, ut mea judicem.* Hoc novo, & planè præclaro Teſtimonio hoc novum miraculum nobis elucet, quòd Duo, nempe PASSERINUS, & CARAMUEL Unum fuerint. atque ſi duo dicendi ſint, de ambobus dici queat quod legimus de aliis pronunciatum: (39) *Dividere inter vos Dii immortales ſua beneficia non poſſunt. quicquid alterutri præſtatur, amborum eſt.*

(38) *In Epiſt. ad Auct. in Sched. Liber. pag. 247.*

(39) *Mamertin. in Panegyr. ad Maxim.*

Diù miratus ſum Ego, quòd Unius PASSERINI Fama ita ſecuram Gloriæ ſtationem extra omnem Invidiæ ictum tenuerit, ut omnes Viri doctrinà præſtantiores, ceu facti, ut olim de universà Terrà dictum (40) *labii unius*, ore uno, quod (41) integrum ex omni parte conſenſum innuit, in Unius laudes conſtantiſsimè conſpirarint. Conſpirationem hanc induxit Philautia. Laudant nempe ſe, ac ſua in PASSERINO; ut in quo Uno ſe, ac ſua reſpiciunt, & recenſent. Celebrant itaque illa, per quæ ipſi commendari ambiunt: hæcque eſt rara PASSERINI felicitas, ut Laudes, quibus effertur, non liberalitas, ſed neceſsitas exprimat: ipſaque laudandi neceſsitas ſit laudantium cautela.

(40) *Gen. 11.*

(41) *l. Quoniam venerabilis, C. de Epiſc. & Cler.*

Provida Natura jure meritiſsimum Auctorem licèt ævo provectiſsimum vegetis adhuc Ingenii, & Corporis viribus arcet à Senii languoribus. Qui ſapientià præfert Neſtorem, hunc & debet æmulari ætate. Literatorum Phœnix ſeculis debet metiri Vitam. In quo Uno Plures vivunt, par eſt, ut is Plurium vivat annis. Si ex Sententià Pauli J.C. (42) *Unius ſepultura plura ſepulchra efficere non poteſt*, ceſſaret Regula, ſi PASSERINUS periret. Unius ſepultura ſepulchra multiplicaret tot, qui in PASSERINO perennant Sapientibus. Contingat ergo Sapientiſsimo debita Vitæ, nedum Gloriæ Immortalitas. Et UNI, qui ALIIS præſtat, & ALIOS refert, dentur ea ſpatia, quibus adhùc ſe UNO Majorem valeat oſtendere.

(42) *l. eum in diverſis, ff. de Relig. & ſumpt. fun.*

ELEN-

APOGRAPHUM AUCTORUM,

ET OPERUM, A QUIBUS, ET IN QUIBUS HUJUS OPERIS ASSERTA COMPROBANTUR.

A

1 *Nicolaus de Tudeschis* Abbas Panormitanus *in lectura: in Consiliis*.
2 Accursius *in glossis ad Universum Jus*.
3 *Thomas* Actius *de infirmitate, & infirmorum privilegiis*.
4 *Joannes Petrus* Actolinius *in Resolutionibus Forensibus, & in criminalibus*.
5 Adrianus *in libros sententiarum*.
6 *Petrus* Ærodius *in Pandectis rerum ab omni antiquitate judicatarum*.
7 *Matthaeus* de Afflictis *in decisionibus*.
8 *Cajetanus Nicolaus* Ageta *in Epitome fori feudalis*.
Albericus. *V.* Albericus de Rosate.
9 *Albertus* de Albertis *in Paradoxis Moralibus de ornatu Mulierum*.
10 *Andreas* Alciatus, *in Consiliis: in lecturis; in Parergis Juris*.
11 *Abertus* Alderisius *de symbolicis contractibus*.
12 *Dionysius Cardinalis* Alexandrinus *in Jus Canonicum*.
13 *Joannes de* Alloza *in Floribus summarum*.
14 *Jacobus* Almainus *in libros sententiarum*.
15 *Joannes* Altenstaig *in Lexico Theologico*.
16 *Marius* Alterius *de Censuris*.
17 *Joseph* Altogradus *in controversiis forensibus*.
18 *Franciscus* Amaya *in Codicem: in observationibus Juris*.
19 *Theodorus* Amydenius *de officio, & jurisdictione datarii, & de stylo datariæ*.
20 *Petrus Joannes* de Ancharano *in quæstionibus familiaribus: in cap. Canonum statuta, de Constitutionibus*.
21 *Joannes* Andreas *in Jus Canonicum*.
22 *Joannes Franciscus* Andreolus *in controversiis forensibus*.
23 *Angelus de Ubaldis Perusinus in lectura*.
24 *Joseph* Angles *in floribus Theologicarum quæstionum*.
25 *Joannes Carolus* Antonellus *de tempore legali*.
26 *Divus* Antoninus *Archiepiscopus Florentiæ in summa: in alphabeto*.
27 *Marius* Antoninus *in variis Resolutionibus*.
28 *Nicolaus* Antonius *de Exilio*.
29 *Divus Thomas* Aquinas *in quatuor libros sententiarum Magistri Petri Lombardi; in quæstionibus de regimine Principis*.
30 *Petrus* de Aragona *ordinis Eremitarum de Justitia, & Jure*.
31 *Guidus à Baysio* Archidiaconus *Bononiensis in lectura*.
32 *Jacobus* de Ardizone *de feudis*.
33 *Jacobus* de Arena *de bannitis*.
34 *Thomas ab* Argentina *in commentariis ad quatuor libros sententiarum*.
Aristoteles. *V.* Stagirita.
35 *Henningius* Arnisæus *de Jure Connubiorum*.
36 *Joannes* de Arnono *in singularibus: in commentariis*.
37 *Rodericus* de Arriaga *de Actibus humanis*.
38 *Stephanus* Aufrerius *de potestate sæculari super Ecclesias, & Ecclesiasticis personis*.
39 *Divus* Augustinus *de Civitate Dei: de Anima, & spiritu*.
40 *Stephanus* de Avila *de censuris Ecclesiasticis*.
41 *Alphonsus* de Azevedo *in Hispaniæ Regias Constitutiones*.
42 *Dominicus* Azo *Bononiensis in summa Codicis: in Brocardicis*.
43 *Joannes* Azorius *in Institutionibus moralibus*.
44 *Joannes* de Ayllon *in additionibus ad varias resolutiones Antonii Gomezii*.
45 *Jacobus* Ayrerus *de triplici genere homicidiorum*.

***

† 46. Rei-

B

46 R*Einhardus* Bachovius *ad disputationes Treutleri de actionibus.*
47 *Joannes Baptista* Bajardus *in additionibus ad Clarum.*
48 *Nicolaus* Baldellus *in Theologia Morali.*
49 *Franciscus* Balduinus *in Institutiones Imperiales.*
50 Baldus *de Ubaldis in lectura; in consiliis.*
51 *Antonius de* Ballis *in variis tractatibus.*
52 *Joannes Paulus* Balzaranus *de Feudis.*
53 *Dominicus* Bannez *in decisionibus; de Justitia, & Jure.*
54 *Augustinus* Barbosa *in Collectaneis Doctorũ: in Jus Pontificium: de jure Ecclesiastico universo: de dictionibus usufrequentioribus: de officio, & Potestate Episcopi.*
55 *Petrus* Barbosa *de Praescriptionibus.*
Simon Vaz Barbosa. *V. Simon* Vaz.
56 *Franciscus* Bardi *de conscientia.*
57 *Celsus* Bargalius *de dolo.*
58 *Aloysius* Bariola *in aphorismis.*
59 *Franciscus* Baronius *de corpore: de effectibus minoris aetatis.*
60 *Franciscus de* Barry *de successionibus.*
61 Bartolus *à Saxoferrato in lectura.*
62 *Divus* Basilius *in Genesim.*
63 *Eligius* Bassaeus *in floribus totius Theologiae practicae.*
64 *Felix* Bassettus *in Institutiones Imperiales.*
65 *Claudius de* Battandier *in praxi Causarum Criminalium.*
66 *Carolus de* Baucio *in casibus singularibus.*
67 *Martinus* Becanus *de justitia, & jure.*
68 *Ludovicus de* Beja *in responsionibus casuarũ.*
69 *Eliseus de* Bellegrandis *in methodo rerum Criminalium.*
70 *Joannes Maria* Bellettus *in disquisitionibus Clericalibus.*
71 *Nicolaus* Bellonus *in supputationibus juris; in lucubrationibus super utraque parte Institutionum.*
72 *Joannes Antonius* Bellonus *in Consiliis.*
73 *Jacobus de* Bellovisio *in Practica Judiciaria.*
74 *Thomas del* Bene *de radice restitutionis: de Parlamentis: de Immunitate, & jurisdictione Ecclesiastica: in tractatibus moralibus.*
75 *Gulielmus de* Benedictis *in repetitione cap.* Raynutius, *de testamentis.*
76 *Gabriel* Berart *in speculo Visitationis secularis omnium Magistratuum.*
77 *Matthias* Berlichius *in conclusionibus practicabilibus.*
78 *Divus* Bernardus *in sermone de Processione in ramis Palmarum.*
79 *Augustinus* Berojus *in Consiliis.*
80 *Joannes* Bertachinus *in Repertorio juris.*
81 *Bartholomaeus* Bertazolius *in Consilis.*
82 *Stephnus* Bertrandus *in Consiliis.*
83 *Philippus de* Bictis *in epitome causarum judicialium.*
84 *Gabriel* Biel *in quatuor libros sententiarum.*
85 *Petrus* Binsfeldius *in Enchiridio.*
86 *Lelius* Bisciola *in horis subsecivis.*
87 *Antonius Fabricius* Bleynianus *in institutionibus theoricis, & practicis, sive rudimentis juris Canonici.*
88 *Henricus* Bocerus *in commentariis ad l. contractus 23. de regulis juris.*
89 *Joannes* Bodinus *de Republica.*
90 *Nicolaus* Boerius *in decisionibus.*
91 *Bernardus* Bombinus *in Consiliis.*
92 *Joannes* Bona *Cardinalis in manuductione ad Caelum.*
93 *Martinus* Bonacina *de contractibus: de restitutione: de Irregularitate.*
94 *Hippolytus* Bonacossa *in communibus opinionibus: in quaestionibus criminalib.*
95 *Divus* Bonaventura *in sententiis.*
96 *Joannes* Bonifacius *de furtis.*
97 *Joannes* Borcholten *in commentariis ad quartum librum Instit. Imper.*
98 *Franciscus* Bordonus *de privilegiis clericorum: de homicidio proditorio: in decisionibus Miscellaneis.*
99 *Camillus* Borellus *in summa decisionum: de Magistratuum edictis.*
100 *Paulus* Borgasius *de Irregularitatibus.*
101 *Joannes Angelus* Bossius *in operibus Moralibus.*
102 *Ægidius* Bossius *ad statuta Mediolani.*
103 *Zacharias* Boverius *in demonstrationibus symbolorum verae, & falsae religionis.*
104 *Petrus Cornelius* Brederodius *in libro sententiarum, & regularum juris Civ.*
105 *Barnabas* Brissonius *de formulis: in Lexico juris Civilis, & Canonici.*
106 *Bartholomaeus* Brixiensis *in quaestionibus.*
107 *Claudius* Brognolus *in speculo clericorum.*
108 *Petrus* Brossaeus *in remissionibus Doctorum super jus Civile.*
109 *Joannes* Brunemannus *in Codicem.*
110 *Matthaeus* Burattus *in decisionibus.*
111 *Antonius* Burgos *in repetitionibus Juris Canonici.*
112 *Franciscus* Bursatus *in Consiliis.*
113 *Antonius de* Butrio *in jus Canonicum.*

Gas-

C

114 *Gaspar* Caballinus, *de dividuis, & individuis*.
115 *Petrus* Caballus, *in Consiliis: de omni genere homicidii: in resolution. criminal.*
116 *Octavianus* Cacheranus *Osaschi dominus, in decisionibus*.
117 *Bartholomaeus* Caepolla *in Consiliis Criminalibus: in tractatibus variis*.
118 *Hieronymus de* Cevallos *in speculo opinionum Communium contra communes*.
119 *Thomas de Vio* Cajetanus *in summula*.
120 *Jacobus* Caimus *in lucubrationibus variis*.
121 *Joannes* Calderinus *in consiliis*.
122 *Joannes* Calvinus *in Lexico Juridico*.
123 *Julius Caesar* Calvinus *de aequitate*.
124 *Vitalis de* Cambanis *de clausulis*.
125 *Joannes Maria* Campana *in resolutionibus*.
126 *Joannes Hieronymus* Campanilis *in diversorio Juris Canonici*.
127 *Henricus* Canisius *in summa juris Canonici*.
128 *Didacus* Cantera *in quaestionibus Criminalibus*.
129 *Petrus* Cantonius *in Allegationibus*.
130 *Benedictus de* Capra *in tractatu de notorio: in regulis: in conclusionibus*.
131 *Antonius* Capycius *in decisionibus*.
132 *Hector* Capycius *Latro in consultationibus: in decisionibus*.
133 *Gregorius* Caraffa *de Monomachia, seu de duello*.
134 *Joannes* Caramuel *in Logica morali: in Theologia fundamentali: in Leptotato: in Theologia Morali praeterintentionali, in Critica Philosophica: in dialexi de non certitudine: in Prodromo: in Mathesi bicipiti: in grammatica audaci: in Pandecte Philosophico: in Methalogica Scholastica: in Pandoxio Physico-Ethico: in apparatu Philosophico: in Theologia Regulari*.
135 *Alphonsus à* Caranza *de partu naturali, & legitimo*.
136 *Prosper* Caravitta *super Pragmaticam Regni Neapolitani*.
137 *Ludovicus* Carbo *de omnium rerum restitutione*.
138 *Caesar* Carena *de Officio S. Inquisitionis*.
139 *Thomas* Carlevalius *de Judiciis*.
140 *Horatius* Carpanus *in commentariis ad Novas Constitutiones Mediolani*.
141 *Benedictus* Carpzovius *in Praxi rerum Criminalium: de juribus faeminarum*.
142 *Ludovicus* Carrerius *in Practica Criminali: in tractatu de homicidio*.
143 *Ludovicus* Casanate *in Consiliis*.
144 *Ludovicus* Caspensis *in cursu Theologico*.
145 *Aegidius de* Castejon *in Alphabeto juridico*.
146 *Joannes Baptista* Castellionaeus *in additionibus ad Alberici dictionarium*.
147 *Bartholomaeus* Cassanaeus *in Catalogo Gloriae Mundi: in Consuetudines Burgundiae*.
148 *Franciscus* Castracanus *de Societatibus*.
149 *Paulus* Castrensis *in Lectura*.
150 *Ferdinandus de* Castro Palao *in operibus moralibus*.
151 *Joannes Aloysius* Catalanus *de indultu*.
152 *Remigius à* Sancta Catharina *in extractu morali*.
153 *Hortensius* Cavalcanus *de brachio regio*.
154 *Borgninus* Cavalcanus *in decisionibus*.
155 *Gaspar* Cecchinellus *in compendiaria morali via*.
156 *Petrus* Cenedo *in Collectaneis ad jus Canonicum*.
157 *Petrus Hieronymus* Cenedo *in singularibus*.
158 *Andreas* Censalius *in Votis*.
159 *Famianus* Centolinus *in additionibus ad Farinaccium*.
160 *Bartholomaeus* Chartagena *in expositione titulorum juris Canonici*.
161 *Julius* Chartarus *in decisionibus Criminalibus*.
162 *Bartholomaeus* Chesius *in interpretationibus juris*.
163 *Christophorus* Chlingensperger *in Collegio Institutionum Imperialium*.
164 *Paulus* Christinaeus *in decisionibus Belgicis*.
165 *Divus Joannes* Chrysostomus *in homilias Divi Matthaei*.
166 *Joannes Baptista* Ciarlinius *in controversiis forensibus*.
167 *Almontes* Ciazzius *in disputationibus Criminalibus*.
168 *Marcus Tullius* Cicero *in Epistolis: in Tusculanis quaestionibus*.
169 *Joannes le* Cirier *de Primogenitura*.
170 *Innocentius* Cironius *in jus Canonicum*.
171 *Julius* Clarus *in Praxi Civili, & Criminali*.
172 *Angelus à* Clavasio *in summa Angelica*.
173 *Claudius* Claudianus *in Eutropium*.
174 *Ascanius* Clementinus *de Patria Potestate*.
175 *Raphael de Raymundis* Comensis, *dictus* Cumanus, *in consiliis*.
176 *Paulus* Comitolus *in responsis moralibus: de contractibus universe*.
177 *Antonius* Conciolus *in Resolutionibus criminalibus*.
178 *Collegium* Connimbricense *de Vita, & Morte*.

179 *Ægidius* de Coninck *in universam doctrinam Divi Thomæ: de censuris*.
180 *Franciscus* Connanus *in Commentariis juris Civilis*.
181 *Lancellottus* Conradus *de officio Prætoris: in responsis*.
182 *Cæsar* Contardus *de momentanea Possessione*.
183 *Joannes* Corasius *de juris arte: in Miscellaneis juris civilis: de jure civili in artem redigendo*.
184 *Antonius* Corduba de Lara *in commentariis Codicis: in l. si quis à liberis, ff. de liberis agnoscendis*.
185 *Petrus Philippus* Corneus *in Consiliis*.
186 *Michael* de Cortiada *in decisionibus*.
187 *Joannes Arnoldus* Corvinus *in Enchiridio Institutionum Imperialium in Codicem*.
188 *Franciscus Antonius* Costa *Messanensis in Consiliis*.
189 *Joannes Baptista* Costa *Papiensis in consiliis: in tractatu de facti scientia, & ignorantia*.
190 *Emanuel* Costa *in selectis Interpretationibus*.
191 *Antonius* Coronius *in Controversiis*.
192 *Didacus* Covarruvias *in 4. decretalium: in variis Resolutionibus: in interpretatione regulæ Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatū: in Clementinam si furiosus*.
193 *Aymo* Cravetta *in Consiliis*.
194 *Ubertus* de Cremona *inter Consilia Criminalia diversorum*.
195 *Dominicus* Crispus *in Theorica, & Practica Criminali*.
196 *Christophorus* Crusius, *de indiciis delictorum*.
197 *Joannes* de La-Cruz *in tractatu de statu Religionis*.
198 *Marcus Antonius* Cucchus *de mentiente circa Possessionem*.
199 *Jacobus* Cujacius *in observationibus: in commentariis ad jus Civile: in Paratitlis*.
200 *Rodulphus* Cupers, *de Ecclesia universali*.
201 *Rochus* à Curte *de statutis, sive de consuetudine*.
202 *Franciscus* Curtius *senior in Consiliis*.
203 *Franciscus* Curtius *junior in Consiliis*.
204 *Marius* Cutellus, *sive* Curtellus *de prisca, & recenti Ecclesiæ Immunitate*.

D

205 *JOdocbus* Damhouderius *in Praxi Criminali: de tutorum, & curatorum munere*.
206 *Hieronymus* Dandinus *in Ethyca sacra*.
207 *Sebastianus Antonius* Danza *in pugna Doctorum*.
208 *Joannes* Dauthius *de Testamentis*.
209 *Tiberius* Decianus *in tractatu Criminali*.
210 *Joannes Franciscus* Decianus *in locupletatione Dictionarii Alberici*.
211 *Philippus* Decius *in lectura: in Consiliis*.
212 *Antoninus* Diana *in resolutionibus moralibus*.
213 *Joannes de* Dicastillo *de censuris: de justitia, & jure*.
214 *Hugo* Donellus *in Commentariis ad jus Civile*.
215 *David* Doringius *in Bibliotheca Theorico practica Jureconsultorum*.
216 *Gulielmus* Durandus *speculator, in speculo juris*.

E

217 *CAssianus* à *Sancto* Elia *in arbore opinionum Moralium*.
218 *Antonius* de Escobar *in Theologia morali*.
219 *Franciscus Munnoz de* Escobar *de ratiociniis*.
220 *Martinus* de Esparza *de justitia*.
221 *Nicolaus* Everardus *in locis argumentorum legalibus*.

F

222 *JOannes* Faber *in Institutiones Imperiales: in Codicem*.
223 *Joannes Rodolphus* Faber *in systemate triplici juris*.
224 *Honoratus* Fabri *in summula Theologica*.
225 *Prosper* Fagnanus *in quinque libros decretalium*.
226 *Stephanus* Fagundez *de justitia, & contractibus: in decalogum*.
227 *Joannes Franciscus* Fara *de essentia infantis*.
228 *Prosper* Farinaccius *in Consiliis: in Praxi, & Theorica criminali: in appendice de Immunitate Ecclesiæ*.
229 *Bartholomæus* à *Sancto* Fausto *in speculo Confessariorum*.
230 *Stepanus* de Federicis *de interpretatione legum*.
Felinus. *V.* Felinus Sandæus.
231 *Joannes Baptista* Fenzonius *ad statuta Romanæ Urbis*.
232 *Nicolaus Rodriguez* Fermosinus *in decretales: in Criminalibus*.
233 *Antonius* Fernandez *in examine Theologiæ moralis*.
234 *Joannes Baptista* Ferretus *in repetitionibus juris Canonici*. *Vin-*

G

H

298 *HEnricus* Hannhius *in observatis ad Uvesembecium.*
299 *Joannes* Harppreचhus *de publicis judiciis: in commentariis ad institut. Imperiales.*
300 *Christophorus* Haunoldus *de jure, & justitia.*
301 *Henricus* Henriquez *in summa Theologiæ.*
302 *Desiderius* Heraldus *in quæstionibus, & observationibus ad jus Atticum, & Romanum.*
303 *Franciscus* Herculanus *de cautione de non offendendo.*
304 *Antonius* Heringius *de fidejussoribus.*
305 *Joannes Bartholomæus* Heroldus *de ratificatione.*
306 *Divus* Hieronymus *in Epistolis: de Vita Clericorum.*
307 *Osualdus* Hilligerus *in notatis ad Donellum.*
308 *Alphonsus* Hojeda *de beneficiorum incompatibilitate, atque compatibilitate.*
309 Homobonus *de Bonis, de examine Ecclesiastico: de humanæ vitæ statibus: de casibus reservatis.*
310 *Joannes Vincentius* Hondedeus *in Consiliis.*
311 *Joachimus* Hopperus *in tractatu de juris arte.*
312 *Quintus* Horatius *Flaccus in Epistolis: in Carminibus.*
313 *Henricus* Hostiensis *Cardinalis in summa.*
314 *Franciscus* Hotomanus *in Commentariis ad quatuor Institutionum libros: de Feudis.*
315 *Helfricus Ulricus* Hunnius *in Encyclopedia juris universi.*
316 *Thomas* Hurtadus *in tractatibus variis: in resolutionibus moralibus.*

I

317 *DOminicus* Jacobatius *Cardinalis de Concilio.*
318 *Joseph* de Januario *de casibus reservatis.*
319 Jason Maynus *in lectura.*
320 *Nicolaus* Intrigliolus *in singularibus.*
321 *Pax* Joardanus *in Elucubrationibus.*
322 *Petrus à Sancto* Joseph *in idea Theologiæ Moralis.*
323 *Marius* Italia *de Immunitate Ecclesiæ.*
324 *Imperator* Justinianus *in suis Institutionibus Civilibus.*

K

325 *GAspar* Klockius, *de Ærario.*

L

326 *MAsurius* Labio *in homicida excusato.*
327 *Joannes Paulus* Lancellottus *in Institutionibus Juris Canonici.*
Antonius de Lara. *V. Antonius* Corduba de Lara.
328 *Camillus* Laratha *in theatro feudali.*
329 *Joannes Baptista* Larrea *in decisionibus.*
330 *Hieronymus* Laurentius *in decisionibus Rotæ Avenionensis.*
331 *Joseph* Laurentius *in Amalthea Onomastica.*
332 *Petrus Antonius* Lasarius *de Monisteriis.*
333 *Paulus* Layman *in quæstionibus Moralibus.*
334 Leander *à Sanctissimo Sacramento in quæstionib. moralibus.*
335 *Marcus Paulus* Leo *in Praxi ad literas majoris Pænitentiariæ.*
336 *Franciscus* Leo *in thesauro fori Ecclesiastici.*
337 *Antonius* Leoncillus *de privilegiis pauperum.*
338 *Joannes Baptista* Leonellius *de præcedentia hominis.*
339 *Leonardus* Lessius *de Justitia, & Jure.*
340 *Joannes Baptista* de Lezana *in summa quæstionum Regularium.*
341 *Joannes à* Lignano *de Amicitia: in consiliis.*
342 *Justus* Lipsius *in Commentariis ad Senecam.*
343 *Hieronymus* Llamas *in summa Ecclesiastica.*
344 *Joannes* Lopez *in repetitione Rubricæ de donatione inter virum, & uxorem.*
345 *Gregorius* Lopez Madera *in animadversionibus juris Civilis.*
346 *Petrus* Lotiottus *de regulis juris.*
347 *Melchior* Lotterius *in tractatu de re beneficiaria.*
348 *Joannes Baptista* de Luca *Cardinalis de Societatibus officiorum.*
349 *Carolus Antonius* de Luca *de Pluralitate hominis.*
350 Lucianus *in Dialogo Eunuchus.*
351 *Joannes* de Lugo *Cardinalis de Justitia, & Jure: de Sacramento pænitentiæ.*
352 *Raymundus* Lumbier *in observationibus Theologicis circa propositiones damnatas.*



Aure-

M

353 *AUrelius Theodosius* Macrobius, *in saturnalibus*.
354 *Franciscus de* Magistris *in Sylva Ecclesiastica*.
355 *Hieronymus* Magonius *in decisionibus Causarum Rotæ Florentinæ: in decisionibus Causarum Rotæ Lucensis*.
356 *Simon* Majolus, *de Irregularitatibus*.
357 *Fulvius* Majorana *in opopraxi Criminali*.
358 *Carolus* Mallettus *in auro Theologiæ moralis*.
359 *P.* Manara *in noctibus melancholicis*.
360 *Lelius* Mancinus *de triplicis juris collatione: in dialogis de antecessione juris, vel artis: in genialibus disquisitionibus: in disputationibus: sacri Juris controversi:*
361 *Jacobus* Mandellus *in consiliis*.
362 *Quintilianus* Mandosius *in glossa facultatum: in regulas Cancellariæ Apostolicæ: de ætate minori: in praxi, & theorica commissionum: in praxi signaturæ, & gratiæ: in consiliis*.
363 *Petrus* Mangrella *in additionibus ad Bartolum*.
364 *Aloysius* Mansi *in consultationibus*.
365 *Franciscus* Mantica *de tacitis, & ambiguis: in decisionibus: de conjecturis ultimarum voluntatum*.
366 *Carolus* Maranta *in controversiis: in Medulla decreti*.
367 *Robertus* Maranta *in speculo aureo*.
368 *Jacobus* Marchantius *in horto Pastorum*.
369 *Philibertus* Marchinus *de sacramento ordinis*.
370 *Jacobus* Marchisellus *in sylua quæstionum Juris Practicarum*.
371 Marcianus *Imperator in novellis*.
372 *Hercules* Marescottus *in variis Resolutionibus*.
373 *Donatus Antonius de* Marinis *in resolutionibus quotidianis*.
374 *Hippolytus de* Marsiliis *de bannitis: in commentariis ad l. Corneliam de sicariis: in consiliis: in singularibus*.
375 *Virgilius* Maro *in Æneidis*.
376 *Valerius* Martialis *in Epigrammatis*.
377 *Matthias* Martinius *in Lexico Philologico*.
378 *Theodorus* Martinus *in Jurisprudentia Criminali*.
379 *Alderanus* Mascardus *de generali statutorum Interpretatione*.
380 *Joseph* Mascardus *de probationibus*.
381 *Peregrinus* Maserius *de sententiis, & earum honorariis*.
382 *Philippus* Massinius *ab Innocentiis in commentariis ad secundam Codicis partem: in selectis Juris distinctionibus*.
383 *Garzia* Mastrillus *in decisionibus*.
384 *Laurentius* Matthæu, *&* Sanz *de re criminali*.
385 *Divus* Matthæus *in cap.* 26.
386 *Antonius* Matthæus *de criminibus*.
387 *Joannes* Mauritius *de restitutione in integrum*.
388 *Oliverius* Mazucchellus *de casibus reservatis*.
389 *Gulielmus* Maynerius *de regulis juris*.
390 *Sebastianus* Medices *de venatione: in tractatu mors omnia solvit: de fortuitis casibus: de regulis juris*.
391 *Joannes* Medina *de restitutione*.
392 *Didacus* de Medrano *de consensu Connubiali*.
393 *Marcellus* Megalius *in Institutione Peregrina: in Praxi criminali: in Consiliis*.
394 *Joseph* Mele *in additionibus ad decisiones Gizzarelli*.
395 *Andreas* Mendo *in Epitome opinionum Moralium*.
396 *Jacobus* Menochius *Papiensis de Arbitrariis judicum de præsumptionibus: in Consiliis*.
397 *Joannes Stephanus* Menochius *in institutionibus Politicis*.
398 *Antonius* Merenda *in controversiis juris*.
399 *Franciscus* Merlinus Pignatellus *in controversiis forensibus*.
400 *David* Mevius *in Nucleo juris naturalis, & Gentium*.
401 *Blasius* Michalorius *de fratribus*.
402 *Joannes* Millæus *in Praxi Criminali*.
403 *Alphonsus* Moditius *de jure naturali, gentium, & Civili*.
404 *Ludovicus* Molina *de Justitia, & Jure: de Contractibus*.
405 *Joannes* Monachus *in lectura Canonica*.
406 *Antonius* Monachus *in decisionibus Lucensibus*.
407 *Alexander* Moneta *de distributionibus quotidianis*.
408 *Joannes Petrus* Moneta *de conservatoribus judicibus: de commutatione ultimarum voluntatum*.
409 *Joannes* Montaigne *de Bigamia*.
410 *Paulus Horatius* Montanus *de jure tutelarum, & curationum:*
411 *Petrus Maria* Monticellus *in Praxi Criminali*.

Illu-

412 *Illuminatus* Moronus *in responsis*.
413 *Joannes Baptista* Muccius *in dilucidationibus variarum quaestionum forensium*.
414 *Joannes Bernardinus* Muscatellus *in Praxi Criminali*.
415 *Marius* Muta *ad Pragmaticas Siciliae*.
416 *Joachimus* Mynsingerus *ad quatuor libros Institutionum Imperialium: in observationibus*.

N

417 *JOannes* Nadasius *in Anno caelesti*.
418 *Antonius* Naldus *in summa*.
419 *Didacus de* Narbona *de aetate*.
420 *Marcus Antonius* Natta *in Consiliis*.
421 *Petrus à* Navarra *de Restitutione*.
422 *Martinus ab Azpilcueta* Navarrus *in Consiliis: de Eleemosina: in commentariis: de finibus humanorum actuum: in manuali confessariorum*.
423 *Joannes* Nevizanus *in sylva nuptiali*.
424 *Hieronymus* Nicolius *in flosculis: in lucubrationibus utriusque Juris Canonici, & Civilis*.
425 *Raymundus* Nidus *in commentariis de regulis Juris*.
426 *Joannes Antonius de* Nigris *in capitula Regni Neapolitani*.
427 *Marius* Nizolius *in thesauro ciceroniano*.
428 *Daniel de* Nobilibus *in disputationibus ad selectas controversias*.
429 *Thobias* Nonius *in Consiliis*.
430 *Aloysius* Novarinus *in Axiomatibus Physico-theologicis: in appendice ad sua axiomata*.
431 *Jacobus* Novellus *in tractatu ad defensionem reorum*.

O

432 *LAurentius ab* Occa *in consiliis criminalibus à Ziletto collectis*.
433 *Gerardus* Oddo *in Ethyca*.
434 *Sfortia* Oddus *de restitutione in integrum*.
435 *Petrus de* Oñate *de contractibus*.
436 *Joannes* Oinotomus *in Institutiones Imperiales*.
437 *Joseph* Oldradus *de litteris, & mandatis Principum*.
438 *Felicianus de* Oliva *de foro Ecclesiae*.
439 *Gulielmus* Onciacus *in colloquiis mixtis*.
440 *Hieronymus* Onuphrius *de integra sacramentali confessione*.
441 *Carolus* Orilia *ad Joannis Mariae Campanae resolutiones*.
Octavianus Osaschus. *V. Octavianus* Cacheranus.
442 *Franciscus de* Oviedo *in cursu Philosophico: in primam secundae Divi Thomae*.

P

443 *FUlvius* Pacianus *de probationibus*.
444 *Antonius Baptista de* Padilla *in commentariis ad quosdam Juris titulos, & leges*.
445 *Sfortia* Pallavicinus *de Justitia*.
446 *Hieronymus* Palma Senior *in Consilijs*.
447 *Franciscus* Palma *in consultationibus*.
448 *Guidus* Pancirolus *in thesauro variarum lectionum*.
449 *Joannes* Paponius *in Arrestis Franciae*.
450 *Petrus Paulus* Parisius *in consilijs*.
451 *Joannes* Parladorius *de quotidianus differentiis*.
452 *Philippus* Paschalis *de Viribus Patriae Potestatis*.
453 *Zacharias* Pasqualigus *in theoria, & Praxi: de privilegiis eorum, qui in periculo mortis constituuntur: in quaestionibus moralibus: in decisionibus: in observationibus ad Lauretum de Franchis*.
454 *Almericus* Passarellus *de Donationibus*.
455 *Joannes* Passeratius *in libello de literarum inter se cognatione, & permutatione: in additionibus ad Ambrosii Calepini dictionarium*.
456 *Petrus Maria* Passerinus *in Decretales*.
457 *Petrus Franciscus* Passerinus *de Pollutione Ecclesiarum: in problematis legalibus*.
458 *Divus* Paulus *Apostolus ad Corinthios*.
459 *Petrus* Peckius *de regulis Juris*.
460 *Franciscus* Pegna *in instructione, seu Praxi Inquisitorum*.
461 *Ludovicus* Peguera *in decisionibus*.
462 *Carolus* Pellegrinus *in Praxi Vicariorum*.
463 *Lucas de* Penna *in lectura: in commentariis super tribus posterioribus libris Codicis*.
464 *Marcus Antonius* Peregrinus *de Privilegiis, & Juribus fisci*.
465 *Benedictus* Pereyra *in Elucidario Morali, & Legali*.
466 *Nicolaus* Perottus *in Cornucopia*.
467 *Franciscus de* Petris *in Consiliis*.
468 *Laurentius* Peyrinus *in formulario*.
469 *Phanucius de* Phanuciis *de Jure jurando in litem*.

Cos-

470 *Cosmus* Philiarcus *de sacerdotum officio*.
471 *Melchior* Phoebus *in Decisionibus Senatus Regni Lusitaniæ*.
472 *Antonius* Pichardus *in Commentariis ad Institutiones Juris Civilis, sive manuductiones Juris Civilis, & Regii Hispani ad Praxim*.
473 *Jacobus* Pignatellus *in Canonicis quæstionibus, & Consultationibus*.
Franciscus Merlinus Pignatellus.
V. Franciscus Merlinus.
474 *Franciscus* de Pitigianis *in Praxi Criminali Canonica*.
475 Plato Collitæus *Atheniensis in libro de legibus: In Timoteum*.
476 *Petrus à* Plaza *sive à* Placa *in Epitome delictorum*.
477 Plinius *in historiis*.
478 *Joannes Baptista* Plotus *de in litem jurando*.
479 *Nicolaus* Plovy *de Irregularitate*.
480 *Joannes* Polmarus *in Breviario Theologico*.
481 *Ludovicus* Pontanus *Romanus in lectura: in consiliis*.
482 *Franciscus Bernardus* Porrus *in fasciculo rerum Criminalium*.
483 *Laurentius* de Pottel *in dubiis regularibus*.
484 *Horatius* Possidonius *de Emptione, & Venditione*.
485 *Joannes Antonius à S. Georgio* Præpositus *Mediolanensis in lectura*.
486 *Simon de* Prætis *de interpretatione ultimarum voluntatum*.
487 *Hieronymus* Prævidellus *de Peste*.
488 *Franciscus Maria* Pratus *in disceptationibus forensibus: in responsis Criminalibus*.
489 *Philippus* Probus *in additionibus ad Joannem Monachum*.
490 *Fridericus* Pruckmannus *in Consiliis*.
491 *Sylvester de* Pryerio *in summa sylvestrina*.
492 *Samuel* Pufendorf *in Elementis jurisprudentiæ universalis: de Jure naturali, Gentium, & Civili*.

Q

493 *Defendens* Quadrius *in viridario reservato, seu de casibus reservatis*.
494 *Petrus* Quesada *in controversiis forensibus*.
495 *Antonius* Quetta *in Consilis*.
496 *Marcus Fabius* Quintilianus *in declarationibus*.

R

497 *Jacobus* Rævardus *de Jure ambiguitatis*.
498 *Joannes Dominicus* Raynaldus *in syntaxi rerum Criminalium: in observationibus Criminalibus Civilibus, & mixtis*.
499 *Theophilus* Raynaudus *in morali disciplina: de Virtutibus, & Vitiis: de Eunuchis*.
500 *Fernandus* Rebellus *de obligationibus Justitiæ*.
501 *Petrus* Rebuffus *in commentariis de verborum, & rerum significationibus: in Commentariis ad Constitutiones Regni*.
502 *Jacobus* Rebuffus *in tres ultimos Codicis libros*.
503 *Franciscus* Redenaschus *in Consiliis*.
504 *Gulielmus* Redoanus *de simonia mentali*.
505 *Valerius* Reginaldus *in Praxi fori Pænitentiarii*.
506 *Nicolaus* Reusnerus *in decisionibus: de Jure testamentorum*.
507 *Arnoldus* de Reyger *in thesauro Juris*.
508 *Celius* Rhodiginus *in lectionibus antiquis*.
509 *Joseph* Riccio *de publicis Judiciis in genere*.
510 *Joannes Aloysius* Riccius *in Praxi aurea quotidianarum rerum Ecclesiastici fori, in qua variæ Juridicæ resolutiones*.
511 *Hippolytus* Riminaldus *in repetitionibus Juris Canonici: in Consilijs*.
412 *Marcus Antonius* del Rio *ad l. contractus 23. ff. de regul. Juris*.
513 *Martinus* del Rio *in disquisitionibus Magicis*.
514 *Ploydorus* Ripa *de nocturno tempore*.
515 *Emanuel* Rodriguez *in summa*.
516 *Joseph* Rosa *de decretis*.
517 *Albericus de* Rosate *in dictionario: in lectura*.
518 *Carolus* Rota *de Privilegiis mulierum*.
519 Rota Romana *in decisionibus*.
520 *Hermenegildus de* Roxas *de incompatibilitate Regnorum, & Majoratuum*.
521 *Paulus* Rubeus *de Validitate Legali: de testamentis*.
522 *Carolus* Ruinus *in Consiliis*.

S

323 *Emanuel* Sà *in Aphorismis*.
524 *Marcus Antonius* Sabellus *in summa diversorum tractatuum: in variis resolutionibus, & Responsis: in Praxi Criminali*.

Bal-

588 *Balthassar* Torinus *in Voto suo apud Fenzon. ad statut. Romanæ Urbis*.
589 *Joannes* Torre *de Pactis futuræ successionis: de successione in Majoratibus, & Primogenituris Italiæ*.
590 *Flavius* Tortus *ad statuta Papiæ*.
Goffredus de Trano. *V.* Goffredus.
591 *Alexander* Trentacinquius *in variis resolutionibus*.
592 *Annibal* Troysius *in commentariis super ritibus magnæ Curiæ*.
593 *Joannes Ægidius* Trullench *in operibus Moralibus: in præcepta Decalogi*.
594 *Adrianus* Turnebus *in adversariorum libris*.
595 *Joannes de* Turrecremata *in Jus Canonicum*.
596 *Aloysius* Turrianus *de Justitia, & Jure*.
597 *Dominicus* Tuschus *in practicis conclusionibus*.

V

598 *Aconius à* Vacuna *in declarationibus Juris*.
599 *Franciscus* Valens *in concordia juris Pontificii cum Cæsareo*.
600 *Melchior de* Valentia *in illustribus Juris tractatibus*.
601 *Joannes* Valerus *de differentiis utriusque fori*.
602 *Rolandus à* Valle *in Consiliis*.
603 *Franciscus* Vallesius *in controversiis Philosophicis, & Medicis*.
604 *Joannes Honorius* Van-axel *in summa decretalium*.
605 *Gabriel* Vasquez *in Divum Thomam: de Restitutione*.
606 *Fernandus* Vasquius *in controversiis illustribus*.
607 *Simon* Vaz Barbosa *in principiis, & locis communibus utriusque fori*.
608 *Alphonsus de* Vega *in summa*.
609 *Joseph* Vela *in dissertationibus*.
610 *Gabriel Alvarez de* Velasco *in tractatu de Judice perfecto*.
611 *Petrus* Vendramenus *in additionibus ad Repertorium Inquisitorum*.
612 *Marius* Venturinus *in Consiliis*.
613 *Paulus Æmilius* Verallus *in decisionibus*.
614 *Joannes Maria* Vermigliolus *in Consiliis Criminalibus*.
615 *Angelus Maria* Verricellus *de Apostolicis Missionibus: in quæstionibus moralibus, & legalibus*.
616 *Bartholomæus* Ugolinus *de censuris*.
617 *Franciscus à* Victoria *in summa*.
618 *Marcus* Vidal *in Area salutari*.
619 *Alphonsus* Villagut *de extensione legum*.
620 *Joannes Baptista* Villalobos *in communibus opinionibus*.
621 *Raphael de* Vilosa *de fugitivis*.
622 *Gabriel à S.* Vincentio *de Justitia, & Jure: de remediis Ignorantiæ: de Restitutione*.
623 *Martinus Alphonsus* Vivaldus *in candelabro aureo*.
Thomas de Vio. *V. Thomas de* Vio Cajetanus.
624 *Franciscus* Vivius *in decisionibus: in sylva communium opinionum*.
625 *Domitius* Ulpianus *ad Jus Civile*.
626 *Antonius* Volpi *in resolutionibus Moralibus*.
627 *Laurentius* Ursellius *in conclusionibus Legalibus*.
628 *Cæsar* Ursillus *ad decisiones Afflicti*.
629 *Erhardus* Vveigelius *in synopsi Jurisprudentiæ struvianæ*.
630 *Matthæus* Vvesembecius *in Paratitlis ad Jus Civile*.
631 *Octavianus* Vulpellus *in Consiliis, seu responsis Criminalibus*.
632 *Joannes Baptista* Vulpinius *in succo Farinaccij*.
633 *Hermannus* Vultejus *in Jurisprudentia Romana: de Judiciis*.

Z

634 *Franciscus* Zabarella *Cardinalis in lectura: in Consiliis*.
635 *Paulus* Zacchia *in quæstionibus Medicolegalibus*.
636 *Balthassar Conradus* Zahnius *de Mendaciis*.
937 *Melchior* Zambranus *in aureis decisionibus Conscientiæ casuum*.
638 *Udalricus* Zasius *in lectura: in Consiliis: in intellectibus Juris Civilis singularibus*.
639 *Lelius* Zecchus *in Summa Theologiæ Moralis*.
640 *Gaspar* Zieglerus *in notis ad Lancellotti Institutiones*.
641 *Joannes Baptista* Zilettus *in Consiliis diversorum ad causas ultimarum voluntatum*.
642 Ziliolus *inter Consilia Criminalia diversorum*.
643 *Joannes* Zuffus *de legitimatione Processus Criminalis*.
644 *Theodorus* Zuingerius *in Theatro Vitæ humanæ*.

ELENCHUS AUCTORUM,
QUI ENCOMIASTICE
DE AUCTORE
LOQUUTI SUNT,

A

ALoysius Mansius J. U. D. & Patritius Lucensis *in suis consult. seu rebus Judicatis lib. 7. consultat.* 642. pag. 273. num. 10. juxta edit. Lucens. 1691. inquit, *Cui annuit Illustrissimus, & Excellentiss. D. Co. & Præses excelsi ordinis Passerini in suis eruditissimis Problemat. problem. 7. §. 5. nu. 139.*

Idem *consult.* 643. num. 11. pag. 284. (inquit) *Ita pariter Illustrissimus, & sapientissimus D. Præses Passerini in dicto suo Legali Problemate 70. intra hos limites suos veritatis sensus inclusit.*

Angelicus Aprosius Vintimiliensis *Ordinis Eremitarum S. Augustini in suis Athenis Italicis, inter alia* inquit, *Petrus Franciscus Passerinus, vir summa Ingenii gloria clarus, summa ingenuitatis laude omnibus charus. Ejus scripta ita ex amussim perfecta, & partibus omnibus absoluta sunt, ut nec à livore quidem, aut Momo ipso valeant reprehendi. Prima Adolescentis hujus ætas manifestum ad virtutes iter indicavit; nam pene Puer edidit opuscula, quæ his titulis circumferuntur.*

1. *Annagrammata numerica. Cotonei* 1629. *in* 4. *apud Alexandrum, & Jo: fil. Bazachios.*

2. *De Cotoniensi Pestilentia. Mediolani* 1631. *in* 4. *apud Jo: Petrum Ramellatum, & Ghisulphum.*

3. *Fundamenta veræ pronuntiationis Latinæ. Cotonei* 1629. *in* 8. *apud Bazachios.*

4. *Dialogus de usu, & abusu. Mediolani* 1630. *in* 8. *ex Typographia Ambrosiana.*

5. *Prosodia Italiana. Mediolani* 1640. *in* 8. *apud Jo: Perum, & Jo: Calenzanum.*

6. *Vir factus edidit variis in locis, ac temporibus varias Orationes, & Academicos Principatus, quæ omnia, & alia hujusmodi tres in partes distincta inscribuntur.*

7. *Schediasmata Academica*. *Placentiæ* 1650. *in* 12. *apud Joannem Bazachium*.

8. *Echo Genialis*. *Romæ* 1644. *in* 4. *apud Franciscum Caballum*.

Idem in opere Italice inscripto *Biblioteca Aprosiana*, *pag.* 419. juxta editionem Bonon. 1673. *Di cui* (inquit) *scrisse la vivacissima Musa del Dottiss. Passerini leggiadrissimo distico*, *&c.* & in alio inscripto *La Grillaja Grill.* 7. *n.* 7. *pag.* 69. juxta edition. Neapolit. 1668. ubi ait; *Il nostro virtuosissimo Passerini*, *che è l'occhio destro di Temide*, tum Grill. 10. pag. 125. *Non occorreva* (inquit) *che*, *per venirmi à ritrovare*, *V.S. mandasse per foriere il Gentilissimo*, *e più che virtuosissimo Passerini*, *cioè à dire*, *l'anima delle Muse*, *e la pupilla dell' Enciclopedia*: Tum etiam Grill. 14. pag. 187. ubi dixit *Ricorro*, *per non vivere in dubbio*, *come ad Oracolo del vero sapere*, *al Tripode di V.S. Ella*, *che nell' Atheneo di Parma con tanta gloria del suo nome è auvezza à fugar le nubi*, *le quali offuscano il bel candore della figlivola di Temide*.

Angelus Maria Verricelli Cleric. Reg. Theologus, & J.U.D. in Tract. *de Apostolicis Missionibus*, tit. 15. quæst. 280. num. 1. pag. 778. juxta edition. Venet. 1656. *Ita* (inquit) *Doctus Petrus Franciscus Passerinus in Præclarissimo Tract. de Pollut. Eccles. disp.* 7. *cap.* 1. *num.* 5.

Antoninus Diana Cleric. Regul. *Resol. moral. part.* 12. *tract.* 1. *resolut.* 80. *Non deseram* (inquit) *hic apponere verba Doctissimi*, *& Amicissimi Petri Francisci Passerini de Pollut. Eccles. disp.* 2. *cap.* 12. *num.* 4. *&c.*

Antonius Galeanus Placentin. Decret. Doctor, Cathedr. Ecclesiæ Decanus, &c. epist. 3. *Ad Petrum Franciscum Passerinum* — PETRUS FRANCISCUS PASSERINUS.

ANAGRAMMA.

PRISCAS SUPERAS CANTU SIRENES.

Si priscas cantu superas suavissime Passer
Sirenes, *post hac quis*, *nisi Phœbus eris?*

Antonius Muscettola Eques Neapolit. in opere inscripto *Prose*, *pag.* 219. juxta edition. Placentin. 1665. *de Petro Francisco Passerino loquens* ait, *col suo sapere mi riempie di maraviglia*.

Co: Augustinus Fontana in sua *Bibliotheca legali* part. 2. pag. 64. edita Parmæ 1688. *Passerinum vocat Præsidem Dignissimum*.

C

CArolus Bassus Eques in Opere inscripto *Prose Liriche*, *pag.* 136. *& seqq.* inter alia sic ait:

Sù Cattedre maestre
T'hebbe vero Campion, Parma, d'Astrea;
Là frà dotte Palestre,
Ercole apponto il Tuo saper parea
A troncar d'altrui l'intento,
Come il Capo dè l'Idra, ogni argomento.

Carolus Thomasius ex Duce Palmæ Cleric. Regular. in Opere inscripto *Quodlibeta Theogica, in anteloquiis*, *Tandem* (inquit) *D. Petrus Franciscus Passerinus vir Doctissimus, & Ingeniosissimus &c.*

D

DOminicus ab Ecclesia J. U. D. modo Placentiæ Civilium Auditor, *Carminum libr.* 2. Ode 12. Ad Petrum Franc. Passerinum. Hæc inter alia cecinit:

Quem cura mentis, quem labor ingenii,
Efferre laudes impulserint tuas:
O laureà donande Phœbi, ò
Dulce Decus, columenque Pindi. (item prosequitur)
Quæ dissidentium jurgia Civium,
Orbemque Juris dogmata temperant,
Astrea, Terras quæ reliquit,
Te superis docuit relictis. (Item claudit)
Tu jam Canorum versus in alitem,
Pennis fatigas Astra fugacibus;
Visure Divos. Nos mœrentes
Pierias meditamur Aras.

Dominicus Gambertus Soc. Jesu *in Diatriba de Diphtongis* edita mutinæ 1667. part. 2. num. 25. ait: *ut eleganter observat part.* 3. *Schediasm. Academic. Petrus Franc. Passerinus, &c. Sol Eruditorum in Zodiaco, Laureatorum in natione Princeps; Apis attica in flore sapientum, singulorum succo dives, scilicet omnium spiritus, & Compendium.*

E

EManuel Gonzalez Telez *in Decretal. tom. 3. tit. 46. qui est de Consecrat. Eccl. &c. cap. 7. quod est Cæmeteria, nu. 4.* ait; *Hanc materiam illustrat præter alios Passerinus integro Tract. de Pollut. Eccles.*

F

FElix Gabbus ex Colleg. Jud. Parmæ in Opere inscripto *Constitutio Almi Parmensis Lycei propugnata* pag. 38. juxta editionem Parmensem 1666. *statim* (inquit) *occurrebat Exemplum Passerini viri omni litterarum genere mirum in modum exculti, cujus singularem eruditionem testatur ejus schedarium Liberale plurimo Ingenii acumine refertum, & cujus profundam Juris peritiam profitetur elaboratissimus Tractatus de Pollut. Eccles. amplissimeque compertam facient Problemata Legalia*, &c.

Ferdinandus Ughellus Florentinus Abbas Cistercienfis *Italiæ Sacræ tom. 5. de Episcopis Clugensibus, num. 39.* ait, *Petrus Franciscus Passerinus Græcis, latinisque litteris, nec non omni eruditionum genere cultissimus, qui nuper schediasmata Academica Doctissima, ab eruditis laudata viris dedit, dabitque plura sui ingenii præclara monumenta, &c.*

Franciscus Bordonus Theolog. Regularis Tertii Ordinis S. Francisci, *De homicidio proditorio, quæst. 60. num. 210. Quod pertinet* (inquit) *ad D. Passerinum, nunc Illustrissimum Consil. à Latere Serenis. Ducis nostri, dico ipsum sapienter locutum fuisse*, &c.

Flavius Ventrilius J. C. Capuanus, & Advocat. Neapol. *in Epistolis legal. epistola ad D. Comitem, & Præsidem Jo: Franciscum Andreolum, pag. 1. vers. Matrimonium, &c. Quæ* (inquit) *mihi confirmabant D. Petrus Franciscus Passerinus, & D. Joannes Carolus Antonellus typis jam traditis, & tradendis lucubrationibus plurimum, atque plurimum insignes*, &c.

Franciscus Reghinus J. C. Pontremulensis, & de Colleg. Jud. Parmæ *inter responsa juris pro DD. Marchion. Rangon. respons. 3. pag. 23. Litteris* (inquit) *ad Illustris. D. Petrum Franc. Passerinum, olim in hoc Parmensi Gymnasio facundissimum Lectorem, & in præsentiarum, &c. directis.*

Fran-

Franciscus Romaguerra J.C. Gerundensis in suis *Synodalibus Constitut. Gerundens.* pluribus in locis Passerinum in Doctrinæ suæ confirmationem adducit, illumque omni existimatione nominat, præcipue lib. 3. tit. 18. cap. 5. num. 19.

G

GAbriel à S. Vincentio Theol. Carmelit. Excalceat. Tract. *de Remediis Ignorantiæ*, post epistolam dedicatoriam, *Petrum Franc. Passerinum enumerat inter eos, quos dicit esse Illustres Civitatis Laudæ Litteratos.*

Genesius Gastorellus Mediolan. in Præfatione ad opus inscriptum *Il Cielo Aperto*, pag. 25. juxta editionem Bononien. 1652. ait *Monsignor Pietro Franc. Passerini, huomo dottissimo, il quale per li suoi Schediasmi Academici è noto*, ibique subsequitur inter alia; *Quale sarà la di lui fama, se publicherà il Trattato de Pollut. Eccles. e li Problemi legali, Opere degne d'ogni più scelta Biblioteca?* &c.

H

HIeronymus Ghilinus Abbas Alexandrinus *Theatri Virorum Litteratorum tom.* 4. inter quamplurima alia inquit, *Pier Francesco Passerini già caro à primi Letterati, e chiaro co' propri inchiostri, riceveva le lodi per una delle più fortunate penne d'Italia. Vive in Piacenza, dove la sua virtù è stata molto ben conosciuta. Le Opere sue dimostrano somma eruditione; particolarmente le quì notate, con le quali s'illustrano le stampe di quella Città. Schediasm. Academ. Encyclopedia Mariana, ed altri, e tuttavia persevera questo grand' ingegno ad incessantemente faticare intorno ad altri componimenti, come quello, che non sà, se non in esso, trovare ogni suo gusto, e diletto.*

Hippolytus de Georgiis J. U. Doctor, olim juris Civilis in universitate Parmensi Publicus Interpres, Serenissimi Ducis Raynutii Theologus, S. Gervasii Placentiæ Præpositus, in *Allegatione* typis impressa Placentiæ 1684. inscripta *Cremonensi legati, Animadversion. postrema, vers. stante autem, ubi problematum librum aureum dicit, & Auctorem Doctissimum appellat, &c.*

Idem in compend. de Pollut. Eccles. ad Ideam Ingenii, ac morum D. Francisci Niviani, ait, *Non solum Elucubravit hoc*

Com-

Compendium, ut privata opera sibi, velut in succum, exprimeret sapientissimi Passerini vere medullare Ingenium, &c.

Hippolytus Grassettus Mutinensis e Soc. Jesu in *Anatome Necis proditoriæ*, §. 28. num. 4. & 5. nec non §. 29. num. 57. *in Additionibus autem ad D. Anatomen*, num. 42. & 171. *Petrum Franc. Passerinum Doctissimum, & eruditissimum appellat*. Pariterque in *Synopsi Analitica ad eandem Anatomen*, num. 51. *eundem Passerinum Ingenii perspicacissimi, atque eximiæ literaturæ virum vocat*.

Hippolytus Marraccius Lucensis Cleric. Regul. Matris Dei, in *Appendice secunda ad Bibliothecam Marianam*, *lit.* P. ait, *Petrus Franc. Passerinus vir est gratia, officiique plenus, Eloquentia, atque eruditione insignis, doctrina, & meritis eximius; integritate, animique candore peramabilis, &* (ut verbo dicam) *omni virtutum genere cultissimus inter alia vero præstantissimi Ingenii præclara monumenta editioni parat*, &c.

Hortensius Fogarolus J. U. Doctor in *Fidentiana* prætensi statuti matris exclusivi propter Agnatos, sect. 2. vers. Itaque in rei veritate, &c. ait, *Novissime tenet Excellentia Illustrissima D. Præsidis Passerini, veritatis, & Justitiæ speculi, atque ætate nostra Juristarum Coriphæi, in suo Doctissimo Problem. legal. 7. num.* 89.

I

JAcobus Philippus Terzagius Mediol. Palatinæ eloquentiæ Regius Professor in *suis Oratorum Elogiis*. dixit inter alia.

Detumesce Græcia
Superba Musarum, ac Palladis Patria,
Athenæ, & Parnassus
In uno explicantur Passerino,
Quem oleis, laurisque inserti
Omnes Eloquentiæ, & Poeseos flores
Coronant.

subsequitur, claudendo.

Ità laudes promeretur omnes,
Ut singularis in omnibus nullas admittat.
Omnium, qui laudare possent, facundiam
Unus exhausit facundissimus.
Ipse ergo sibi satis longum elogium erit,
Licet brevis laudum omnium Epitome.

Jacobus Philippus Tomasinus Episcopus Æmonie, in suis *sapientum Encomiis*, tom. 3. *Petri Francisci Passerini Effigiem, & Encomium exhibet, ubi ejusdem tum ingenii, tum animi dotes, ac virtutes tam luculenter exponuntur, ut ad amplissimum tanti viri Testimonium nihil addi posse videatur.*

Joannes Angelus Suzanus J. C. in *Disquisit. Canon. ad materiam Irregularitatis*, num. 48. & 49. pag. 18. & 19. *Petri Franc. Passerini Tractatum de Pollut. Eccles. expurgatissimum appellat, Auctoremque ipsum eruditissimum, & Doctissimum, præstantissimum veritatis præsidium*, &c.

Idem in *Censura Compendii de Pollut. Eccles.* à D. Francisco Niviano compositi (inquit inter alia) *sacrum opus de Pollut. Eccles. est pretiosa margarita refulgens in anulis Litteratorum*, itemque *vocat Nivianum Heliotropium tanti Jubaris virtutum omnium*. Tum etiam: *sed omnia, quæ ad materiam Ecclesiasticæ Pollutionis tum præclare, & erudite, tum docte, & subtiliter, tum ornate, & utiliter ab Eximio Auctore elucubrata, &c.*

Joannes Baptista Barotirius in opere inscripto *Architettura d'acque* in præfatione dicit, *Pier Francesco Passerini Auttore d'opere Insigni dè nostri tempi, &c.*

Jo: Baptista Gargiareus I. C. Collegiatus Bononiensis, & in Excelso Placentiæ, & Parmæ Consilio Consiliarius in *Tractatu de Aquis*, cap. 11. num. 9. *Petrum Franc. Passerinum Excellentissimum, præstantissimum, & Eruditissimum Doctorem vocat*, asseritque *ejusdem doctissimi viri scriptis nihil esse doctius, candidius, & Politius*. Unde concludit *eundem omnium utilitati, ac beneficio natum fuisse.*

Jo: Baptista Passerinus I. C. Roboretanus, & Consiliarius Cæsareus, in opere inscripto *Lucretia Patavina* edito Patavii 1655. quod Petro Franc. Passerino sacravit, *eundem Præstantissimum, atque Excellentissimum virum appellat.*

Jo: Baptista Saminiatus *Controver. Forens.* 52. num. 11. ait, *ut dixit clarissimus D. Passerinus, Dignus in Consilio Ducali Præses, problem. legal.* 5. *sub num.* 194.

Jo: Baptista Spadius Ordinis Prædicat. S. Theol. Magister *in suis Anagrammat.* ad Petrum Franciscum Passerinum:

Pe-

Petrus Franciſcus Paſſerinus.
En ſpiceus Parnaſſi Fructus.

Qui ſis, & quantus vir, ſi quis quærat Amice,
Nominis inſpiciat grammata verſa tui.
Spicenſen fructus Parnaſſi, ea protinus ajunt,
Vel verum eſſe nihil, vera vel iſta ſcias.

Jo: Caramuel Epiſcopus Viglevanenſis in *Theolog. Moral. fundam.* Francofurti edita 1653. part. 2. epiſt. 10. pag. 136. *Rarus* (inquit) *hodie, qui doctrinam eloquentiæ maritat; at Paſſerinus inter raros ſubtiliſſimus, & eloquentiſſimus.*

Idem *in Dominico, hoc eſt in Venerab. P. Dominici à Jeſu Maria Carmelit. Excalceat. vita, cap.* 12. *num.* 364. *in margin. pag.* 172. juxta editionem Viennen. ait, D. Violæ Mariæ Nicellæ pulcrum Schediaſma D. Paſſerinus dedicat.

Idem *in Epiſtola ad Auctorem* in Schedar. Liber. ejuſdem impreſſa, pag. 247. *Schediaſmata* (inquit) *illa tua, Eloquentiſſime, & Ingenioſiſſime vir, non ſolum Theologiam, & Juris utriuſq; ſcientiam promovent, ſed bonas litteras perficiunt, & excolunt*, & in fine ſubdit, *mirabitur fortaſſe Poſteritas in tanta terrarum diſtantia indulſiſſe noſtris animis Deum tantam Ingeniorum, affectuumq; ſimilitudinem: quoniam, quæ à te conſcripta, ita cooptantur menti meæ, ut mea judicem, & ne decipi videar, mea aſſenſu, & approbatione illa faciam.*

Idem *in Metametrica* tum part. 1. num. 240. pag. 243. juxta editionem Roman. ubi ait, *Sphingem Logogriphis addo ingenioſo, & erudito D. Paſſerini Calamo ſcriptam, & à Doctis laudatam, dignam, quæ attente legatur, multa enim curioſa, & acuta complectitur*, & num. 264. ait, *Argumenti ſimilitudo poſtulat, ut hunc Parnaſſum claudam numeris Clariſſimi D. Paſſerini optimi mei Domini, & Amici, cujus carminibus, & conceptibus, quoties occaſio tulit, hanc Metametricam honoravi, & nobilitavi. Paginam ſequentem perpende, eſt enim eruditionis, & ingenii pleniſſima, & applauſu digniſſima*, tum etiam part. 2. num. 302. pag. 2. ubi dicit, *floret hodie, & inter ſublimia ingenia Europæ non occupat ſecundum locum D. Petrus Franc. Paſſerinus vir Doctiſſimus, & eruditiſſimus, quem à Viris magnis celebratum Tabula* 18. *Orbi Litterario commendat*, &c. deinde num. 392. ait, *Extat in Ingenioſiſſimi, & eruditiſſimi Petri Franc. Paſſerini libro, inſcripto*

Sche-

Schediasmata Academica Calendarium, *quod Author Symbolicum*, *Syllabicum appellat*; *At potuit grandiori vocabulo illud honorare*: *est enim opusculum elaboratissimum*, *cui nullum simile apud Scriptores reperies*. *Sed voluit Passerinus potius eruditus*, *quam superbus videri*; *& ideo aureum illum Libellum altis Nominibus insignire non voluit*. *Volui D. Passerinum post alios Authores producere*, *ut*, *collatione facta*, *videat Lector*, *quantum ille superat universos*: *omnia enim*, *quæ in cæteris desiderabam*, *in Distichis ejus reperio*. In fine autem Claudit, *Legisti Lector Candide Doctissimi Passerini Calendarium*: *Ingenium Authoris veneratus applausum*, *& admirationem pependisti*, *ergo*, *&c.* postea vero num. 512. pag. 31. *claudat* (inquit) *hoc syntagma Anulexicon D. Petri Franc. Passerini Philosophi subtilissimi*, *Theologi sublimissimi*, *Jurisconsulti prudentissimi Proteus*, *&c.* & num. 513. pag. 53. *subdit tandem D. Petrus Franciscus Passerinus vir Doctissimus*, *& Ingeniosissimus*, *Mysticum Monostichon* Placentiæ editum anno à CHRISTO DEI FILIO, e MARIA nato, quod, quia plurimis placuit, volui hic subscribere

JOANNES CARAMUEL.

pariterque num. 517. pag. 59. *Placet*, inquit, *hunc Tractatum claudere D. Petri Francisci Passerini nomine*, *& Ingenio*: *Illud enim toti est Europæ notum*, *& hoc venerabitur sera Posteritas actis æternitatis*.

Idem *in Theol. Intentionali part.* 4. num. 1875. pag. 406. juxta editionem Lugdun. *Respondebo* (inquit) *clarissimum D. Passerinum scripsisse librum eruditissimum de Pollut. Eccles. &c.*

Idem *in Theol. Regul. tom.* 1. *in Proœmio*, nu. 111. pag. 2. juxta edition. Lugdun. *sane* (inquit) *de Pollut. Eccles. per sanguinis*, *& seminis effusionem*, *&c. scripsit Doctissimum opus clarissimus*, *& eximius D. Petrus Franc. Passerinus*, *quem legere non pœnitebit*, & part. 8. ejusdem Theol. (quam Petro Franc. Passerino dicavit) num. 2047. pag. 729. *Hæc*, inquit, *omnia*, *Passerine Doctissime*, *dixerim*, *ut*, *sicut hucusque moralia subtili calamo pertractasti*, *sic etiam in posterum subtiliter edisserere pergas*, nec non tom. 2. part. 9. *epist.* 50. pag. 278. num. 3209. ubi brevem quandam Theologiæ Fundam. Synopsim Petro Francisco Passerino dedicat, & subdit, *sed cur tibi illam consecro? quia tua est*: *nam*

ejus doctrinas fecisti tuas, eas defendendo, propugnando, tutando. Tua ergò tibi offero, Passerine Doctissime, &c. Itemque part. 10. epist. 8. pag. 315. num. 3355. *sane* (ait) *de Pollut. Eccles. opus doctissimum scripsit D. Petrus Franc. Passerinus, vir ingeniosissimus, & mihi amicissimus, &c.*

Idem *in Rhythmica*, epist. 16. pag. 673. juxta secundam editionem, ubi ait, *Petrum Franciscum Passerinum, quem ætas præcedentibus voluit postponere, fama ab ingenio, studio, & laboribus orta optimo jure eisdem prætulit: Virum bono publico natum, qui digne celebrare voluerit, illud ex hymno Cisterciensium adsumat, scriptis coronetur suis, &c.*

Idem novissime *in Dialexi de non certitudine*, part. 2. art. 6. nu. 481. pag. 174. *Qui dubitet* (inquit) *an humaniores, & politiores litteræ subtilioribus cohærere possint, legat quæso erudita Illustrissimi D. Passerini volumina, in quibus Musæ eloquentiæ floribus Jurisprudentiæ, & Theologiæ severas decisiones exornant. Volo enim nunc inquirere, an sit à nobis tantus vir? si enim hæc nostra dialexis illius Authoritate roboretur, habebit, unde æmulationem, & invidiam despiciat. Aperio igitur Doctissimum illum Tractatum, qui de Ecclesiarum differit Pollutione, &c.*

Jo: Franciscus Andreolus J. C. Eugubinus, & Præses Excelsi Ducalis Consilii Placentiæ *in Controv. forens. part.* 5. controver. 369. num. 21. *super qua* (inquit) *quæstione luculenter scripsit Egregius J. C. Petrus Franc. Passerinus in suo Consilio in hac causa reddito, & late comprobante, &c.*

Jo: Franciscus Lauredanus Senator Venetus *in Epistolis Italice scriptis, part.* 2. pag. 131. juxta tertiam editionem ad Petrum Franc. Passerinum scribens ait: *V. S. m' hà honorato, e regalato co' suoi dottissimi Schediasmi, &c.*

Co: Jo: Nicellus ex Colleg. Jud. Plcentiæ, *in Oratione pro Laurea Doctorali D. Alexandri Marliani*, pag. 13. *deinde* (inquit) *in Parmensi Nobili Academia sub Doctissimis Juris Consultis Ajano, Sanseverino, & Passerino, &c.* nec non in alia pro Laurea D. Joannis Angeli Suzani, pag. 11. *quid* (inquit) *Doctissimus Passerinus?* Pariterque in alia pro Laurea D. Horatio Portasabello collata, pag. 10. in margin. lit. Q ait, *Petrus Franciscus Passerinus, qui editis operibus, & scientiarum Tutela sibi ipsi est Elogium.*

Co:

Co: Jo: Paulus Nicellus Consiliarius Ducalis, & Serenis. Cameræ Parmæ Præses, *in Placentina Feudalitatis bonorum, vers. Forma enim, eum vocat Nostræ Jurisprudentiæ Lumen*, & vers. Cæterum, *eum appellat veritatis Oraculum*.

Idem in Allegat. Fiscali *in Placentina prætensæ evictionis*, art. 1. vers. Sicut hæc concessio, ait, *Excellentis. D. meus Præses Passerinus in suis doctis. Problemat. Legal. Problem. 6. §. 4. nu. 2.*

Jo: Petrus Crescentius Nob. Placentinus, Eques, & Comes Palat. *in sua Hermathena Romana* ait, Pier Franc. Passerini col volo dell'immortale sua penna si è auvanzato alla sublimità di quel merito, che gli huomini costituisce fuori della comunanza mortale, ed eterna i nomi della memoria de' Posteri. Possiede gli Allori della gloria, non meno, che di tutte le scienze.

Idem in suo Tract. inscripto *Il Nobile Romano, ò sia trattato di Nobiltà* typis mandato Bonon. currenti Anno 1693. in principio (inquit) *Pier Franc. Passerini, &c. la cui eruditione supera quella dè gli Antichi Latini, e la cui fama seco porta ogni più nobile attributo del merito*.

Jo: Torre Nob. Lucensis, de Colleg. Jud. Placentiæ, Excelsi Ducalis Consilii Consiliarius dignissimus *de Majorat. tom. 1. in princ.* juxta editionem Lugdun. Anno 1688. ait, *& plenissime Excellent. D. meus Passerinus scientiarum cognitione præclarus, & meritissimus Præses Problem. Legal. Problem. 7. & 8. & seqq.*

Julianus Menaliotti J. C. in *suis Miscellan. Legal. ipsi Passerino olim Præceptori suo dicatis*, typisque datis Anno 1685. Placentiæ, *in ipsa nuncupatoria epistola, & ad Lectorem* (inquit) *& præcipuè in illa Parmensi, ubi jam diu Primariam vespertinæ lectionis Cathedram conscendens, tuum præclarissimum nomen immortalitati dederas*, &c. Item *suum tutelare Numen vocat, & implorat*.

L.

LAurentius Crassus Advocatus Neapolit. in Opere inscripto *Elogii dè gli Huomini Letterati, part. 2.* in Elogio Petri Franc. Passerini, pag. 317. sic incipit, *La vita dedita alli Studi di Pier. Franc. Passerini è un glorioso Teatro, per favellar con Socrate, in cui da' Savi vengono ammirate le virtuose azioni,*

 poi-

poiche circondato sempre mai dalla Compagnia de' Libri, e de gli huomini Letterati, altro far non seppe con immutabil tenore, che dirizzare il camino all'erto sentiero della virtù, & pag. 319. sic concludit, *vive con le amicitie de' Letterati più Illustri, celebrato ne' Libri de' più famosi Scrittori, e per i suoi degni volumi dati alla luce, arriubito di una gloria, che temer non saprà mai la rapacità de' secoli.*

Laurentius Legatus Cremonensis in opere, quod inscripsit *Chrysonielcida*, pag. 13. juxta edit. Bonon. 1667. sic ait,

Quodque loco majus decus est; hoc editus ille
Passer, Olorinum, qui modulatur epos.
Passer habet inter Farnesia Lilia nidum,
Cultus ubique. mihi, &c.

Laurentius Longus Cleric. Regul. Congreg. Somaschensis, & Doctor Theologus, *soteriar. lib.* 12. hæc inter alia Canit:

Nam tibi Jura, Sophi, & subeuntes æthera Mystæ
Certatim laudes contribuère suas.

Deinde *Te quoties totis dicentem viribus audit,*
Pendet ab eloquio turba coacta tuo.

Itē sequitur. *Tu facere immensis Operosa volumina Chartis*
Committis, nulla commoritura die;

Claudit. *Salve igitur nostri non ultima gloria sæcli,*
Qui tantas uno pectore claudis opes.

Idem in *summa de sacramentis*, *pag.* 28. *quorum* (inquit) *meminerunt Doctissimi viri in libris suis Balthasar, Bonifacius, Petrus Franc. Passerinus, &c.* nec non pag. 32. *Gravissimorum* (inquit) *Authorum exemplum sequor Pierii Valeriani, Josephi Laurentii, Jo. Francisci Lauredani, Petri Franc. Passerini, &c.*

Laurentius Motroni Patritius, & Advocatus Lucensis in voto dicisivo *in Lucana præsumptæ solutionis*, die 7. Julii 1679. ibidem tunc edito, ait, num. 100. *Magni Nominis tam in Foris, quam in Lyceis, nunquam satis Laudatus clarissimus Vir, & Præceptor meus amatissimus D. Petrus Franciscus Passerinus in suis Problem. legal. recenter summa omnium existimatione editis in lucem Problem. 7. num. 470.*

Marchio Lælius Boscolus ex Collegio Judic. Parmæ, ibique olim Vicarius Generalis, Serenis. Raynutii Ducis à Secretis, & Status Consiliarius Meritissimus in *Responso pro DD. Vulpibus*

pibus Landis, *art.* 5. *verſ. ſecundo conie&urata*, pag. 24. *quos* (inquit) *adducit*, & *ſequitur Illuſtriſsimus D. meus D. Juriſconſultus Petrus Franc. Paſſerinus, ſcientiarum ærarium, ac Juriſprudentiæ ornamentum, Præceptor meus ſapientiſsimus, ac Dilectiſsimus*, &c.

Lucilius Terzagius Mediolan. Oratoriæ facultatis, & Græcarum litterarum in Scholis Palatinis, & Platinis Regius Profeſſor, *in Epigramatum ſylva ad Amicos*, *de Petro Franciſco Paſſerino* (inquit inter alia)

Nectarea argutos vincens dulcedine Cycnos
Nobilius Paſſer fundit ab ore melos.

M

Marcus Vidal Cleric. Regul. *in Arca ſalutari*, *tit. De Pœnitentiæ Sacramento*, *inquiſit.* 5. *num.* 26. *Videte* (inquit) *Doctiſsimum Paſſerinum de Pollut. Eccleſ.*

Mauritius Curtemilia S. Theol. Doctor Canon. Pænitent. Eccleſiæ Cathedr. Placentiæ, *in Schediaſmata Academica Petri Franc. Paſſerini* inter alia plaudit

Sed Paſſerculum Tullianum, non Catullianum
Muſarum Amorem, & Delicium,
Litteratorum auribus audiec erudite pipillantem.

Mauritius de Gutto Parmenſis, Ordin. Erem. S. Auguſt. *Promptuarii Mathematici tom.* 3. *lib.* 5. *de Artificioſis cuiuſq; Logiſtrici involuti enodationibus*. *Canon. de multiplici Arithmeticæ progreſſionis uſu*, inter cætera (inquit) *Petrus Franc. Paſſerinus Doctor Placentinus*, *Græcis*, *æque ac latinis litteris*, & *omni eruditionis*, *atque Orationis genere*, *ſive ſolutæ*, *ſive ad numeros componat*, *excultiſsimus*. &c.

Monſſerratenſes ſtudioſi *apud Caramuelem in Metametrica part.* 1. *tabula* 18. inter alia de Petro Franc. Paſſerino ſic concinunt:

Hocque facultates majores Auſpice, firmas
Radices mittunt, ſcola claret, Fama perita
Plaude, *faveque viro Angelico: facunda Magiſtri*
Cinge triumphanti fœlicia tempora Lauro.
Fortunam ſuperat meritis, &c.

Ol-

O

OLdauius Sciopp ius in Opere Inscripto *Le Bellezze della Belisa*, pag. 223. juxta editionem Lodan. 1664. *Non lascierò* (inquit) *di vedere la Biblioteca di Monsignor Pier Franc. Passerini, degna veramente del Fondatore, soggetto Enciclopedico, e che si può chiamare, l'anima del Caramuele, cioè à dire, del più raro ingegno, che da un tempo in quà habbia veduto l'Europa.*

Scipio Bussetus Advoc. Genuensis, & Criminalium Causarum Placentiæ Olim Auditor, *in juris Responso pro* D. Marchione Lazaro Maria Doria, pag. 2. vers. *Non obstante*, &c. *Doctissimus* (inquit) *Passerinus de Pollution. Eccles.* disp. 2. cap. 50. num. 5. nec non in alio pro D. Benedicto Canepa, pag. 2. *clarissime* (inquit) *more solito explicat, & solidissime firmat Illustrissimus D. meus Consiliarius Passerinus (quem non minus Literatorum Coriphæum, Amicitiæ Typum, quam candidissima in me benevolentiæ Pelagum, & ore, & corde semper, & ubique coluisse, & recoluisse non pigebit) in suo Doctissimo Tractatu de Pollut. Eccles. disp. 5. cap. 33. per totum, & specialius num. 5.* atque etiam in alio pro D. Bernardo Gambarino, inspection. 3. vers. Adverto secundo, pag. 17. *ad optime* (inquit) *tradita per D. meum Consiliarium Passerinum, Doctrina, & experientia venerabilem, morum suavitate amabilem, & candidissima in amicos benevolentia admirabilem, in suis problem. Legal. probl. 6. num. 67. 76. &c.*

T

THomas Odericus Patritius Genuens. in *Catholica Aristarcho. Pier Franc. Passerini, &c. le tempie del quale fecero degne di eterno Alloro la Filosofia, le Leggi, la S. Theol. l'Oratoria, e la Poesia. Il di cui ingegno si manifesta con gli Schediasmi Accademici; Trionfante delle difficoltà, Ricco di erudittione, e Padrone dell' Eloquenza. Insomma un Pratico Christiano, che si trasforma dal molto, che sà, in tutto quello, che suol sapere, & in tutto quello altri sà.*

Z

ZAcarias Pasqualigus Cleric. Regul. *De Sacrificio novæ legis, tom.* 1. *in tract. de Pollut. Eccles.* plusquam centies Passerinum in Doctrinæ suæ confirmationem adducit, eumque tanti facit, ut in omnibus fere semper illius sententias amplectendo eundem, quasi lucem, ac Ducem, honorifice sectetur.



ELEN-

ELENCHUS
DISPUTATIONUM, ET CAPITUM TOTIUS OPERIS.

DISPUTATIO PRIMA.

QUIS HIC DICATUR *OCCIDENS UNUM PRO ALIO.*

CAPUT PRIMUM.
Qualiter hic ſumatur verbum *Occidere.*

CAPUT SECUNDUM.
Quid hic ſignificet dictio *Unum.*

CAPUT TERTIUM.
Quid hic ſignificet dictio *Pro.*

CAPUT QUARTUM.
Quid hic ſignificet dictio *Alio.*

CAPUT QUINTUM.
Qualis eſſe debeat animus occidentis, ut unum pro alio occidere dicatur.

CAPUT SEXTUM.
Quale debeat eſſe occidentis factum, ut is, eo mediante, unum pro alio occidere dicatur.

CAPUT SEPTIMUM.
Qualis eſſe debeat eventus, ſeu exitus rei, ut quis indè Unum pro alio occidiſſe dicatur.

CAPUT OCTAVUM.
Quomodo Participium *Occidens* hic ſumatur.

CAPUT NONUM.
Quo in sensu hic accipiatur *Occidens unum pro alio.*

DISPUTATIO SECUNDA.

UNDE FIAT, QUOD QUIS OCCIDAT UNUM PRO ALIO.

CAPUT PRIMUM.
An, & quomodo ex voluntate occidendi unum fiat, ut occidatur alius pro illo.

CAPUT SECUNDUM.
An ex dolo volentis occidere unum, sed actu occidentis alium, dolosa etiam evadat actualis occisio prædicta.

CAPUT TERTIUM.
An ex aliqua occidentis culpa fiat aliquando, ut unus occidatur pro alio.

CAPUT QUARTUM.
An ex aliquo casu fiat aliquando, ut quis occidat unum pro alio.

CAPUT QUINTUM.
Quænam diligentia præstari debeat ad culpam vitandam in periculo occidendi unum pro alio.

CAPUT SEXTUM.
Quandonam culpabiliter quis cooperetur alteri ad non cavendum periculum occidendi unum pro alio.

DISPUTATIO TERTIA

Quam diversimodè à culpa excusetur occidens unum pro alio.

CAPUT PRIMUM.

An à culpa excusetur minor occidens unum pro alio.

CAPUT SECUNDUM.

An à culpa excusetur Senex occidens unum pro alio.

CAPUT TERTIUM.

An à culpa excusetur Mulier occidens unum pro alio.

CAPUT QUARTUM.

An à culpa excusetur hermaphroditus occidens unum pro alio.

CAPUT QUINTUM.

An Eunuchus occidens unum pro alio à culpa excusetur.

CAPUT SEXTUM.

An morbo affectus occidens unum pro alio à culpa excusetur.



DISPUTATIO QUARTA.

QUID MEREATUR OCCIDENS UNUM PRO ALIO.

CAPUT PRIMUM.

Occidens unum pro alio, an quià tunc illicite alium occidere voluit, licet illum non occiderit, ideò, præcifo effectu præter intentionem fecuto, pœnam aliquam mereatur.

CAPUT SECUNDUM.

An occidens unum pro alio, quià tunc alium occidere conatus eſt, licet illum non occiderit, ideò Civilem conſummati homicidii pœnam mereatur.

CAPUT TERTIUM.

An occidens unum pro alio, quia tunc alium occidere conatus, ideò Canonicam homicidii pœnam ipſo Jure inflictam aliquando mereatur.

CAPUT QUARTUM.

An dolosè occidere volens unum,& culpabilitèr actu occidens alium, ordinariam homicidij pœnam aliquando mereatur.

CAPUT QUINTUM.

An, qui occidit Petrum, putans eum eſſe Paulum, quem dolosè occidere volebat, ordinariam homicidii pœnam mereatur.

CA-

CAPUT SEXTUM.

An, qui occidit Petrum Clericum, putans eum esse Paulum Clericum, quem tunc dolosè occidere volebat, Ecclesiasticas homicidij pœnas mereatur.

CAPUT SEPTIMUM.

An volens occidere Paulum non bannitum, si occidat Petrum bannitum diffidatum, quem tamen nesciebat esse talem, pœnam, vel præmium mereatur.

CAPUT OCTAVUM.

An Clericus, qui Titium proditoriè in Ecclesia occidere volebat, sed occidit Sejum Patrem suum bannitum diffidatum, quem putabat esse Titium, pœnam, vel præmium mereatur.

CAPUT NONUM.

An mulier bannita, quæ volens per Mandatarios Liviam bannitam, ac prægnantem occidi, in mandato per errorem Juliam pariter bannitam pro Livia expressit, & Mandatarii, qui volentes, juxtà mandatum eis datum Juliam occidere, per errorem Liviam pro Julia occiderunt, pœnam, vel præmium mereantur.

DISPUTATIO QUINTA.

An occidens unum pro alio ad aliquam satisfactionem teneatur.

CAPUT PRIMUM.

Satisfactionis nomen quo in sensu hic accipiatur.

DISPUTATIO PRIMA.

QUIS HIC DICATUR *OCCIDENS UNUM PRO ALIO.*

CAPUT PRIMUM.

Qualiter hic sumatur Uerbum *Occidere*.

SUMMARIUM.

Verba quid sint: num. 1.

Verborum cognitio an exacta requiratur in Iurisprudentia. num. 2.

Vox eadem non semper eandem habet significationem. num. 3.

Quænam ex pluribus unius vocis significationibus dici debeat primaria. num. 4.

Significatio propria, non propria, & impropria quænam sit. num. 5.

Verbum ambiguum quodnam dicatur. num. 6.

Ambiguum quasi ambivium est. num. 7.

Verborum significationes diversimodè à diversis afferuntur. num. 8.

Significationis proprietas, vel improprietas unde sumenda. num. 9.

Cur unius rei nomen ad aliam significandam assumatur. num. 10.

Verbum Occidere *plures in Iure significationes habet. num.* 11.

Verbi Occido *Etymologia. num.* 12.

Occidere, ac Necare an, & quomodo inter se differant. num. 13.

Veneno perempti an Occisi, vel Necati dicendi sint. num. 14.

Occisus dicitur, cui mors violenter illata est. num. 15.

Occidere quam strictè ab aliquibus accipiatur. num. 16.

Qui per alium occidit, an verè, ac propriè, vel interpretativè occidat. num. 17.

Homicida causalis, & formalis quisnam dicendus sit. num. 18.

Homicidii causa Physica, & Moralis quænam dicatur. 19.

Mutilatio an dici possit partialis occisio. num. 20.

An aliquando dici queat occisus, qui non est mortuus. num. 21.

Coo-

PRE-

1 
RÆMITTO primo, quod, cũ verba sint rerũ notæ, ac indices, immò veluti quædam tabella, qua res ipsæ nobis exprimuntur, ac oculis quodammodo subiiciuntur, & declarantur, cumque propterea verborum exacta cogni-
2 tio, ut in aliis scientiis, & disciplinis, ità etiam in Jurisprudentia necessariò haberi debeat, maximè cum sæpè, ac sæpius una, & eadem vox plu-
3 res, ac diversas habeat significationes, adeò ut non modo in diversis Provinciis, & Facultatibus; sed etiam in eisdem, & nonnunquam ab eodem quoque authore alitèr, atque aliter accipiatur, ut præ cæteris egregie tradit *Alciat. ad rubric. de verborum significat. Forcatul. de Occulta Jurisprudentia, dialog.* 47. *Coras. de Juris arte, part.* 4. *cap.* 1. *& tribus sequentibus, Stephan. de Federicis de Interpretat. legum,*
4 *part.* 3., ubi fusè, quænam significatio, & undè nam dicenda sit Primaria. *Nicol. Bellon. supputationum Juris lib.* 2. *cap.* 2. ubi plures, ac diversas unius, eiusdemq; vocis significationes ad rectam legum aliquarum notitiam necessarias affert, & indè *num.* 4. Triplicem unius vocis significationem dari posse concludit, nimirum Propriam, non Propriam, & Impropriam,
5 seu Abusivam. *Henric. Hahnius in Observatis ad Uvesembec. in ff. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 8. ubi
6 proptereà verbum, quod plures habet significationes, &
7 in ambas partes agi potest, ambiguum dicit, seu quasi ambivium, eo quod in ambas vias ferat, & in bivio quodammodò ponat *Arnold. Corvin. ad tit. ff. de verbor. significat. in rubric. V. significatione*, ubi
8 asserit verbum aliquod quatuor modis accipi posse, Proprie, & Improprie, ex usu loquendi, & per interpretationem, clareque singula distinguit. *Merenda Controversiar. jur. lib.* 2. *cap.* 5. *&* 6. ubi subtilitèr distinguit verborum significationem in Nativam, Dativam, Propriam,
9 Impropriam, & Mediam, nec non diligenter inquirit, undè nam significationis proprietas desumi possit, ad quod etiam multum faciunt tradita *à Stephan. de Federicis de Interpretat. legum, part.* 3. maximè *num.* 60., *& sequentib.* No-

vissimè verò, ac omnium clarissimè *Caramuel in Logica Morali, tum lib.* 1. *cap.* 1. *art.* 2. nec non *cap.* 3. *artic.* 1. *& sequentib.* precipuè verò *art.* 13. tum etiam *lib.* 2. *cap.* 1. *art.* 5. ubi subtilissimè, ac luculentis-
10. simè explicat, undè prodierit, quod nomen uniùs rei assumptum fuerit ad aliam significandam, idque pluribus dilucidat exemplis, maximè autem in vocibus *Aries*, *Fingo*, & *Spado*, quas preter primariam earumdem significationem, (quam singula propemodum nomina, sive Primitiva, sive Derivativa sint, habere dicuntur) pluribus etiam aliis, vel metaphoricis, vel aliter quomodocumque figuratis significationibus propriam ipsam ampliantibus, vel restringentibus donatas fuisse ostendit; proptereà hic etiam (fortasse autem non inepte, nec inutilitèr) quærendum, ac statuendum fuit, provt optimè tradit *Samuel Pufendorf. Elemontorum Jurisprudentiæ lib.* 2. *observat.* 4. *§.* 36. *& Matthæus de Criminibus tit.* 5. *cap.* 7. *num.* 14. *in fin.* quo in sensu verbum *Occidere*, de quo hic agitur, à nobis accipiatur, cum illud, habito respectu ad plura, & diversa, quæ in occisione ipsa, vel res-
11. pectu Occidentis, vel occisi, vel modi, & instrumenti, ac similium ad Occisionem concurrentium, spectari possunt, plures, ac diversas significationes, etiam in Jure ipso tàm Civili, quàm Canonico, quandoque habere videatur, ut mox videbimus.

PREMITTO secundo, quod Verbum *Occidere*, spectata eiusdem Verbi Etymologia, cum à *Cædendo*, vel 12.
cæde, juxtà *textum in l. Ita vulneratus* 51. *in princip. ff. ad l. Aquil.* deductum fuerit, aliquando sic accipitur, ut idem sit, quod, adhibita corporis vi, & quasi violenta manu, efficacem mortis causam præbere, ideòque tunc sumitur, provt contradistinguitur à Verbo *Necare*, illud enim 13.
non sine vulnere, aut ictu fieri docent aliqui; illud autem veneno, aut alitèr sine vulnere, & ictu: ad quod facit *l.* 1. *ff. ad l. Cornel. de Sicar. & l. necare, ff. de liber. agnosc.* & clarè patet ex *Vendramen. in Addition. ad Repertor. Inquisitor. in V. occidere*, nec non ex *Pereyra in Elucidario Morali, ac Legali, lib.* 2. *elùcidat.* 12. *sect.* 2. *num.* 899. ubi etiam subdit, quod eos, qui veneno perempti sunt, idcircò non occisos, 14.
sed necatos appellare solemus.

Ali-

Aliquando autem ipſummet verbum *Occidere* ſic accipitur, ut hominis omnem peremptionem, ſive gladio, telo, percuſſione, aliiſque eiuſmodi externis inſtrumentis, ſive veneno, qualibet arte, atque aliter quomodocumque facta ſit, ſub ſe comprehendat; undè tunc non ſolum non contradiſtinguitur à Verbo Necare, aut aliis eiuſmodi, ut videre eſt apud *Carer. in pract. Criminal. tit. de homicidio, in princip. num. 2. Muſcatel. in praxi criminal. rubric. de homicidio ſimplici, num. 5. & ſequent. Farinac. quæſt. 122. part. 1. nu. 1. & ſeq. Ciron. in 5. Decretal. tit. 12. de homicid. in princip. Corvin. in Codic. lib. 9. tit. 16. verſ. ſed & ſi*, provt idcircò nonnunquam vice verſa etiam in Jure ipſo is, qui occidit, necare dicitur, *l. ult. §. ult. ff. ad l. Pompejam de Parricid. Franc. de Petris conſ. 12. nu. 1.* ubi ait, Necare dicitur non tantum, qui ferro cædit, ſed etiam, qui neceſſarium denegat victum; ſed potiùs tam latè patet, ut, ſicuti nemo dicitur occiſus, cui vita à corpore naturaliter ſeparata non
15. fuit, ſic quilibet occiſus dicatur, cui mors violenter illata
16. eſt. Tam ſtrictè tamen aliquando Verbum ipſum *Occidere* ab aliquibus accipitur, ut non niſi, qui gladio interficit, occidere dicatur, ſicuti patet ex *Cujac. 9. obſervat. 30.* ad quod affert *l. 10. §. ſi ipſe ſervus, ff. de pecul.* Ab aliis verò prædictum Verbum ſic accipitur, ut ille ſolus propriè, ac verè *Occiſor* appelletur, qui 17.
tamquam cauſa Phyſico-Moralis immediatè, ac per ſe ipſum applicat Phyſicum Inſtrumentum ad humani compoſiti deſtructionem, ver. gr. qui impingit gladium in pectus, qui laqueo præfocat, &c. ut egregie dixit *Graſſet. de nece proditoria, §. 20. num. 94. & ſequentib.* quod etiam anteà docuiſſe videtur *Decian. tract. Criminal. lib. 9. cap. 18. nu. 10. & cap. 32. nu. 2.* ubi, qui mandat occidi, non dicitur verè, ac propriè occidens. *Alciat. in l. ex hoc jure, num. 9. ff. de Juſt. & Jur.* nec non *Carpan. in Commentar. Novar. Conſtitut. Mediolanen. §. Homicida n. 60. & ſequentib.*, ubi, qui per ſe ipſos, & immediatè non occidunt, ii omnes non niſi fictè, ac interpretativè, ut advertit *Bertrand. conſilior. volum. 1. conſ. 86. num. 1.* occidere dicuntur, cum talem effectum phyſicè non producant, ſed eum per alios produci faciant, ideoque moralitèr tantum

cau-

causent effectum prædictum, undè Jure optimo ab *Azevod. in Hispaniæ Regias Constitut. lib.* 8, *tit.* 23. *ad rubric. de los*
18. *homicidas, num.* 19. Mandans dicitur homicida causalis; Mandatarius autem homicida formalis: provt etiam idipsum habetur ex *Farinac. quæst.* 119. *num.* 8. ideòque à *Pufendorf. Elementorum Jurisprudentiæ, lib.* 1. *definition.* 1. §. 4.
19. Mandantes non nisi morales homicidiorum causæ vocantur. Immò, cum ii, qui occidunt, vehementer percutere soleant, indè factum est, ut,
20. qui vehementer cædit, aut mutilat, licet mortem non inferat; nihilominùs ab aliquibus per Synecdochen occidere dicatur, provt benè advertit *Vendramen. loc. citat.*, *Cardin. Alexandrin. in C. ex præmissis*, 1. *num.* 25. *distinct.* 50. ubi concludit, quod mutilatio est hominis occisio vel in toto, vel in parte. Undè mirum non est, quod etiam ab aliis,
21. non tamen propriè *Occisor* aliquando dicatur is, qui sufficientem morti causam dedit, quamvis mors subsecuta non sit, ut videre est apud *Carer. pract. criminal.* §. *homicidium*, *nu.* 17. *Theodor. Martin. iurisprudentiæ Criminal. dissertat.* 4. *cap.* 1. *sect.* 1. *num.* 9. nec non apud *Comitol. respons. moral. lib.* 4. *quæst.* 10. *num.* 21. *vers. Decimum sextum*, & *Mar. Ital. de immunitat. Eccles. lib.* 1. *cap.* 5. §. 4. *num.* 22. & *sequentib.* ubi refertur, sed reprobatur opinio eorum, à quibus is occidere dicitur, qui habet animum occidendi, ideoque vulnerat; licet mors non sequatur. Insuper ii quoque nonnunquam 22.
occidere dicuntur, qui occidenti aliqualitèr cooperantur. *Campanil. in diversor. jur. Canon. rubric.* 11. *cap.* 23. *num.* 68. & 79. ubi ait, quod, quicumque suadet, instigat, instruit, persuadet, consulit, aut alium hortatur ad homicidium, sanè dicitur homicida, & subdit, quod ideò Christus dicitur 23.
Crucifixus tum tertia, tum sexta hora, quià Judæi Christum Crucifixerunt hora tertia verbis, dicentes *Crucifige, Crucifige*; milites verò manibus hora sexta. *Emanuel. Gonzalez in Decretal. lib.* 5. *tit.* 12. *cap.* 11. *num.* 7. ubi eruditè varios cooperandi modos refert, & inter occisores eum etiam recenset, qui, cum posset occi- 24.
sionem prohibere, illam committi permisit: nam ejusdem, inquit, culpæ reus est, qui occidit, & qui Occisum, dum potuit, non defendit: quod tamen adeò luculentèr explicat,

cat, ut, qualiter id intelligi
debeat, unusquisque facilè
intelligere possit. Undè ge-
neralitèr dixit *Comitol. loc. cit.*
nu. 20. *verʃ. Decimum quartum*,
qui possunt, & debent ex offi-
cio resistere homicidis, & ar-
cere è cętu hominum Sica-
rios, si eorum culpa fit cædes,
culpam contrahunt homici-
dii, pluribusque Canonum
Decretis id probat, ac Docto-
rum auctoritatibus, ex quibus
etiam infert, quod dolosè
tacens, cum loqui poterat, ac
debebat, ut homicidium com-
mittendum impediret, homi-
cida est; provt etiam, qui non
edit, ut inædia pereat, positi-
25. vè se occidit, *Gomezius de*
Amescua, *de Potestate in se*
ipsum, *lib.* 2. *cap.* 6. maximè
num. 12. immò etiam, qui se.
26. non defendit, cum possit, ac
proindè occiditur, sui ipsius
Occisor ab aliquibus dicitur
apud dictum *Gomezium de*
Amescua, *de Potestate in se*
ipsum, *lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 3. *&*
sequentib. ubi tamen explica-
tur, quomodo dictum illud
intelligendum sit; sicuti etiam
se ipsum occidere dicitur, qui
alium aggreditur, eique neces-
sariam defensionis causam
præbet, à quo proindè occi-
27. ditur, ut benè advertit *Socin.*
in cap. porrò, *num.* 6. *de Clericis*
pugnant. in duel. Apertissimè
verò idipsum, & alia eiusmodi
dilucidantur à *Caramuele Lo-*
gicæ Moralis lib. 1. *cap.* 3. *art.* 12.
sect. 5. *in fin.* ubi propterea 28.
Principis crimina condonan-
tis Clementiam inclemen-
tem inclamat, cum crimina
foveat impunitas, ideòque
secundum homicidium à Si-
cario commissum, non Sica- 29.
rio, sed Principi imputandum
esse concludit; si enim ob pri-
mum homicidium ille in
Crucem actus fuisset, secun-
dum perpetrare non potuis-
set: fusiùs autem, ac univer-
salius *ibid. lib.* 2. *cap.* 1. *art.* 2.
sect. 1. ubi etiam subtilitèr ex-
plicat, quo sensu non defen-
dere censeatur aliquando esse
occidere, non quidem reali- 30.
tèr, sed virtualitèr. Qui enim
non defendit, quem defen-
dere poterat, & debebat, oc- 31.
cidisse censendus est, licet
illum realiter non occiderit;
prudentum tamen considera-
tione, & hypothesi ità se ha-
buit, ac si illum realiter occi-
disset: non enim ab alio occi-
sus fuisset, si ab ipso defensus
fuisset, qui proindè fuit occi-
sionis prædictę causa virtualis.
Quo in sensu Patrum Vete- 32.
rum vox fuit, *si proximum*
non defendisti, *occidisti*, undè
hujusmodi occisio à *Cara-*
muele

muele Theolog. fundament. lib. 1. *fundament.* 45. *num.* 1182.
33. vocatur Homicidium Morale, sivè quis latitando neget
34. implicitè defensionem, sivè quis præsens sit, & expresse eam neget, quod plus est, ut ex *Fabri* sententia contra *Gothofred.* rectè *Caramuel ibidem*
35. infert: Immò, qui sortilegiis naturalem in viris, ac mulieribus generandi vim impedit, aut efficit, ne mulier concipere possit, is etiam ab aliquibus dicitur occidere; licet tunc verè nemini vitam adi-
36. mat, cum nondum natus, neque ex utero, neque in utero, ut egregie distinguit *Pasqualigus in Theoria, & Praxi, de his, qui in periculo mortis constituuntur, quæst.* 20. *num.* 5. ac proindè nondum conceptus animam non habeat; ita inter alios *Jodoc. in Praxi Criminal. cap.* 73. *num.* 2. *Carer. in pract. & tract. de homicidio, §. homicidium, nu.* 106. *Solorzan. de Parricid. cap.* 12. *vers. ut verò*, & novissimè cum multis *Gonzalez in cap. si aliquis, de homicidio, num.* 2. &
37. *sequentib.* Quid plura? Cum occidere sit vitam adimere, seu vita privare, cumque unumquodque corpus sit, vel
38. carens vita, sensu, & ratione, ut lapis, vel habens quidem vitam, non autem sensum, nec rationem, ut arbos, vel habens vitam, & sensum, sed non rationem, ut Elephas, vel habens vitam, sensum, & rationem, ut homo, quod inter alios nuperrimè docuit *Caramuel in suo ingeniosissimo Leptotato, dissertat.* 3. *art.* 3. *sect.* 5. *nu.* 456. *pag.* 234. proindè ii etiam, qui plantas, aut cujuslibet generis animalia vita 39.
privant, ab aliquibus ea occidere, immò illicitè occidere dicuntur, provt videre est apud *Sebastian. Medic. de venation. part.* 1 *in præfat. num.* 38. *& sequentib.* id autem stulte, ac ridicule dicebant, ac do- 40.
cebant Manichæi; putabant enim viventia omnia esse quasdam Dei viventis particulas, nec non unam, & eandem esse animam in quibuscumque hominibus, animalibus, & plantis, ideòque falso asserebant nihil ex prædictis licitè occidi posse, ut ex *Divo Augustino de Civit. Dei, lib.* 1. *cap.* 20. *& D. Thoma* 2. 2. *qu.* 64. *art.* 1. tradunt *Less. de Just. & Jur. lib.* 2. *cap.* 9. *dubitat.* 1. *Salelles de materiis Tribunalium S. Inquisit. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 220. & 226. *Franc. de Magistris Sylvæ Ecclesiastic. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. & novissimè *Gabriel. à S. Vincentio de Just.*

&

& Jur. disputat. 6. qu. 6. nu. 65.
41. ubi etiam explicat, quo in sensu S. Franciscus cum aliis Sanctis, irrationalia quoque animalia Fratres, & Sorores appellaret. Nec etiam desunt, qui eum pariter occisorem vocent, qui, & si de facto neminem corporaliter occidit, nec ullum corporis actum ad aliquem occidendum fecit; verè tamen habuit animum
42. occidendi, ac proindè ob tale odium in foro animę, & quoad Deum, occisor fuit, ut habetur ex *textu, & glos. in cap. Homicidiorum, & cap. homicidium, & cap. si cui, de Pœnit. dist.* 1. & expressè tradit *Ant. de Ballis varior. tractat. lib.* 3. *cas.* 1. *n.* 1. nec non *Gutierez Canonicar. quæst. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 74. ubi occidens animo tantum, &
43. non facto, Mentalis homicida dicitur. Dixi corporalitèr, quià, nedum spiritualitèr, hoc est respectu animæ tum
44. propriè, tum alteriùs, ac proindè quoad Deum, ut mox explicabitur, sed etiam civi-
45. litèr, ac politicè, hoc est respectu honoris, quem vitam Civilem, ac Politicam esse,
46. immò apud generosos altiùs, & grandiùs de honore, quam de corporis salute, ac vita sentiri affirmat *Reusner. Decisionum lib.* 3. *decis.* 4. *num.* 23. *& sequentib.* nec non *Caramuel Theologiæ Moralis præterintentionalis cap.* 3. *in Præcept.* 5. *cas.* 20. *num.* 267. *pag. mihi* 95. secùs dicendum erit. Indèque patet, cur in *d. cap. homicidiorum, de Pœnit. dist.* 1. detractores homicidæ asserantur, civilitèr 47.
enim, ac Politicè eos occidunt, quos infamant. Hinc benè dictum,

Omnia si pereant, famam servare memento,
Hac semel amissa, postea nullus eris.

Provt occiditur etiam moralitèr, qui proscribitur, quià 48.
privatur vita Civili, ut habetur ex *Sebast. Medic. in tract. mors omnia solvit, part.* 1. *nu.* 50. & expressè dixit *Caramuel Theologia fundamental. fundament.* 45. *num.* 1032. nec non Excommunicatio ipsa ideò mors dicitur in *cap. absit,* 12. *quæst.* 3. *& cap. per venerabilem, §. sunt autem, Qui filii sint legitimi*, quià, sicut mortuus vitæ 49.
hujus fructibus caret, ità excommunicatus spiritualis vitę fructibus privatus est.

PRæmitto tertio, quod, 50.
sicuti animatum corpus tunc occidi dicitur, cum illud violentèr privatur anima, quæ prædicti corporis vita erat, ut ex superiùs adductis abundè

PRE-

1 RÆMITTO primo, quod, cũ verba sint rerũ notæ, ac indices, immò veluti quædam tabella, qua res ipsæ nobis exprimuntur, ac oculis quodammodo subiiciuntur, & declarantur, cumque propterea verborum exacta cogni-
2 tio, ut in aliis scientiis, & disciplinis, ità etiam in Jurisprudentia necessariò haberi debeat, maximè cum sæpè, ac sæpius una, & eadem vox plu-
3 res, ac diversas habeat significationes, adeò ut non modo in diversis Provinciis, & Facultatibus; sed etiam in eisdem, & nonnunquam ab eodem quoque authore alitèr, atque aliter accipiatur, ut præ cæteris egregie tradit *Alciat. ad rubric. de verborum significat. Forcatul. de Occulta Jurisprudentia, dialog.* 47. *Coras. de Juris arte, part.* 4. *cap.* 1. *& tribus sequentibus*, *Stephan. de Federicis de Interpretat. legum*,
4 *part.* 3., ubi fusè, quænam significatio, & undè nam dicenda sit Primaria. *Nicol. Bellon. supputationum Juris lib.* 2. *cap.* 2. ubi plures, ac diversas unius, eiusdemq; vocis significationes ad rectam legum aliquarum notitiam necessarias affert, & indè *num.* 4. Triplicem unius vocis significationem dari posse concludit, nimirum Propriam, non Propriam, & Impropriam, 5
seu Abusivam. *Henric. Hahnius in Observatis ad Uvesembec. in ff. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 8. ubi propterea verbum, quod plu- 6
res habet significationes, & in ambas partes agi potest, 7
ambiguum dicit, seu quasi ambivium, eo quod in ambas vias ferat, & in bivio quodammodò ponat *Arnold. Corvin. ad tit. ff. de verbor. significat. in rubric. V. significatione*, ubi asserit verbum aliquod qua- 8
tuor modis accipi posse, Proprie, & Improprie, ex usu loquendi, & per interpretationem, clareque singula distinguit. *Merenda Controversiar. jur. lib.* 2. *cap.* 5. *&* 6. ubi subtilitèr distinguit verborum significationem in Nativam, Dativam, Propriam, Impropriam, & Mediam, 9
nec non diligenter inquirit, undè nam significationis proprietas desumi possit, ad quod etiam multum faciunt tradita *à Stephan. de Federicis de Interpretat. legum, part.* 3. maximè *num.* 60., *& sequentib.* No-

vissimè verò, ac omnium cla-
rissimè *Caramuel in Logica*
Morali, *tum lib.* 1. *cap.* 1. *art.* 2.
nec non *cap.* 3. *artic.* 1. *& se-*
quentib. precipuè verò *art.* 13.
tum etiam *lib.* 2. *cap.* 1. *art.* 5.
ubi subtilissimè, ac luculentis-
10. simè explicat, undè prodierit,
quod nomen uniùs rei assump-
tum fuerit ad aliam significan-
dam, idque pluribus dilucidat
exemplis, maximè autem in
vocibus *Aries*, *Fingo*, & *Spado*,
quas prȩter primariam earum-
dem significationem, (quam
singula propemodum nomi-
na, sive Primitiva, sive Deri-
vativa sint, habere dicuntur)
pluribus etiam aliis, vel me-
taphoricis, vel aliter quomo-
documque figuratis significa-
tionibus propriam ipsam am-
pliantibus, vel restringentibus
donatas fuisse ostendit; prop-
tereà hic etiam (fortasse au-
tem non inepte, nec inutilitèr)
quærendum, ac statuendum
fuit, provt optimè tradit *Sa-*
muel Pufendorf. Elemontorum
Jurisprudentiæ lib. 2. *observat.*
4. *§.* 36. *& Matthæus de Cri-*
minibus tit. 5. *cap.* 7. *num.* 14. *in*
fin. quo in sensu verbum *Occi-*
dere, de quo hic agitur, à nobis
accipiatur, cum illud, habito
respectu ad plura, & diversa,
quæ in occisione ipsa, vel res-
11. pectu Occidentis, vel occisi,
vel modi, & instrumenti, ac
similium ad Occisionem con-
currentium, spectari possunt,
plures, ac diversas significa-
tiones, etiam in Jure ipso tàm
Civili, quàm Canonico, quan-
doque habere videatur, ut
mox videbimus.

PREMITTO secundo, quod
Verbum *Occidere*, spe-
ctata eiusdem Verbi Etymo-
logia, cum à *Cædendo*, vel 12.
cæde, juxtà *textum in l. Ita vul-*
neratus 51. *in princip. ff. ad l.*
Aquil. deductum fuerit, ali-
quando sic accipitur, ut idem
sit, quod, adhibita corporis vi,
& quasi violenta manu, effi-
cacem mortis causam præbe-
re, ideòque tunc sumitur,
provt contradistinguitur à
Verbo *Necare*, illud enim 13.
non sine vulnere, aut ictu
fieri docent aliqui; istud au-
tem veneno, aut alitèr sine
vulnere, & ictu: ad quod facit
l. 1. *ff. ad l. Cornel. de Sicar. &*
l. necare, *ff. de liber. agnosc.* &
clarè patet ex *Vendramen. in*
Addition. ad Repertor. Inquisitor.
in V. occidere, nec non ex *Pe-*
reyra in Elucidario Morali, *ac*
Legali, *lib.* 2. *elùcidat.* 12. *sect.*
2. *num.* 899. ubi etiam subdit,
quod eos, qui veneno peremp-
ti sunt, idcircò non occisos, 14.
sed necatos appellare solemus.

Ali-

Aliquando autem ipſummet verbum *Occidere* ſic accipitur, ut hominis omnem peremptionem, ſive gladio, telo, percuſſione, aliiſque eiuſmodi externis inſtrumentis, ſive veneno, qualibet arte, atque aliter quomodocumque facta ſit, ſub ſe comprehendat; undè tunc non ſolum non contradiſtinguitur à Verbo Necare, aut aliis eiuſmodi, ut videre eſt apud *Carer. in pract. Criminal. tit. de homicidio, in princip. num.* 2. *Muſcatel. in praxi criminal. rubric. de homicidio ſimplici, num.* 5. *& ſequent. Farinac. quæſt.* 122. *part.* 1. *nu.* 1. *& ſeq. Ciron. in* 5. *Decretal. tit.* 12. *de homicid. in princip. Corvin. in Codic. lib.* 9. *tit.* 16. *verſ. ſed & ſi*, provt idcircò nonnunquam viceverſa etiam in Jure ipſo is, qui occidit, necare dicitur, *l. ult. §. ult. ff. ad l. Pompejam de Parricid. Franc. de Petris conſ.* 12. *nu.* 1. ubi ait, Necare dicitur non tantum, qui ferro cædit, ſed etiam, qui neceſſarium denegat victum; ſed potiùs tam latè patet, ut, ſicuti nemo dicitur occiſus, cui vita à corpore naturaliter ſeparata non
15. fuit, ſic quilibet occiſus dicatur, cui mors violenter illata
16. eſt. Tam ſtrictè tamen aliquando Verbum ipſum *Occidere* ab aliquibus accipitur, ut non niſi, qui gladio interficit, occidere dicatur, ſicuti patet ex *Cujac.* 9. *obſervat.* 30. ad quod affert *l.* 10. *§. ſi ipſe ſervus, ff. de pecul.* Ab aliis verò prædictum Verbum ſic accipitur, ut ille ſolus propriè, ac verè *Occiſor* appelletur, qui 17.
tamquam cauſa Phyſico-Moralis immediatè, ac per ſe ipſum applicat Phyſicum Inſtrumentum ad humani compoſiti deſtructionem, ver. gr. qui impingit gladium in pectus, qui laqueo præfocat, &c. ut egregie dixit *Graſſet. de nece proditoria, §.* 20. *num.* 94. *& ſequentib.* quod etiam anteà docuiſſe videtur *Decian. tract. Criminal. lib.* 9. *cap.* 18. *nu.* 10. *& cap.* 32. *nu.* 2. ubi, qui mandat occidi, non dicitur verè, ac propriè occidens. *Alciat. in l. ex hoc jure, num.* 9. *ff. de Juſt. & Jur.* nec non *Carpan. in Commentar. Novar. Conſtitut. Mediolanen. §. Homicida n.* 60. *& ſequentib.*, ubi, qui per ſe ipſos, & immediatè non occidunt, ii omnes non niſi fictè, ac interpretativè, ut advertit *Bertrand. conſilior. volum.* 1. *conſ.* 86. *num.* 1. occidere dicuntur, cum talem effectum phyſicè non producant, ſed eum per alios produci faciant, ideoque moralitèr tantum cau-

causent effectum prædictum,
undè Jure optimo ab *Azeved. in Hispaniæ Regias Constitut.
lib. 8, tit. 23. ad rubric. de los*
18. *homicidas*, *num.* 19. Mandans
dicitur homicida causalis;
Mandatarius autem homicida formalis: provt etiam
idipsum habetur ex *Farinac.
quæst.* 119. *num.* 8. ideòque à
Pufendorf. Elementorum Jurisprudentiæ, lib. 1. *definition.* 1. §. 4.
19. Mandantes non nisi morales
homicidiorum causæ vocantur. Immò, cum ii, qui occidunt, vehementer percutere
soleant, indè factum est, ut,
20. qui vehementer cædit, aut
mutilat, licet mortem non
inferat; nihilominùs ab aliquibus per Synecdochen occidere dicatur, provt benè
advertit *Vendramen. loc. citat.*,
*Cardin. Alexandrin. in C. ex
præmissis*, 1. *num.* 25. *distinct.* 50.
ubi concludit, quod mutilatio
est hominis occisio vel in toto,
vel in parte. Undè mirum
non est, quod etiam ab aliis,
21. non tamen propriè *Occisor* aliquando dicatur is, qui sufficientem morti causam dedit,
quamvis mors subsecuta non
sit, ut videre est apud *Carer.
pract. criminal.* §. *homicidium*,
nu. 17. *Theodor. Martin. iurisprudentiæ Criminal. dissertat.* 4.
cap. 1. *sect.* 1. *num.* 9. nec non
apud *Comitol. respons. moral.
lib.* 4. *quæst.* 10. *num.* 21. *vers.
Decimum sextum*, & *Mar. Ital.
de immunitat. Eccles. lib.* 1. *cap.* 5.
§. 4. *num.* 22. & *sequentib.* ubi
refertur, sed reprobatur opinio
eorum, à quibus is occidere
dicitur, qui habet animum
occidendi, ideoque vulnerat;
licet mors non sequatur. Insuper ii quoque nonnunquam
occidere dicuntur, qui occi- 22.
denti aliqualitèr cooperantur.
Campanil. in diversor. jur. Canon. rubric. 11. *cap.* 23. *num.* 68.
& 79. ubi ait, quod, quicumque suadet, instigat, instruit,
persuadet, consulit, aut alium
hortatur ad homicidium, sanè
dicitur homicida, & subdit,
quod ideò Christus dicitur 23.
Crucifixus tum tertia, tum
sexta hora, quià Judæi Christum Crucifixerunt hora tertia verbis, dicentes *Crucifige*,
Crucifige; milites verò manibus hora sexta. *Emanuel. Gonzalez in Decretal. lib.* 5. *tit.* 12.
cap. 11. *num.* 7. ubi eruditè varios cooperandi modos refert,
& inter occisores eum etiam
recenset, qui, cum posset occi-
sionem prohibere, illam com- 24.
mitti permisit: nam ejusdem,
inquit, culpæ reus est, qui occidit, & qui Occisum, dum
potuit, non defendit: quod
tamen adeò luculentèr explicat,

cat, ut, qualiter id intelligi
debeat, unusquisque facilè
intelligere possit. Undè ge-
neralitèr dixit *Comitol. loc. cit.*
nu. 20. *verf. Decimum quartum,*
qui possunt, & debent ex offi-
cio resistere homicidis, & ar-
cere è cętu hominum Sica-
rios, si eorum culpa fit cædes,
culpam contrahunt homici-
dii, pluribusque Canonum
Decretis id probat, ac Docto-
rum auctoritatibus, ex quibus
etiam infert, quod dolosè
tacens, cum loqui poterat, ac
debebat, ut homicidium com-
mittendum impediret, homi-
cida est; provt etiam, qui non
edit, ut inædia pereat, positi-
25. vè se occidit, *Gomezius de*
Amescua, de Potestate in se
ipsum, lib. 2. *cap.* 6. maximè
num. 12. immò etiam, qui se
26. non defendit, cum possit, ac
proindè occiditur, sui ipsius
Occisor ab aliquibus dicitur
apud dictum *Gomezium de*
Amescua, de Potestate in se
ipsum, lib. 1. *cap.* 17. *num.* 3. *&*
sequentib. ubi tamen explica-
tur, quomodo dictum illud
intelligendum sit; sicuti etiam
se ipsum occidere dicitur, qui
alium aggreditur, eique neces-
sariam defensionis causam
præbet, à quo proindè occi-
27. ditur, ut benè advertit *Socin.*
in cap. porrò, num. 6. *de Clericis*
pugnant. in duel. Apertissimè
verò idipsum, & alia eiusmodi
dilucidantur à *Caramuele Lo-*
gicæ Moralis lib. 1. *cap.* 3. *art.* 12.
sect. 5. *in fin.* ubi propterea 28.
Principis crimina condonan-
tis Clementiam inclemen-
tem inclamat, cum crimina
foveat impunitas, ideòque
secundum homicidium à Si-
cario commissum, non Sica- 29.
rio, sed Principi imputandum
esse concludit; si enim ob pri-
mum homicidium ille in
Crucem actus fuisset, secun-
dum perpetrare non potuis-
set: fusiùs autem, ac univer-
salius *ibid. lib.* 2. *cap.* 1. *art.* 2.
sect. 1. ubi etiam subtilitèr ex-
plicat, quo sensu non defen-
dere censeatur aliquando esse
occidere, non quidem reali- 30.
tèr, sed virtualitèr. Qui enim
non defendit, quem defen-
dere poterat, & debebat, oc- 31.
cidisse censendus est, licet
illum realiter non occiderit;
prudentum tamen considera-
tione, & hypothesi ità se ha-
buit, ac si illum realiter occi-
disset: non enim ab alio occi-
sus fuisset, si ab ipso defensus
fuisset, qui proindè fuit occi-
sionis prædictę causà virtualis.
Quo in sensu Patrum Vete- 32.
rum vox fuit, *si proximum*
non defendisti, occidisti, undè
hujusmodi occisio à *Cara-*
muele

muele Theolog. fundament. lib. 1.
fundament. 45. *num.* 1182.
33. vocatur Homicidium Mora-
le, sivè quis latitando neget
34. implicitè defensionem, sivè
quis præsens sit, & expressè
eam neget, quod plus est, ut
ex *Fabri* sententia contra *Go-
thofred.* rectè *Caramuel ibidem*
35. infert: Immò, qui sortilegiis
naturalem in viris, ac mulie-
ribus generandi vim impedit,
aut efficit, ne mulier conci-
pere possit, is etiam ab aliqui-
bus dicitur occidere; licet
tunc verè nemini vitam adi-
36. mat, cum nondum natus,
neque ex utero, neque in
utero, ut egregie distinguit
*Pasqualigus in Theoria, &
Praxi, de his, qui in periculo
mortis constituuntur, quæst.* 20.
num. 5. ac proindè nondum
conceptus animam non ha-
beat; ita inter alios *Jodoc. in
Praxi Criminal. cap.* 73. *num.* 2.
*Carer. in pract. & tract. de ho-
micidio, §. homicidium, nu.* 106.
Solorzan. de Parricid. cap. 12.
vers. ut verò, & novissimè cum
multis *Gonzalez in cap. si ali-
quis, de homicidio, num.* 2. *&*
37. *sequentib.* Quid plura? Cum
occidere sit vitam adimere,
seu vita privare, cumque
unumquodque corpus sit, vel
38. carens vita, sensu, & ratione,
ut lapis, vel habens quidem
vitam, non autem sensum,
nec rationem, ut arbos, vel
habens vitam, & sensum, sed
non rationem, ut Elephas,
vel habens vitam, sensum, &
rationem, ut homo, quod
inter alios nuperrimè docuit
*Caramuel in suo ingeniosissimo
Leptotato, dissertat.* 3. *art.* 3.
sect. 5. *nu.* 456. *pag.* 234. proindè
ii etiam, qui plantas, aut cujus-
libet generis animalia vita 39.
privant, ab aliquibus ea occi-
dere, immò illicitè occidere
dicuntur, provt videre est
apud *Sebastian. Medic. de ve-
nation. part.* 1. *in præfat. num.* 38.
& sequentib. id autem stulte,
ac ridicule dicebant, ac do- 40.
cebant Manichæi; putabant
enim viventia omnia esse
quasdam Dei viventis parti-
culas, nec non unam, & ean-
dem esse animam in quibus-
cumque hominibus, animali-
bus, & plantis, ideòque falso
asserebant nihil ex prædictis
licitè occidi posse, ut ex *Divo
Augustino de Civit. Dei, lib.* 1.
cap. 20. *& D. Thoma* 2. 2. *qu.*
64. *art.* 1. tradunt *Less. de Just.
& Jur. lib.* 2. *cap.* 9. *dubitat.* 1.
*Salelles de materiis Tribuna-
lium S. Inquisit. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.*
7. *num.* 220. *&* 226. *Franc. de
Magistris Sylva Ecclesiastic.
part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. & novissimè
Gabriel. à S. Vincentio de Just.

&

& Jur. disputat. 6. qu. 6. nu. 65.
41. ubi etiam explicat, quo in sensu S. Franciscus cum aliis Sanctis, irrationalia quoque animalia Fratres, & Sorores appellaret. Nec etiam desunt, qui eum pariter occisorem vocent, qui, & si de facto neminem corporaliter occidit, nec ullum corporis actum ad aliquem occidendum fecit; verè tamen habuit animum
42. occidendi, ac proindè ob tale odium in foro animę, & quoad Deum, occisor fuit, ut habetur ex *textu, & glos. in cap. Homicidiorum, & cap. homicidium, & cap. si cui, de Pœnit. dist.* 1. & expresse tradit *Ant. de Ballis varior. tractat. lib. 3. cas. 1. n. 1.* nec non *Gutierez Canonicar. quæst. lib. 2. cap. 6. num. 74.* ubi
43. occidens animo tantum, & non facto, Mentalis homicida dicitur. Dixi corporalitèr, quià, nedum spiritualitèr, hoc est respectu animæ tum
44. propriè, tum alteriùs, ac proindè quoad Deum, ut mox explicabitur, sed etiam civi-
45. litèr, ac politicè, hoc est respectu honoris, quem vitam Civilem, ac Politicam esse,
46. immò apud generosos altiùs, & grandiùs de honore, quam de corporis salute, ac vita sentiri affirmat *Reusner. Decisionum lib. 3. decis. 4. num. 23. & sequentib.* nec non *Caramuel Theologia Moralis præterintentionalis cap. 3. in Præcept. 5. cas. 20. num. 267. pag. mihi* 95. secùs dicendum erit. Indèque patet, cur in *d. cap. homicidiorum, de Pœnit. dist.* 1. detractores homicidæ asserantur, civilitèr 47.
enim, ac Politicè eos occidunt, quos infamant. Hinc benè dictum,

Omnia si pereant, famam servare memento,
Hac semel amissa, postea nullus eris.

Prout occiditur etiam moralitèr, qui proscribitur, quià 48.
privatur vita Civili, ut habetur ex *Sebast. Medic. in tract. mors omnia solvit, part. 1. nu. 50.* & expresse dixit *Caramuel Theologia fundamental. fundament. 45. num.* 1032. nec non Excommunicatio ipsa ideò mors dicitur in *cap. absit, 12. quæst. 3. & cap. per venerabilem, §. sunt autem, Qui filii sint legitimi*, quià, sicut mortuus vitæ 49.
hujus fructibus caret, ità excommunicatus spiritualis vitę fructibus privatus est.

PRÆMITTO tertio, quod, 50.
sicuti animatum corpus tunc occidi dicitur, cum illud violentèr privatur anima, quæ prædicti corporis vita erat, ut ex superiùs adductis abundè

constat, sic etiam anima ipsa in homine, seù homo ipse quoad animam, tunc occidi
51. dicitur, quando, mortalitèr peccando, privatur vita spirituali, seù gratia Dei, quæ est vera ipsiùs animę vita: & sicuti quis corporalitèr, seù quoad corpus, occidere dicitur, cum sibi ipse, vel alteri corporalem mortem, aut mortis corporalis
52. causam præbet, ut jam vidimus, sic etiam spiritualitèr, seù quoad veram, & spiritualem animæ vitam, quis occidere dicitur, vel se ipsum, cum mortalitèr peccat (sic enim privat animam suam vera vita,
53. quæ est Divina Gratia). vel alios, cum eos scandalis, aut aliis modis ad mortalitèr peccandum, & sic ad prædictam animæ occisionem, allicit, sivè inducit. Anima enim, licet in se, & quoad naturalem ejus vitam, nunquam moriatur, quià immortalis est, & per istam vitam vivificat corpus; nihilominùs quoad aliam vitam, quæ est secundum Deum, & spiritualis, nec non gratiæ vocatur, tunc mori, vel occidi dicitur, cum Dei gratiam, ideòque salutem æternam amittit, simulque divinam contrahit inimicitiam, quæ secum animæ perditionem omnem, æternamque mortem affert, provt docte dixit *Baldel. Theologiæ Moralis lib. 2. disputat. 32. nu. 14. Marchant. in Horto Pastorum lib. 3. tract. 4. lect. 6. versic. vltimò. Onuphrius de integra Sacramentali Confessione, tract. 1. disp. 3. qu. 5. conclus. 2. Turrecremat. in can. Homicidiorum. & cap. Noli putare, de Pœnit. dist. 1.* immò expressè habetur ex textu ipso *d. cap. Noli putare 27. de Pœnit. dist. 1.* ubi D. August. ait, *Noli putare te non esse homicidam, quando fratri tuo mala* 54.
persuades, si fratri tuo mala persuades, occidis, & ex *Gloss. ibid. in V. persuades*, dicente; *qui enim persuadet, corrumpit*, hoc est, se ipsum, & fratris animam perdit, ut rectè docuit *Maranta controversiar. part. 5. respons. 59. n. 39. & sequentib.* ubi etiam addit, quod persuadere mala, plus est, & pejus, quam facere; idque clarè probat ex *Gloss. in cap. deteriores 6. quæst. 1.* & ex *l. 1. §. persuadere autem, ff. de servo corrupto, & num. 42.* ex *Gloss. in cap. tanta nequitia 24. §. eos verò, dist. 86. V. excommunicatos*, deducit, quod quandoque perversi Consiliarii, seù perversum consilium dantes magis puniuntur, quam facientes: dixit tamen quandòque, nam, licet vulgato Juris principio dici soleat parem

55. parem esse agentium, & consentientium, siuè juvantium pœnam; illud tamen non procedit, ubi diversa aliqua inter facientem, & consulentem qualitas est, quæ in uno potiùs, quam in altero animadversionem exacerbari suadeat, ut post *Bartol. in l. qui servo, §. item placuit, de furt.* & alios relatos à *Menoch. de Arbitrar. cas. 351. nu. 20.* benè monuit *Solorzan. de Parricidii crimine, cap. 15. vers. de pœna verò.* Undè Jure, ac meritò à Doctoribus communitèr homicidium distinguitur in
56. Corporale, ac Spirituale, juxtà prędictam corporis, aut animę occisionem, ut apertè vìderè est apud *Goffred. in rubric. decretal. de Homicidio, nu. 2. Hostiens. in summa ad rubric. de homicidio, num. 2. Præposit. in cap. ex præmissis num. 21. dist. 50. Marian. Socin. ad rubric. tit. decretal. de homicidio, num. 5. Carpan. in cap. homicida, Novar. Const. Mediolan. num. 8. Farinac.* cum multis ab ipso allegatis, de *Homicidio, quæst. 119.* ubi proptereà benè advertit, quod, qui fratri suo indigenti denegat alimenta,
57. de quo est *cap. Pasce, dist. 86. & l. necare, ff. de liber. agnosc.* quandòque non modo spirituale, sed etiam corporale homicidiū committit; idemque dicendum videtur de eo, qui Christi, vel Ecclesię pecunias aufert, vel rapit, juxtà *Canon. Qui Christi pecunias, 12. quæst. 2.* cum proindè desit, 58.
undè famem patientibus subveniatur, & consequentèr, qui dictas pecunias abstulit, eos occidisse videatur, ut dixit *Maranta in Medulla decreti, litt. H. vers. Homicidiā paritèr, Uvesembec. ad ff. lib. 48. tit. 8. ad l. Cornel. de Sicar. num. 5. &* ibi *Habnius in Observat. V. illud Canonistæ*, ubi hanc homicidii divisionem dicit esse 59.
non generis univoci, sed æquivoci in sua æquivocata, quod etiam anteà judicatum fuerat ab *Azevedo in Hispaniæ Regias constit. lib. 8. tit. 23. in rubr. num. 21.* nam homicidium spirituale non propriè, sed largè, ac interpretativè homicidium dicitur.

Dico verbum *occidere* hic 60.
accipi, provt idem significat, quod *Homini mortem violentam inferre*, quo in sensu accipi quoque videtur à *Marsil. in tract. Bannit. in V. mortui, nu. 1. Carpan. ad Novas Constitut. Mediolan. in cap. Homicida, nu. 19. Farinac. d. quæst. 119. nu. 9.* clariùs autem ab *Harprecht. ad tit. de Public. Judic. §. Item lex Cornelia, num. 6. Martin. dissertat.*

C 2

fertat. criminal. 4. *cap.* 1. *sect.* 1. *num.* 7. *& à Pereyra in Elucidario, num.* 162. ubi Occisionem, mortem violentam appellat. Hæc enim prædictę occisionis definitio, seù descriptio inter alias à me visas, mihi magis ad Occisionis, de qua hic agitur, essentiam exprimendam idonea videtur, donec aptior
61. occurrat. In ea siquidem ideò dicitur *Homini*; ut sub hoc nomine uterque naturæ humanæ sexus contineatur, prout utrumque sub eodem contineri patet ex *l. hominis, ff. de verbor. & rer. significat. Rebuff. ad tit. de verbor. signif. in l.* 1. *vers. Decimo idem. Balzaran. de Feud. tit.* 27. *ad §. si quis, num.* 2. Quamvis enim ali-
62. quando appellatione hominis veniat etiam fiscus, *gloss. &*
63. *Baldus in l. eos, §. super, C. de usuris*; non dicatur autem homo, qui ratione caret, seù veriùs, qui ratione non utitur, cum potiùs bestia tunc appellandus sit, quia jumenti similitudinem gerit, ut ex *text. in Auth. de Monac. in princip.* dixit *Marian. Socin. sen. in cap. cum Christus, num.* 3. *de hæretic. Gomes. in regul. de annali possessore, quæst.* 47. *in fin.* nec non *Maranta in Medulla Decreti, litt. H. vers. homo qui*; id tamen intelligi debet respectu morum humanæ, ideòque rationali creaturæ non convenientium, non autem quoad veram hominis naturam, quam re ipsa habet, & ad quam verè sat est, quod quis habeat corpus humanum, simulque animam rationalem; tametsi posteà recta ratione non utatur, ac proindè cum bestiis per similitudinem computetur, prout hoc ipsum pariter anteà dixerat *Bartol. in Auth. de incest. nupt. num.* 2. sicut etiam aliquando ignorantes ob id 64.
dicuntur non esse homines, sed hominum imagines, *Abb. in cap. Prudentiam, de off. delegat. & Fusc. in singular. litt. I. num.* 2. seù per similitudinem quandam lapides, prout Diogenes, cum videret quendam divitem ignorantem sedere, dixit. *Lapis super lapidem sedet*, teste *Chassen. in* 65.
Catal. Gl. Mund. part. 10. *consid.* 4. *column.* 3. *fol. mihi* 184. Immò, licet aliquando in Jure, saltem Civili, ut benè advertit *Fulgos. in l. si mulierem, num.* 1. *ff. ad l. Cornel. de Sicar.* qui est in utero, non dicatur homo, ut 66.
ex *l. fin. ff. de assign. libert. l. ult. §.* 1. *ff. de collation. bonor. & l. antiqui, ff. si pars hæredit. petat.* dixit post alios plures à *Farinac. qu.* 122. *part.* 6. *num.* 135. relatos *Fagnan. in cap. cum* cun-

cunctis, *num:* 135. *de Election.* *Alciat. in l.* 152. *num.* 4. *de verbor. significat.* & *Mayner. in l. in obscura voluntate*, *in princip. de regul. jur.* nihilominùs vel id intelligendum videtur, itavt non dicatur homo in odiosis, secùs verò in favorabilibus eidem; si tamen is anima rationali jam tum præditus, ideòque in utero jam natus fuerit; licet nondum ex utero natus sit, provt videre est apud eundem *Mayner. ibid.* & apud *Alciat. in l. intelligendus* 153. *num.* 1. *de verbor. significat.* ubi, qui in utero est, in sui favorem pro nato habetur, nec non apud *Franc. Ant. Costam cons.* 65. *num.* 57. & *sequentibus*, ubi filius in utero existens pro nato habetur, & verè filius est, eique legitima competit, ideòque venter in possessionem mittendus est, vel cum *Narbona de ætate*, *anno* 1. *qu.* 2. *nu.* 17. & *sequentib.* dici potest, quod fœtus anima præditus, ex quo re vera anima, & corpore, quamvis minùs perfecto, compaginatur, minùs propriè homo appelletur; propriè verò non nisi post ejus nativitatem ex utero: vel certè dicendum jura in contrarium adduci solita non esse intelligenda de fœtu intra uterum animato, sed de fœtu nondum animato; tunc enim propriè, ac verè nondum est homo, provt posteà verè, quoad veram hominis essentiam, homo est; licet adhuc in utero sit, quando ibi anima rationali præditus est, ut habetur ex *l. si quis aliquid* 38. §. *qui abortionis*, *ff. de pœnis*, ubi legislator hominem appellat fœtum efformatum, & animatum, ut eum ab informi distinguat, provt egregiè dixit *Caranza de partu*, *cap.* 1. maximè *num.* 16. & *cap.* 2. *n.* 21. cum quo concordat etiam *Fara de essentia infantis*, *cap.* 6. *num.* 2. ubi fatetur, quod Infans (& consequentèr homo) simplicitèr dicitur, qui est in utero; quidquid contradicere videatur *Narbona de Ætate*, *annô* 7. *quæst.* 1. *num.* 5. Intrepidè autem stat *Harprecht. in* §. *item lex Cornelia*, *num.* 35. & *sequentib. inst. de Publicis judiciis*, ubi innumeros congerit idipsum docentes, & adversantia quævis refellit, quibus insuper addi possunt multi alii, quos refert *Farinac. quæst.* 122. *part.* 6. *nu.* 134. & quibus adhærent etiam *Barbos. in Collectan. ad cap. in quadam* 8. *num.* 3. *de celebrat. Missar. Solorzan. de Parricidii crimine lib.* 2. *cap.* 12. *Melchior de Valentia Illustrium Juris*

tra-

tractatuum, lib. 3. *tract.* 4. *cap.* 1. maximè *num.* 9. vbi rem egregie tractat. *Anton. Matthæus de Criminib. ad lib.* 47. *digestor. tit.* 5. *de extraordinariis criminib. cap.* 1. *de Partu abacto, num.* 2. *&* 3. *Habnius ad Vvesembec. in tit. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & Venefic. num.* 5. *Theodor. Martin. in Jurisprudentia Criminali, dissertation.* 4. *cap.* 1. *sect.* 1. *num.* 18. *& sequentib.* & omnium expressissimè *Pufendorf. in Elementis Jurisprudentiæ universalis, lib.* 1. *definition.* 3. §. 3. ubi ait. *Aliquis verè homo dici potest, etiam si ad hunc desint illæ perfectiones, quæ non nisi post aliquem temporis tractum sequuntur, ideòque, quando vivere, & sentire incipit, & si nondum è visceribus maternis sit egressus;* cum quibus nos etiam stamus, & hominis nomen eodem sensu hic accipimus, itavt quodlibet corpus anima rationali præditum Hominis nomine veniat, sivè perfectè, sivè imperfectè organizatum, & vel in utero, vel extra uterum sit, ut fusiùs infrà suis in locis ostendemus. Quid autem in eadem Occisionis definitione per Verbum *mortem* intelligendum sit, mox aperiam. Quemadmodum enim Mors secundum aliquos di-
67. citur à Morsu primi hominis, qui per esum pomi vetiti mortē incurrit, indèque mors introducta fuit, ut videre est apud *Zabarel. in Clement.* 1. *ut. lite pendente. Balzaran. de feud. lib.* 2. *tit.* 29. *ad* §. *non est, nu.* 5. *& Paul. Rub. de validitate legal. cap.* 12. *nu.* 68. juxtà alios autem à Morsu venenosi serpentis, quo Adam in Paradiso interemptus fuit; tunc enim serpens morsu decepit Adam, quandò ei suasit edere illicita, ut ex *August.* docuit *Hieronym. Dandin. Ethic. Sacr. lib.* 49. *cap.* 1. *in princ.* ubi etiam tradit, mortem ab amaritudine dictam fuisse secundum aliquos, aut etiam à Marte, qui est effector mortium, ut dixit idem *Balzaran. ibid. lib.* 1. *tit.* 9. *ad text. num.* 3. sed secundum alios, ea dicitur à morsu mortis ipsiùs, quandòquidem mors omnia mordet, atque devorat, ut dixit *Jo. Gerson. in summa lib.* 5. *text. de morte, Sebast. Medic. in tract. mors omnia solvit, part.* 1. *num.* 9. ipsa 68.
verò Mors nunquam moritur, adeò ut semper occidat, & nunquam occidatur, ut dixit *Leoncill. de Privilegiis Pauperum, part.* 3. *cap.* 2. *remed.* 2. *n.* 2. itavt aliquando mors usurpe- 69.
tur pro Fine, cum Mors, & Finis in prædicto sensu in idem recidant, ut ex *Auth. de Nup-*

Nuptiis §. deinceps, docuit *Pereyra in Elucidario*, *lib.* 1. *elucidat.* 1. *num.* 15. & patet exemplo litis finitæ, quæ proindè dicitur extincta, seù mortua; secundum verò alios dicitur à morsu Conscientiæ, quià Mortis consideratio; dum Conscientiam mordet, ac stimulat, nos retrahit à peccatis, provt ex Sacris Litteris benè didicit, ac docuit *Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius*, *V. Mortuo itaque testatore* 1. *num.* 4. *de testam.* juxtà illud *memorare novissima tua*, *& in æternum non peccabis*: ità etiam Mortis nomen apud diversos pro diversitate rerũ, diversas habet significationes, ac diversè accipitur. In primis enim, ut triplex est vita, nimirum, Corporis, Gratiæ, ac
70. Beatitudinis, sic triplex quoque mors est, alia Corporalis, seù Corporis per separationem animæ rationalis ab illo; alia spiritualis per amissionem Gratiæ mortifere peccando incursam, & alia Gehennalis per æternam inferni pœnam, *cap. fin. dist. ult. de Pœnit. Maranta in Medulla decreti, litt. M. versic. Mors Gehennalis*, ubi mors ista dicitur etiam æternalis, quià est æterna perditio.
71. Prætereà mors corporalis, alia dicitur Naturalis, alia verò Civilis; per illam privatur homo vita ipsa corporali, quæ ab aliquibus idcircò vita substantialis appellatur, provt prædictę vitę privatio proinde appellatur mors essentialis; per mortem verò Civilem homo privatur, non quidem vita ipsa substantiali, sed aliquo alio bono prædictæ vitæ accidentali, quod tanti propemodum æstimari soleat, quanti vita ipsa corporis, cujusmodi est mentis, & corporis sanitas, Libertas, Honor, Patria, bona temporalia, & alia ejusmodi; undè ob prædictam similitudinem, sicuti ab aliquibus mors illa dicitur Physica, ista verò moralis, ut vi- 72.
dere est apud *Caramuel. Theolog. Moral. Fundament. lib.* 2. *fundament.* 45. *num.* 2336. sic 73.
etiam à Jurisconsultis inventum, ac introductum fuit nomen Mortis Civilis, ut, sicuti quoad substantiam, sic etiam quoad nomen una ab alia distinguatur; licet verè ambæ, quoad aliquid æquiparentur, & aliqua in parte sibi assimilentur, immò utraque ex peccato Adami provenerit; indè enim cum morte naturali prodiit etiam Adami 74.
servitus, quæ Civilis mors dicitur, ut benè docuit *Lœl. Mancin. de triplici Juris collatione*,

tione, *lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 10. nec non utraque aliquando mortis appellatione venit, ut benè distinguendo inter alios tradit *Clementin. de Patria Potestate*, *cap. ult. num.* 2. *& sequentib.* dicitur autem mors
75. Civilis, sivè quià per illam propriè, ac principalitèr ex deportatione quis desinit esse è numero Civium, & Civitate ipsa privatur, sivè quià ejusmodi mors privat hominem iis, quæ sunt Juris Civilis, sivè etiam quià tantummodò est ex fictione Juris Civilis, cum
76. pro morte habeatur, licet verè mors non sit, cum non separet animam rationalem à corpore humano, ut jam dictum fuit, & videre est apud *Menoch. lib.* 6. *præsumpt.* 4. *num.* 19. *Surd. conf.* 90. maximè *num.* 35. *De Ponte conf.* 159. *num.* 24. *vol.* 2. *Giurba in consuetud. Messanen. cap.* 7. *gl.* 5. *num.* 1. *& sequentib. Mele in addition. ad Gizarel. decis.* 79. *num.* 2. *& sequentib.* Hinc autem factum est, ut præter mortem naturalem, & civilem, inventa etiam fuerit
77. ab aliquibus ob consimilem rationem, mors quasi Civilis, cujusmodi vitam solitariam esse dixit *Brederod. in libro Sententiar. & regular. juris civilis*, *in V. Mors*, *vers. mors accusati*; ab aliis verò Mors plusquam Civilis, ut dixit *Jo. Lopez in repetit. rubricæ de donation. inter Virum, & Uxorem*, *§.* 71. *nu.* 4. ubi mortem ipsam plusquam
Civilem dividit in malam, ac bonam, seù voluntariam, ac meritoriam (sic enim istam appellat *Mele in addit. ad Gizzarel. decis.* 79. *num.* 8. *ex l. Deo nobis*, *C. de Episcop.*, *& Cler.*) & illam inquit, incurrit, qui damnatus est in metallum, cum tunc is præter amissionem bonorum, & beneficiorum Juris Civilis, cogatur etiam ferre labores, & ærumnas corporales, quibus ejusmodi damnati subiiciuntur; hanc autem, qui factus est Frater minor, quià præter prædicta Juris Civilis beneficia, & alia ejusmodi bona superiùs dicta, per Religiosam Professionem incurrit etiam propriæ voluntatis amissionem. Cum ergo mors Civilis non sit propriè, & strictè mors, prout est mors naturalis; sed impropriè tantum, latè, ac per quandam assimilationem, & aliquam participationem quorundam effectuum mortis naturalis, mors appelletur, ut expressè docent multi cum dicto *Mele in Addit. ad Gizzarel. decis.* 79. *nu.* 2. *&* 4. & cum dicto *Giurba in Consuetud. Messanens. cap.* 7. *glos.* 5. *num.* 8. ubi

79. ubi etiam proindè tradunt, quod, sivè verbum mortis proferatur à lege, sivè ab homine, regularitèr, & præcipuè in odiosis, illud intelligi debet de morte propriè, ac strictè sumpta, & consequentèr de morte naturali; non verò de Civili; nisi fortè, ut actus sustineatur, necessariò contrarium aliquandò dici debeat, vel quando essemus in Casibus à Jure expressis, & ubi, mors Civilis verè operatur eundem effectum, quem Mors Naturalis; propterea, sicut aliquando etiam mors ficta æquiparatur veræ, quandò scilicet tantum operatur fictio in casu ficto, quantum veritas in casu verò, ut benè monuit *Sebast. Medic. in tract. mors omnia solvit, part.* 1. *nu.* 51:
80. ubi mortem fictam appellat id, quod verè morti simile est, & homines viventes mortuis similes reddit, seù facit, ut mortuis æquiparentur, & quodammodò pro mortuis in aliquo casu habeantur, cujusmodi sunt ex eodem *Sebast. Medic. ibid. num.* 52. morti pro-
81. ximus, dormiens, ebrius, furiosus, infirmus, iracundus, senex, absens, pauper, & amens; hi enim omnes aliquando excusantur, ac si mortui dicerentur; sic etiam idipsum propemodum de Morte Civili dici potest. Quamobrem per Verbum *Mortem* nos etiam hic naturalem tantum intelligimus. Verum, quià Naturalis ipsa, prout contradistinguitur à Civili, & Ficta, duplex etiam est, unà naturalitèr, & ab intrinseco; altera verò violentèr, & ab extrinseco proveniens, idcircò in prædicta occisionis definitione dictum fuit, non *Mortem* absolutè, sed *mortem violentam*, undè nunc videndum est, quid per Verbum illud *Violentam* hic intelligendum sit; Cum enim Violentum 83.
juxtà *Aristotel. ethic.* 3. *cap.* 1. sit id, quod fit à principio extrinseco contra naturalem inclinationem, ac positivam repugnantiam rei, in qua illud fit, seù cui est Violentum; cumque Violentum aliud sit contra inclinationem naturæ inanimatæ, provt motus sursum est violentus corpori gravi; aliud sit contra inclinationem naturæ sensitivæ, pro- 84.
vt vulneratio est violenta corpori hominis, cui vulnus infertur; aliud autem fit contra inclinationem naturæ rationalis, provt est omne id, quod est involuntarium homini, hoc est contra voluntatem hominis, ut benè advertunt

Gibalin. Scientiæ Canonic. lib. 8. cap. 2. num. 1. & sequentib. & *Fagnan. in cap. sacris, de his, quæ met. cau. num. 6. & sequentibus*, ubi plura dat exempla, *& num. 23.* illud dividit in violentum simplicitèr, quandò scilicet coactio, vel violentia affert, seù facit necessitatem absolutam, provt fit, cum quis alium corporalitèr impellit, & omninò necessitat ad actum involuntarium; & in violentum conditionalitèr, seù violentum secundum quid, ac proindè mixtum, quandò scilicet coactio, vel violentia non affert, nec facit necessitatem absolutam, sed tantum conditionatam, provt fit in eo, qui, ut evitet naufragium imminens, & ne ipse cum mercibus in eo pereat, proiicit in mare merces; talis enim projectio mercium, licet in tali rerum conditione, & statu, nimirum in talibus circumstantiis simplicitèr voluntaria sit proiicienti, cum ejus voluntas pro præsenti statu feratur liberè in talem projectionem, ut patet ex alibi à me traditis in *tract. de Pollut. Ecclesiar. disp. 5. cap. 16. num. 1. ac seq.* nuperque benè docuit *Pufendorf. Elementor. jurisprud. universal. lib. 2. observat. 2. §. 2.* nihilominùs eadem projectio est

85.

86.

etiam ipsimet proicienti involuntaria secundum quid, eo quod ille non consentit in ejusmodi factum proiiciendi merces in mare, nisi, attenta tali rerum conditione, ac statu, & ex suppositione evitandi majus malum, quod ex imminenti, & verisimilitèr mox Naufragio timet; sepositis autem prædictis circumstantiis, non consentiret in talem projectionem, à qua nude considerata valdè abhorreret; undè, cum in tali projectione sit aliquid de voluntariò, & aliquid de involuntariò, proindè talis actio dicitur mixtè violenta, seù non absolutè, & simplicitèr violenta, sed tantum conditionatè, seù sub conditione, quià talis actio non fieret, si tale malum non immineret: Si enim prædicta actio consideretur extra prædictum casum instantis periculi, est agenti secundum quid involuntaria, & consequentèr non est, nisi secundum quid violenta, utpotè causata à prædicto instantis naufragii metu, qui non nisi violentiam secundum quid, seù conditionalem, & mixtam inducit, ut habetur ex *l. 1. ff. quod met. cau.* & fusè intèr alios prædicta tradit *D. Thom. in 4. sentent. dist. 29. quæst. 2. art. 1. in corp. Jo: Andr.* 87.

Andr. in cap. sacris, de his, quæ vi, met. cau. num. 15. *Ant. de Butr. in d. cap. Sacris num.* 12. *& seq. Bassæus in Florib. V. Actus humanus* 2. *num.* 5. *Gibalin. d. lib.* 8. *Scientiæ Canonicæ cap.* 2. *quæst.* 1. *nu.* 19. *Fagnan. loc. cit. num.* 17. *& sequentibus*, idcirco cum *glos.* 1. *in l. nihil consensui, ff. de regul. jur.* notat, quod coactio conditionalis, quæ alias dicitur vis compulsiva, idem est, quod metus, & propterea nonnunquam ea metus nomine simplicitèr appellatur, nec non benè infert *ibid. num.* 22. non nisi de metu, seù coactione conditionali intelligendum esse, quod dici-
88. tur *in cap. merito* 15. *quæst.* 1. *Coacta voluntas, voluntas est*: quod anteà clariùs etiam docuerat *Suarez in primam* 2. *Divi Thomæ disp.* 3. *sect.* 1. *n.* 3. ubi dixit, *quæ fiunt ex metu, esse simplicitèr voluntaria*, & in hoc sensu dictum fuisse in Jure, *Coacta voluntas, voluntas est simplicitèr*, ut constat etiam ex *l. similitèr*, §. *penult. ff. de eo, quod vi, metusve causa, & cap. vides* 23. *quæst.* 6. nec non idipsum quoque brevitèr dixit *Jo. Honorius Van-Axel. in Decretal. lib.* 1. *tit.* 40. *num.* 2. *& seq.* maximè *nu.* 7. *&* 8. novissimè autem *Fenzon. ad Statut. Urbis, cap.* 98. *num.* 43. nam alioquin voluntas in se, & quoad actus ejus internos non potest 89.
ab extrinseco agente propriè, ac strictè cogi, seù violentiam præcisam, & absolutam pati, ut ex *l. cum proponas, C. de Hæredib. Instit.* egregiè tradit *Fagundez de Contractib. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. & ex *Divo Augustino, ac D. Thoma* novissimè, atque clarissimè tradit *Honorat. Fabr. in Summa Theolog. tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 27. *&* 28. nec non idem *Pufendorf. Element. Jurisprud. Univers. d. lib.* 2. *observat.* 2. §. 7. undè rectè ex *Bald. & Anton. de Butr. in d. cap. sacris, de his, quæ met. caus.* docuit *Bajard. ad Clar. quæst.* 60. *num.* 58. eum, qui coactus per metum à latronibus ostium pulsavit alteriùs, qui posteà illud aperuit, debere in gravibus delictis puniri quoad culpam, quià verè aliquo modo ille consensit; undè, licet ob prædictum me- 90.
tum, qui mentem tenet, vel movet, seù impedit, & indè metus dicitur secundum aliquos, ut videre est apud *Cartagen. in Exposit. titulor. Jur. Canon. lib.* 1. *tit.* 40. *observation.* 3. *& Pereyram Elucidarii lib.* 1. *Elucid.* 6. *sect.* 4. *num.* 110. venia dignus sit ad minuendam pœnam; non tamen ad hoc, ut omninò impunitus

91. remaneat; excusat enim metus, seù conditionalis coactio à tanto, non tamen à toto, ut patet ex *gloss. in d. cap. Sacris, de his, quæ vi, metusve causa fiunt, in V. attenuet*, quod etiam clarè docet, & de communi attestatur *Covarr. in 4. Decret. 2. part. cap. 3. §. 4. num. 7.* nec non *Calderin. cons.* 108. *&* *Tusch. lit. M. V. Metus, Conclus.* 215. Cum ergò jam satis explicatum fuerit, quid, & quotuplex sit violentum; nunc omninò videndum est, quænam, & quomodo Mors dici possit Violenta, de qua hic agimus. In primis enim, cum mors ipsa nihil aliud esse
92. dicatur, quam dissolutio corporis, & animæ, ut patet ex *Gloss. in l. verum, §. fin. V. morte, ff. pro socio*, & in *l. res Vxoris, V. natura, C. de donat. int. vir.*
93. ideoque vocetur terminus vitæ, ut dicitur in *§. his omnibus, in Auth. de hæredib. & falcid.* immò, cum expresè *nihil* eam
94. esse dicat cum Seneca in Troade, *Fernandus Vasquius Controversiar. Illustr. lib. 2. cap.* 55. *num.* 7. cumque res, quæ non existit, violentiam, vel inferre, vel pati nequeat, *gloss. in l. cum quærebatur, in V. nec undè vi, C. undè vi. Azo in d. tit. num.* 31. proindè non satis apparet, quomodo Mors dici possit violenta. Verum, quià mors rè vera est privatio vitæ, ut ex *§. deinceps, Auth. de Nuptiis* dixit *Beroi, cons.* 102. *num.* 4. *vol.* 2. privatio autem non est merum *nihil*, sed ali- 95.
quid ultrà *nihil*, & eadem suo quoque modò existit in rerum natura, & à parte rei, undè etiam est, ut à nobis cognoscatur per modum formæ positivæ, provt patet in cæcitate, quæ est privatio oculorum in animali, idemque dici potest tum de tenebris, quæ sunt privatio lucis in loco, tum de caligine, ac aliis ejusmodi, ut ingeniosissimè, ac apertissimè docuit *Caramuel. in suo verè subtilissimo Leptotato dissert.* 2. *part.* 1. *art.* 1. *num.* 136. *& sequentib.* Mors ergò, utpotè destructio compositi humani, seù vitæ hominis, licet non sit violenta respectu rei, quæ destruitur, cum pro eo instanti, in quo ea destruitur, & ampliùs non est, pati non possit violentiam, ut jam dictum est; tamen violenta esse 96.
potest respectu subiecti, in quo fit talis mutatio, ut optimè docuit *Suarez in 2. 2. Divi Thomæ, tract. 2. disp. 2. sect. 2. num. 8. 9. &* 10. ubi exemplificat in frigore, quod non est violentum calori, qui destruitur, sed ipsi subiecto connatu- 97.
rali-

ralitèr calido: idemque prop-
tereà dicendum est de morte,
cum sit privatio vitæ in tali
98. subiecto contra naturalem
ejusdem subiecti appetitum se
conservandi in suo statu: tunc
enim illud privatur forma, ad
quam pro tempore imme-
diatè antecedenti dictam
privationem naturalitèr ha-
bebat inclinationem, ideòque,
ut naturales subiecti illius dis-
positiones talem formam,
ejusq; conservationem etiam
pro instanti immediatè subse-
quenti exigebant, sic eiusdem
privationi repugnabant, &,
quantum poterant, resiste-
bant, cum omnia viventia
99. vitæ suę conservationem natu-
ralitèr appetant; maximè au-
tem homines, quibus naturà-
100. litèr nihil est vita cariùs, ad
quod fusè plura, & plures
congerit *Cened. in Collectan. ad
text. in cap. interfecisti furem, de
homicid. num.* 2. ideòque vim vi
101. repellere, cum moderamine
tamen inculpatæ tutelæ, ab
omni Jure permissum est, ut
videre licet apud *Ant. de Bal-
lis varior. tract. lib.* 3. *cas.* 1.
num. 96. *Marant. in Medulla
Decreti, V. defensio*, & alios
passim. Undè, quià Violen-
102. tum, ut jam vidimus, aliquan-
do sumitur, provt opponitur
voluntariò; & tunc, quod est
involuntarium, seù contrà
hominis voluntatem, violen-
tum appellatur, sivè id sit, sivè
non sit, contra naturæ quoque
humanæ inclinationem, ut
optimè docuit *Vasq. in 3. part.
D. Thom. disp.* 59. *cap.* 3. *nu.* 14.
& in hoc sensu mors illius, qui 103.
se ipsum spontè occidit, dici-
tur ab aliquibus non violenta,
quià non fuit eidem involun-
taria, sed volita, & ideò spontè
illata à volente volenti, ut
patet ex *Gomez de Amescua, de
Potestate in se ipsum, lib.* 1. *cap.*
21. *num.* 15. *Bonacin. de Con-
tract. disp.* 3. *qu.* 6. *punct.* 6. *nu.* 13.
*Pasqualig. Quæstion. Moral.
centur.* 1. *quæst.* 60. maximè *nu.*
4. & 6. *Gibalin. de Usuris, lib.*
5. *cap.* 2. *art.* 6. *num.* 44. *vers. Ille
porrò*, provt etiam ab aliquibus 104.
mors ipsa suspensi, vel deca-
pitati, vel alio modo ex Judicis
sententia necati, dicitur esse
non violenta, seù non invo-
luntaria, quià delinquens eam
voluit; dum enim voluntariè
delinquere voluit, consequen-
ter etiam delicti pœnam ip-
sam, tamquam delicti effe-
ctum voluit, ut videre est
apud *Guazzin. in tract. ad de-
fens. defens.* 28. *cap.* 5. *num.* 14.
Lotter de Re Beneficiaria, lib. 3.
quæst. 10. *num.* 32. & *sequentib.*
ubi etiam præter repugnan- 105.
tiam voluntatis, & naturæ in
patiente

patiente violentiam, & præter violentiam ab extrinseco illatam, dicit necessariam esse qualificationem ipsius violentiæ, ideſt, ut hæc inferatur ſine lege, ideòque ſine ratione, alioquin mors non erit ſtrictè, ac propriè violenta, & proindè infert mortem à lege inflictam verè non esse violentam. *De Luca tom. 5. part. 4. de Societat. Offic. discurſ. 12. nu. 25.* & noviſſimè *D. Conſil. Jo. Torre, de Pactis futuræ ſucceſſionis, lib. 3. cap. 11. num. 142. & 143. Filliuc. tract. 38. cap. 6. num. 127.* ubi mortem etiam,
106. quæ contingit in bello, ad quod quis voluntariè, & cognito moriendi periculo, proficiſcitur, dicit reputandam esse non violentam, quià voluntariè homo ſe ad illam expoſuit: dato enim voluntariò principio, quicquid indè ſe-
107. quitur, voluntarium quoque exiſtimatur, ut ex *l. 1. C. de natur. lib.* dicit *Bald. conſ. 306. in fin. verſ. Porrò non dicitur. Tiraquel. de retract. Lign. §. 1. gloſſ. 14. num. 13. Cabal. conſ. deciſiv. lib. 2. & Sperel. deciſ. 99. num. 22. tom. 1.* Aliquando autem violentum ſumitur, prout opponitur naturali, ac proindè, quatenùs eſt, ut ità dicã, innaturale, ſeù contranaturale, hoc eſt contrà naturalem inclinationem rei, cui eſt violentum, idcircò violentum hic accipitur hoc ſecundo modo mox explicato, itavt Mors violenta dicatur, ſi non ſit homini naturalis, ideòque ſit contra naturæ humanæ propenſionem, & exigentiam; licet non ſit contra morientis voluntatem: & in hoc ſenſu *Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius, de Teſtamentis, in V. mortuo itaque Teſtatore 1. num. 2.* clariùs autem *Vaſquez*, ubi ſuprà *num. 13.* benè docuit 108.
mortem diſplicuiſſe Chriſto; non tamen ei violentam fuiſſe, ſi videlicet Mors compareturcum Divina, aut humana Chriſti voluntate, quià Chriſtus moriendi neceſſitatem liberè voluit, & voluntariè ſe morti obtulit, ac ſubiecit: Si verò Mors comparetur cum natura ipſa corporis, verè fuiſſe Chriſto violentam, quià verè fuit contrà internum impetum non voluntatis, ſed naturæ, quæ in Chriſto morti repugnabat. Sed, quià mors etiam prædicta multiplicitèr adhuc conſiderari, ac violenta dici poteſt, ut mox videbimus, idcircò ſtatuendum nobis erit, quo in ſenſu mors hic violenta dicatur; cum enim mors omnis quædam vitæ deſtructio ſit, & nihil appetat pro-

propriam destructionem, & non esse sui ipsius, proindè mors omnis, quatenùs est con-
109. tra hanc exigentiam conservationis, & propensionem in proprium esse viventis, dici potest violenta, ut clarè tradunt *Conimbricenses, de vita, & morte, cap. 3. vers. mortis autem, & Oviedo de Generat. & Corrupt. controv. 3. punct. 6. num. 7.* Cum autem homo per
110. mortem naturæ debitum solvere intelligatur, ut dicitur in *Extravag. 1. in princip. de sepultur. inter com.* provt etiam naturæ concedere, ut patet ex *l. 1. C. ad S.C. Tertull.* & naturæ satisfacere, idest, mori, idcircò
111. mors etiam omnis, saltem lato modo, dici potest Naturalis, ut videre est, apud *Guliel. de Benedict. loc. cit. num. 19. & Lotter. de Re Beneficiaria, lib. 3. quæst. 10. nu. 26.* at ab aliquibus mors ea tantum naturalis dicitur, quæ caloris defectu,
112. adeòque ex senio evenit, quacumque ætate quis deficiat: nam, quicumque fuerit annorum vitæ numerus, ubi calor
113. defecerit, hominis illiùs senium est; cæteræ verò mortes omnes, saltem lato modo, violentæ dicuntur, & præter naturam, cum non ab interno prædicto, sed ab alio externo principio, & adveniente causa, & vi, oriantur, provt dixit *Dandin. Ethyca Sacra, lib. 49.* qui est *de morte, cap. 3. vers. At naturalis, & vers. seq.* quod etiam anteà dixerat *Plato in Tim.* non longè à fine, his verbis; *Quicquid præter naturam contingit, dolorem inducit, quod verò pro sua natura fit, jucundum est*: & juxtà hanc rationem mors, quæ per morbos, & vulnera contingit, violenta est, & dolorem inducit; quæ 114.
verò post senectam ad finem secundum naturam accedit, inter omnia mortis genera à dolore alienissima est, & magis cum voluptate fit, quam cum dolore, provt etiam docuit *Aristot. in lib. de Juventut. & Senectut. cap. 14.* nec non *Fagnan. in cap. cum sis, de Convers. Coniugat. num. 92.* quià scilicet, nulla violenta ipsis passione contingente, moriuntur, acППроптереà quodammodò insensibilitèr. Ab aliis verò mors violenta, stricto modo accepta, non nisi ea 115.
dicitur, quæ causata est à nocumento extrinseco, *Guliel. de Benedict. ibid. num. 6.* & è con- 116.
trà mors naturalis ea tantum dicitur, quæ provenit ex causa morbi, seù infirmitatis intrinsecæ sine ulla adhibita occasione, ac violentia externa, ut patet ex *Riminaldi Jun. cons. 416.*

416. nu. 23. Act. de Infirmitate cap. 10. & Zacchia Quæstionum Medicolegal. lib. 1. tit. 3. quæst. 1. num. 41. & sequentib. ubi etiam *Rota Romana Societ. Offic. coram Cardinali Sacrato, num. 4.* apud *Zachiam de Societ. Officior. decis.* 54. Undè, ficuti mortem violentam, quià hæc infertur homini quodãmodò
117. contrà naturam, & per vim extrinsecam, aliqui malam mortem appellant, provt dicunt *Addentes ad Baldum, in cap. unic. in princip. sub num. 3. ad fin. in V. rectè, vers. Divino Judicio, quib. mod. feud. amitt. in usib. feudor. Gulielm. de Benedict. loc. cit. num.* 20. & *Lotter. ibid. num.* 29. ità mortem naturalem, quià ex causa naturali intrinseca, atque ex ipsa na-
118. tura propria, nulla extrinseca vi adhibita, incurritur, mortem suam vocant, provt ità loquitur *gloss. in l. quæ sub conditione, §. quoties, in V. defectus, ff. de condit. Instit. Guliel. de Benedictis ibid. num.* 21. *Onciac. Colloquior. mixtor. lib. 2. cap. 10. vers. si ab ipso ortu*, ubi propterea infert, quod, si humidus calor, qui in hoc ocyus, in illo diutiùs protrahitur, per se utique consumptus fuit, ideòque
119. pure ob senium homo periit, tunc iste fato suo obiisse, atque ità rerum fatali ordini satisfecisse, seù fato cessisse, dicetur; sed, si propria culpa, puta ciborum ingluvie, aut eorundem inedia, ordini à natura constituto, ideòque vitæ suæ, quæ longior alioquin futura erat, 120.
vim intulit, tunc eum, non morte sua, aut fato suo, sed facto suo, & culpa propria periisse dicendum erit, nec non ante diem, non secùs, ac si ipse sibi manus intulisset, ut egregiè dixit ibid. *Onciac. cap. 8. in princip.* Mortis ergò violentæ nomine nos hic eam intelligimus, quæ, adhibita vi 121.
extrinseca, homini ab homine aliquo modo infertur, provt etiam clariùs ex alibi dicendis apparebit.

Colligo, quod, ficut occi- 122.
sum esse, & mortuum esse, valdè inter se differunt, cum istud, non autem illud, absque externa violentia esse possit, ut habetur ex *text. in l. proindè si occisus* 25. *ff. ad l. Aquil.* & benè notavit *Bart. in l. cum aliter, §. Occisorum, n. 1. ff. ad S. C. Syllanianum Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 18. n. 11. Cuiac. observat. lib. 9. observat.* 30. & *Gothofred. ad d. l. proindè si occisus*, ubi rectè infert mortuum esse, & occisum esse non converti inter se, cum, propriè loquendo, omnis occisus verè sit mortuus, sed non omnis

nis mortuus verè sit occisus, adeoque mors ad Occisionem, vtpotè ad mortem violentam, se habeat, tamquam genus ad speciem, ex *Pereyra in Elucidar. Elucid. 8. sect. 5. num. 162.* sic etiam inter homicidium, &
123. hominis occisionem magnum est discrimen. Homicidium enim ab homine factum, & propriè, & strictè sumptum semper est illicitum, ac iniustum; hominis autem Occisio, & si ab homine facta, aliquando Iusta, & licita est, ideoque Homicidium semper est hominis occisio; sed hominis Occisio non semper est homicidium, cujusmodi ea est, quæ in bello justo, vel in defensionem propriam, ac justam cum moderamine inculpatæ tutelæ fit, ut post *Decian. tract. criminal. lib. 9. cap. 18. num. 6. Farinac. in Prax. Criminal. quæst. 119. nu. 4. in fin.* docuit etiam *Martin. in Iurisprudentia crimin. dissertat. 4. cap. 1. sect. 1. num. 9.* & alii, cum quibus propterea in *tract. meo de Pollut. Eccles. disp. 5. cap. 10. num. 2. & sequentib.* dixi Ho-
124. micidii nomine, quando in Jure absolutè ponitur, intelligendam esse illicitam hominis cædem contrà quintum Decalogi præceptum, ac proinde, quæ non tantum contrà Charitatem; sed etiam contrà Iustitiam est.

CAPUT SECUNDUM

Quid hic significet Dictio *Unum*.

SUMMARIUM.

Unum *non uno, sed multis modis dicitur. num. 1.*
Unum *quintupliciter accipi potest. num. 2.*
Unum simpliciter, Unum secundum quid, *&* Unum per accidens *quid sint. nu. 3.*
Unum *distinguitur ab aliquibus in* Unum numero, Unum specie, Unum genere, *&* Unum Analogia. *num. 4.*
Unus *aliquando significat idem, quod primus. nu. 5. aliquando idem quod solus. num. 6. aliquando stat Arithmetice. n. 7.*
Unitas an sit Principium numeri, vel pars numeri, vel numerus. num. 8.
Unum in abstracto, *&* Unum in concreto *quid sint. nu. 9.*
Unum, *quandò nam sit divisibile, & quandò indivisibile. num. 10.*
Unum *aliquando dicitur Simplex, aliquando Multiplex, seù Collectivum. num. 11.*
Unus expedit faciliùs res, quam plures. nu. 12. Dictum uniùs, dictum nullius. ibid.
Unum factum reputatur, quod uno impetu, vel contextu fit. num. 13.



RÆMITTO primo, 1.
quod *Unum*, non uno, sed multis modis passim à Doctoribus dicitur, ut videre est apud *Archidiacon. in cap. sicut viri, dist.* 40. *num.* 1. Ubi *Unum*
quinque modis dici affirmat, 2.
ac eos explicat apud *Aragon. de Justitia, & Jur. quæst.* 81. *art.* 3. *in princip.* ubi triplicitèr
Unum dici affirmat, videlicet, 3.
Unum per se, ac simplicitèr, *Unum* secundum quid, & *Unum* per accidens, & apud *Mandos. in Glossa facultat. §. Sitque, vers. Idem*, ubi *Unum* quadruplicitèr dici cum *Aristotele*, ac *Averroe* docet, sci- 4.
licet, *Unum* numero, specie, genere, atque analogia, idest, proportione, seù convenientia.

Præmitto secundo, quod dictio *Unus* non solum, ut vidimus, pluribus modis accipitur à Doctoribus; sed etiam quodammodò ex se ipsa, & quasi primariò, secundum aliquos plura significat, ut benè advertit *Cupers. ad cap. Oportebat, dist.* 79. *Verbo Unus, nu.* 1. *& tribus sequentib.* ubi habetur, quod dictio *Unus* 5.
aliquando idem significat, quod *Primus*, aliquando idem, 6.
quod *Solus*, aliquando illud ipsum, quod dictio ipsa *Idem*,

&

& aliquando id, quod apud
7. Arithmeticos est principium numeri, vel pars numeri, vel
8. etiam numerus; diversimodè siquidem de Unitate, quo ad numerum, sentiunt, ac loquuntur Arithmetici, ut clarè videre est apud *Caramuel. in Mathesi bicipiti*, *tom.* 1. *syntagmate* 1. *part.* 1. *sub num.* 8. *& sequentib.* ubi etiam sub *nu.* 11. non obscure innuitur *Unum* (quod etiam dictum sit de aliis numeris) aliquando considerari, provt significat *Unum* in abstracto, hoc est *Unum* ab omni materia præcisum; aliquando autem, provt signi-
9. ficat *Unum* in Concreto, hoc est *Unum* ad rem aliquam corpoream determinatum, & prædictam distinctionem affert, ac approbat etiam *Parif. Conf.* 61. *num.* 21. *&* 22. *part.* 1.
10. ubi propterea rectè infert, quod *Unum* in abstracto semper est indivisibile, quamvis aliquando in concreto divisibile sit.

Præmitto tertio, quod *Unũ*
11. ab aliquibus dicitur etiam esse duplex; aliud enim simplex, aliud autem multiplex, seù collectivum appellatur, ut benè docuit *Massin. ad l. Precibus*, *num.* 442. *C. de impuber. & aliis substitut. Unum* simplex dicitur illud, quod unum quid tantum, & indistinctum in se continet, quo in sensu *Bart. in l. si plures*, *§. quamvis*, *in fin. ff. de administr. tut.* dixit, quod Unus expedit faciliùs 12.
res, quam plures, & passim dicitur ex *l. Jurisiurandi*, *C. de testibus*, quod dictum uniùs, dictum nulliùs, ut benè docuit *Scayn. decis.* 124. *nu.* 20. *Unum* autem multiplex, seù collectivum dicitur illud, quod continet plura realitèr inter se distincta, sed aliquo modo sic inter se unita, ut simul unum constituere videantur, undè plures possunt haberi loco Uniùs, *De Luca de pluralitate*, *in Exordio*, *num.* 9. quo etiam in sensu *Durand. in speculo Juris*, *part.* 2. *Rubric. de Contumacia*, *§. Nunc dicamus* dixit 13.
unum factum reputari, quod uno impetu, vel contextu fit, provt videre est in *l. Aretusa*, *ff. de stat. hom.* & hinc *Jason. in l. scire debemus*, *num.* 2. *ff. de verbor. oblig.* asserit duas causas simul complicatas haberi pro una causa, maximè, quandò respiciunt unum, eundemque effectum, juxtà regulam, quod, *Quando unum proptèr alterum, utrobique tantum unum*, provt ex *l. Julianus*, *ff. de condit. & demonstrat.* docuit *Contard. de Momentan. possess. limit.* 24. *num.* 18. multa enim reali- 14.

tèr, ac Physicè distincta, licet proindè realitèr, ac Physicè non sint unum, sed plura,
15. moralitèr tamen, ac virtualitèr, hoc est, prudentum consideratione, & hypothesi possunt, ac solent haberi, ac dici *Unum*, quià scilicèt tunc plura moralitèr, ac virtualitèr identificantur, & ità se habent, ac si essent *Unum*, ut optimè dixit *Caramuel Logic. Moral. seù Virtual. lib. 2. cap. 1. art. 2. sect. 1. §. Unum virtualitèr*, & clarè patet ex *l. quoniam venerabilis, C. de Episcop. &*
16. *Cleric.* ibi enim ideò quidam Uno ore damnatus dicitur ab omnibus, quia omnes unanimitèr, & Una voce in illiùs damnationem consenserant: Undè, quamvis re ipsa multa, & invicem distincta ora fuerint, quæ illum damnarunt, &
17. quamvis re ipsa dictum Uniùs non fuerit physicè, ac materialitèr dictum alteriùs, & consequentèr ea omnia inter se numero distinguerentur, nihilominùs, quià dicta omnium, quoad internum animi sensum, & externam verborum significationem virtualitèr Unum dicebant, proptereà ibi Unum omnium os fuisse, omnesque moralitèr uno Ore locutos esse dicitur,
18. provt ob eandem rationem duo etiam scelera, quorum unum alteri simile sit, non plura scelera, sed Unum scelus appellantur in *cap. Achab. de Pœnit. dist.* 3. ut benè advertit ibid. *Gloss. in V. Unum*.

Dico dictionem prædictam *Unum* hic significare non solum id, quod est simplicitèr, & arithmeticè Unum, ac Unicum (vox enim *Unicum* æquivalet voci *Unum* tantum) sed etiam id, quod est collectivè, seù per aggregationem, ac moralitèr, seù virtualitèr *Unū* modo jam superiùs explicato, quando enim, ut hic de Uno fit mentio, ratione frequentioris usus fit etiam ad alium extensio ratione uniformitatis, ac similitudinis, ut cum *Tiraquel. de retract. tit.* 1. §. 20. *gloss. unic. num.* 6. dixit *Barbos. ad proœmium decretal. num.* 40. undè, sivè occidatur unus pro alio, sivè plures pro pluribus aliis, si una, & eadem virtualitèr ubique ratio militet, una, & eadem etiam quæstio semper agitari videtur, provt, cum de singulis sermo erit, suo loco clarè patebit. 19. 20.

Colligo, quod, sicuti, quando uniformis est ratio, & conditio temporis, de quolibet tempore intelligitur, & ubi ratio non distinguit, neque nos distinguere debemus, 21.

ut ex *l. in venditione*, §. *de tempore*, *ff. de bon. auct. Judic. possid.* dixit *Beroi*, *cons.* 17. *num.* 14. *vol.* 2. ac proindè jam dictum
22. fuit *Unius* nomine intelligi quoque plures, ubi ratio inter unum, & plures non distinguit; sic nomine plurium venit
23. etiam *Unus*, quandò eadem est ratio in uno, quæ in pluribus, ideòque benè docuit *Clar. in* §. *falsum*, *nu.* 7. & alii apud eum, quod, stante statu-
24. to puniente producentem falsos testes, puniri debent etiam producentes unum tantummodò falsum testem, non secùs, ac si plures produxisset, & hanc tum opinionem, tum praxim communem esse testatur. Immò aliquando plures testes habentur non pro uno teste, sed (quod multò minùs est) pro nullo teste, prout fit, cum unus testis alte-
25. ri contradicit, tunc enim regularitèr neutri credi debet,
26. ideòque duo testes tunc non unum, sed nullum testem faciunt, ut est magis communis opinio, de qua testatur *Grammatic. cons.* 38. *num.* 28. & *Bonacoss. commun. opinion. criminal. part.* 2. *lit.* T. *vers.* *Testis unus*, *qui*.

CAPUT TERTIUM.

Quid hic significet dictio *Pro*.

SUMMARIUM.

Pro *aliquando est Interiectio*, *aliquando autem Præpositio. num.* 1. & 5.

Interiectio Pro *servit admirationi*, *vel indignationi*. *nu.* 2.

Antiquitus dicebatur Porrò Quirites, *posteà dictum fuit* Pro Quirites, *denique* O Quirites. *num.* 3.

Præclarus Ovium Custos quis sit. num. 4.

Præpositio Pro *diversimodè à diversis accipitur*. *num.* 6.

Verba Pro alio *in casu nostro ad quid referri possint*. *num.* 7. & 10.

Occidere pro alio *quid sit*. *nu.* 8.

Promittere pro *tali*, & *promittere nomine talis*, *an idem sint*. *num.* 9.

Dictio Pro *importat aliquando causam finalem*, *nu.* 11. *tunc idem significat*, *quod* Ob, *vel* Propter. *num.* 12.

Occidere Unum potest esse Occidentis vel finis ultimus, *vel medium ad finem alium*. *n.* 13.

Datum pro omnibus, *quomodo intelligendum sit*. *num.* 14.

Verba Pro salute Principis *quid significent*. *num.* 15.

Re-

Regula, quod Nemo puniendus sit pro delicto alteriùs, quandonam procedat, & quando non. ibid.

Pro *aliquando est* Vicis *nota, & stat pro Vice seù loco, vel in locum. num.* 16.

Occidens unum pro alio *non occidit, quem tunc vult, sed occidit, quem tunc non vult. num.* 17.

Occidere aliquem, tamquam illum, vel tamquam alium, in quo different. num. 18.

Aliquando in eodem opere alius est finis operantis, & alius operis ipsius. num. 19.

Mensam argento coopertam Pro *solida vendi quid sit. nu.* 20.

Pro tali, *&* loco talis *an idipsum significent. num.* 21.

Quid significent Verba Pro Usufructu. *num.* 22.

An aliquando singulare pro plurali sumatur. num. 23.

Pro *improprietatis, & fictionis nota est. num.* 24.

Promissio facta Monasterio pro *tali Moniali, quomodo facta dicatur ipsimet Moniali. n.* 25.

Unum pro alio, invito creditore, solvi non potest, nec è contrà peti, invito debitore. nu. 26.

1. PRæmitto primo, quod dictio *Pro* aliquando est interiectio exclamantis admiratio-
2. ni, vel indignationi serviens; undè frequentes sunt apud antiquos exclamandi formulæ *Pro* Deum, atque hominum fidem: Pro vestrã fidem Quirites, & aliæ plures ejusmodi, de quibus fusè agit *Brisson. de formulis, lib.* 8. *vers. id, quod fiebat, & sequentib. pag. mihi* 717. *&* 718. ubi etiam habetur, quod interdum antiqui exclamando dicebant, non *Pro Quirites*, sed *Porrò Quirites*; posteà 3.
verò viduatum cæteris syllabis, & litteris processit *O* tantum, dictumque fuit *O Quirites*, & à Cicerone, *O Praeclarum Custodem Ovium*, ut ajunt, 4.
Lupum; aliquando autem dictio *Pro* est Præpositio, provt 5.
est in casu nostro. Hinc

Præmitto secundo, quod 6.
Præpositio *Pro*, ut alibi sæpè juxtà subiectæ materiæ varietatem varias induit significationes, ideòque varie à variis accipitur, provt passim apud Auctores videre est; copiosè autem apud *Rebuff. in l. coniunctionem* 29. *vers. Notandæ sunt, ff. de verbor. significat. Tusch. Practic. Conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 342. & *Barbos. de Dictionibus usufrequent. dict.* 287. ità etiam hic juxtà diversos respectus, quos in ea considerare possumus, diversimodè sumi potest. Si enim 7.
dictio

dictio *Pro* in casu nostro referatur ad Occidentem, tamquam ad causam efficientem, vel instrumentalem occisionis prædictæ, itavt sensus verborum illorum *Pro alio* coniunctus intelligatur cum sensu
8. ipso Verbi *Occidere*, non secùs ac si verba illa *pro alio* immediatè subsequerentur verbum ipsum *occidere*, tunc *Pro* significare poterit idipsum, quod Nomine, seù mandato alieno; nam tunc occidens *pro alio* non videtur occidere ex se, aut ex propria persona, vel nomine proprio, seù tamquam principalis causa efficiens; sed potiùs tamquam Instrumentum, ac veluti Minister, vel quodammodò Procurator, aut vices gerens alteriùs, cui in tali occisione inservit, & quem propterea tunc in se ipso repræsentat, ut benè docuit *Roman. cons.* 441. *num.* 4. & *ibi ad-*
9. *dent. lit. A.* ubi Promittere *pro* tali, & promittere nomine talis, idem esse dicuntur, *Vacon. lib.* 2. *declaration.* 35. *num.* 13. *& seq.* nec non *lib.* 6. *declarat.* 84. *num.* 8. fuseque dixi in *Problem. legal.* 7. §. 3. *nu.* 291.
10. *& sequentib.* sin autem dictio eadem *Pro* referatur ad occidentem, tamquam ad personam agentem proptèr finem, tunc dictio *Pro* adiuncta cum dictione *Alio* significare poterit causam finalem, à qua occidens tunc movetur ad eum occidendum, & tunc ipsa 11.
dictio *Pro* idem significat, quod dictio *Ob*, vel *Proptèr*, 12.
itavt tunc *Occidere Unum pro alio* idipsum sit, quod occidere unum, non proptèr illum ipsum, sed proptèr *alium*, quod certè multipliciter contingere potest: aliquando enim, quià occisio uniùs inservire potest occidenti, tamquam medium 13.
ad finem alium ultimum, & principalem consequendum, puta, ad occidendum alium, vel ad defendendum alium, proindè dici potest, quod non solum is, qui, ut inimicum suum ab amici tergo positum occidat, amicum ipsum præ illo stantem occidit; sed etiam is, qui, ut Patrem, vel Patriam defendat, Patris, vel Patriæ invasorem occidit, nec non quilibet alius in aliis ejusmodi casibus verè occidit unum pro alio, idest proptèr alium, quià utitur occisione uniùs, tamquam medio, ad occisionem, vel salutem alteriùs, tamquam finem obtinendum, provt in prædicto sensu in *l.* 1. *ff. ad l. Rhodiam, de jactu*,
Pro omnibus datum rectè 14.
dicitur, quod proptèr omnium Utilitatem datum est, item-

itemque in *l. si calumnietur*, §.
15. 1. *ff. eod.* Vota *Pro* salute Principis suscipi dicuntur, quæ *ob* salutem Principis suscipiuntur, quo in sensu *Quesada Controversiar. Forens. cap. 4. nu. 20.* dixit, quod, licet pro Regula passim dicatur neminem pro delicto alteriùs, hoc est proptèr delictum alteriùs puniendum esse, nec filium pro Patre; tamen regulam prædictam procedere quidem in spiritualibus, sed in temporalibus aliquandò claudicare: ad quod probandum *ibid. nu.* 12. affert exempla: claudicat autem in temporalibus, quià puniri non debet unus pro alio corporalitèr; secùs autem est in infamia, vel amissione omniũ bonorum, ut dixit *Doring. in Bibliotb. Jureconsult. lit. P. V. Pro, num. 1. in fin.* undè *Caramuel* in sua *Grammatica audaci, num. 138.* præpositionem *Pro* inter eas enumerat, quæ causam adsignificant.

Præmitto tertio, quod eadem dictio *Pro* juncta cum
16. dictione *Alio*, accipi etiam potest tamquam vicis nota in eodem sensu, quo dicimus Unum esse Uice, aut loco, vel
17. in locum alteriùs, itavt occidens unum pro alio verè occidat non eum, quem tunc occidere vult, sed alium præter intentionem, & quem tunc occidere non vult, seù quem per errorem putat esse alium, eum videlicet, contrà quem voluntas ipsiùs occidentis tendit, undè, qui occidit unum pro alio, non occidit illum (quem scilicet re ipsa occidit) tamquam illum, sed 18.
occidit illum tamquam alium (quem scilicet occidere vult, & quem per errorem putat esse illum ipsum, quem tunc occidit) & consequentèr aliquando occidens unum pro alio occidit eodem tempore unum facto, & opere, absque animo, & intentione; alium autem animo, & intentione absque facto, & opere, quià tunc finis prædicti operis est 19.
occisio uniùs; finis autem operantis est occidere alium, quem, quoad intentionem, tunc is occidit, dum idem opere ipso alium præter intentionem occidit, provt simili modo in *l. cum ab eo, in fin. ff. de contrahend. empt.* mensam 20.
argento coopertam ignoranti emptori pro solida, hoc est, pro tota, & integra ex argento, & sic vice mensæ in totum, ac undique verè argenteæ venditam fuisse traditur, & à *Felin. in cap. cum M. Ferrariens. num. 3. de constitut.* ubi, 21.
Pro tali, & loco talis idipsum signi-

21. significare dicit, nec non à *Menoch. conf.* 352. *nu.*7. dictum fuit Verba *Pro* Ususfructu
22. significare idipsum, quod loco Ususfructus, sicuti dicimus de Proconsule, qui locum, & vices Consulis obtinet, *l.* 1. *ff. de Officio Proconsul.*

Dico dictionem *Pro* hic accipi in prædicto ultimo sensu, ita ut idem significet, quod *Vice*, *loco*, vel *in locum* alterius; sensus enim iste dictionis *Pro* in prædictis verbis *occidere unum pro alio* in communi usu loquendi frequentior esse solet, & ad rem ipsam, de qua hic agitur, optimè facit, ut clarissimè patet etiam in simillimis aliis loquendi formulis; sic enim *Pro* accipitur ab *Azone in Brocardic. tit.* 17. &
23. alibi sæpissimè, dum asserit, quod singulare pro plurali quandoque accipitur, impossibile pro difficili, superlativum pro Positivo, Dominium pro Possessione ponitur, & hujusmodi quamplurima.
24. Colligo, quod hic dictio *Pro*, *ut vicis*, ità consequentèr improprietatis, ac fictionis nota est, ut benè docent *Rebuff.* tum in *l.* 29. *verf. Aliquando dictio Pro*, *ff. de verbor. signific.* ubi, qui *pro* mortuo habetur, non est verè, ac propriè mortuus, sed perindè, ac si mortuus esset, tum in *l.* 207. *ff. eod.* ubi, quod aliud est esse tale, aliud haberi *pro* tali, & plura similia singillatim referuntur. *Alciat. in l.* 136. *ff. eod.* ubi exemplificat in Protutore, ac Prorege, quorum Primus non est propriè tutor, nec secundus propriè Rex, sed tantummodò loco tutoris, ac loco Regis, & *Altograd. Jun. controverf.* 29. *num.* 14. ubi, multis adductis idipsum tradentibus, Promissio solvendi mille facta Monasterio *Pro* tali Moniali dicitur facta ipsimet Moniali, 25.
quià tunc *Pro* importat non veritatem ipsam, sed imaginem, & repræsentationem, ideòque improprietatem, ac similitudinem quandam tantum, cum Monasterium repræsentet quodammodò Monialem, quamvis re vera, & propriè Monasterium non sit ipsamet Monialis; quo paritèr in sensu *Alderis. de Symbolic. contractibus*, *tit. IV. cap.* 10. *nu.* 20. ex *l.* 2. *§.* 2. *de rebus cred. l.* 1. *ff. quibus mod. tollit. oblig.* & *l. eam*, *C. de solut.* dixit Unum 26.
pro alio, invito creditore, solvi non posse, nec è contrà peti, invito Debitore.

*****

CAPUT QUARTUM.

Quid hic significet Dictio *Alio.*

SUMMARIUM.

Nihil est idem cum eo, cui est simile. num. 1.
Qui est idem, regularitèr non est alius. num. 2.
Alius *semper se refert ad aliquem à se distinctum. num.* 3.
Relatio semper versatur inter duos terminos. num. 4.
Dictio Alius *cur dicatur Relativa. num.* 5. *cur Nota Exclusionis. nu.* 6. *An aliquando sit Nota diversitatis, & Impropriationis. nu.* 7. 10. & 14.
Nominum diversitas an diversitatem rerum inducat. nu. 8.
Identitas nominis identitatem rei num indicet. num. 9.
Officium Judicis an sit actio. num. 11.
Servi Milites esse nequeunt. num. 12.
Alius *aliquando dissimilitudinem importat, & cur. nu.* 13.
Dictio Alii *quid significet, cum dicitur Crucifixus est Christus, & alii duo Latrones. num.* 14.
Dictio *Alius cur dici possit Ampliativa. num.* 15.
Quod est Aliud, esse potest vel Simile, vel Dissimile, vel etiam Contrarium iis, ad quæ se refert. num. 16.
Dictio Alius *est Repetitiva, seù Repræsentativa similium regularitèr. num.* 17. *maximè in materia strictè interpretanda. nu.* 18. *sed ratione subiectæ materiæ est etiam repræsentativa contrariorum. nu.* 19. *vel in genere, vel in specie, vel in accidentibus individualibus. num.* 20.
Alius *cur dicatur Æquivoce significare. num.* 21. *ac etiam dictio indefinita. num.* 22.
Ut res dicatur Alia, quomodo distingui debeat à re, ad quam refertur. num. 23.
Una, & eadem res quomodo dici possit alia à se ipsa. nu. 24.
Unus, & idem contractus, attento diverso respectu, dici potest valere, & non valere. ibid.
An idem, quatenus est Episcopus, dici possit alius à se ipso, quatenus est Canonicus. n. 25.
Quomodo quis possit mori testatus, & absque testamento. num. 26.
Ratione diversorum respectuum Idem esse potest non solum aliis, sed etiam se ipso Superior, & Inferior. num. 27.
Gratias, & Beneficia, quæ Superior in Inferiores diffundit, an possit etiam in se ipsum diffundere. num. 28.

Alius

Alius à Principe utrum possit causam sic committere, ut delegatus recusari non valeat, num. 29.

Nomine Alius *an aliquandò Alii etiam plures intelligi possint. num.* 30. *sivè masculi, sivè fœminæ. num.* 31.

Qui dicit Alio tempore *quamnam temporis restrictionem, vel distinctionem importet. num.* 32.

1. PRÆMITTO primo, quod, quæmadmodum nihil est Idem cum eo, cui est simile, ut dixit *Zabarel. cons.* 136. *num.* 6. ad quod affert *l. Quod Nerva, ff. depositi*, & *cap. Capitulum, de rescriptis*, ità, qui
2. est Idem, Regularitèr non est Alius, quià præter eum, qui dicitur *Alius*, debet etiam aliquis esse, ad quem *Alius*
3. ipse se referat, & quem præsupponat à se aliquomodo distinctum esse; alioquin verè dici non posset *Alius*, ut habetur ex *Menoch. cons.* 401. *num.* 71. ubi dictio *Aliis* significare dicitur non unitatem, seù indentitatem, sed diversitatem, à quo non dissentit *Rot. Romana, decis.* 35. *num.* 4. *part.* 7. *recentior.* Quando enim res aliqua non est omninò una, & eadem cum illa, de qua priùs mentio facta est, tunc res, quæ non est omninò eadem cum prædicta, rectè dici potest *Alia*, licet hæc ad illam relativè se habeat; undè, cum res illa, ad quam alia refertur, & res illa etiam, quæ dicitur *Alia*, non sint verè una, & eadem omninò res, necessariò fit illas esse plures,
maximè cum una ad aliam se 4.
referat, & relatio semper versetur inter duo extrema, tamquam inter duos terminos, ut benè dixit *Pereyra in Elucidario, num.* 28. Hinc juxtà prædictum sensum dictio *Alius*
passim, nec immeritò dicitur 5.
Relativa, quià Relationem habet ad id, de quo mentio in præcedentibus facta est. *Viv.*
decis. 193. *num.* 1. Ab aliquibus 6.
etiam dicitur Nota exclusionis; excludit enim rem, de qua mentio facta est, & rem aliam ab illa distinctam inducit, *l. si fundum* 81. *§. si libertus, ff. de legat.* 1. *Alciat. cons.* 107. *nu.* 13. *lib.* 9. *alias respons.* 566. *Casanat. cons.* 57. *nu.* 18. & 19.
ab aliis autem, nec malè 7.
dicitur Nota diversitatis, vel etiam Impropriationis, *Card. Alexandrin. in cap. Valentino, num.* 1. *dist.* 34. *Prob. in addit. ad Jo: Monach. in cap. quid ad agendum, num.* 9. *de Procurator. in* 6. *Menoch. cons.* 409. *num.* 51.

F 2 Sil-

Silvan. conf. 40. *nu.* 31. *Magon. decif. florentin.* 38. *num.* 14. quià
dictio *Alius* denotat rem, quæ
dicitur Alia, non esse eandem
omninò cum priùs expressis,
sed aliqualitèr ab illis diver-
sam, provt jam dictum est;
cum sola etiam nominum
8. diversitas diversitatem ipsam
rerum inducat, *Rebuff. ad l.
lege.* 130. *vers. Item diversitas,
ff. de verborum signif.* provt
Identitas nominis indicat etiã
9. identitatem rei, *Menoch. conf.*
409. *nu.* 86. quandoque autem
dictio prædicta ità impro-
priatur, ut denotet rem ha-
bentem qualitates omninò
10. improprias, & inconvenientes
rei priùs expressæ, ad quam
refertur, *Azor. institut. Moral.
part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 27. *vers. Se-
cundò quæritur*, ubi plures con-
cordantes textus affert, præ-
cipuè verò *Authen. de mandat.
Princip. §. oportet*, *collat.* 3. ubi
dicitur, *Nulla alia actio, nisi
officium Judicis*; & tamen offi-
11. cium Judicis non est actio,
simulque *Authen. ut defuncti,
seù funera eorum*, *collat.* 5. *in
princip.* dicentem *Milites, &
servos alios plurimos*, & tamen
12. Milites servi esse non possunt,
*l. super servis, C. qui militare
possunt, vel non possunt, lib.* 12.
Sanch. de Matrim. lib. 3. *disp.* 20.
n. 2. *&* 3. ubi, quod dictio *Alius*
aliquando impropriè ponitur,
& denotat dissimilitudinem, 13.
quandò scilicet ratio subiectæ
materiæ id suadet. *Doring. in
Bibliotb. Jureconsultor. lit. A. in
V. alius num.* 17. *&* 18. ubi,
adductis idipsum asserenti-
bus, præter *Glossam in Authen.
ex testamento, C. de Collation.*
subdit exemplũ, cum dicitur 14.
*Crucifixus est Christus, & alii
duo Latrones*, quibus addo etiã
Afflict. decis. 244. *num.* 4. *&
Barbos.* dicentem *d. diction.* 26.
num. 14. id fieri ad vitandum
absurda. Immò dictio prædi- 15.
cta dici quoque posset Am-
pliativa, cum semper impor-
tet aliquid plus, quam sint
præcedentia, de quibus facta
est mentio, & ad quæ refertur,
ut optimè dixit *Amiden. de stylo
datariæ, lib.* 1. *cap.* 16. *§.* 6. *nu.*
17. ac propterea quodammo-
do ampliare dicatur, ut egre-
gie docuit *id. Prob. loc. cit.*

Præmitto secundo, quod, 16.
quamvis dictio *Alius* præce-
dentibus, ad quæ refertur,
aliquid amplius addat, ut
dictum est; nihilominùs, id,
quod additur, & Aliud dici-
tur, esse potest præcedentibus,
ad quæ se refert, vel simile,
vel dissimile, vel etiam con-
trarium, ideòque dictio *Alius*
juxtà subiectæ materiæ varie-
tatem aliquando est Repeti- 17.
tiva,

tiva, seù meliùs Repræsentativa similium, provt regularitèr talis esse creditur, *Jo: Montaigne de Bigamia*, *qu.* 1. *nu.* 15. *Mandos. in Glos. Facultatum*, *§. & proprium*, *in V. Aliis*. *Rota in novis de Rescript. decis.* 1. alias 28. & ibi *Addent. lit. D.* maximè in materia strictè
18. interpretanda, *Merenda controversiar. lib.* 24. *cap.* 14. *nu.* 71. Aliquando Dissimilium, *Decian. cons.* 63. *num.* 52. *vol.* 4. & aliquando etiam contrariorũ.
19. *Gigas de Pensionibus Ecclesiast. quæst.* 28. *nu.* 4. *Veral. decis.* 295. *nu.* 3. *& sequentib. part.* 2. Immò, sicuti similia, dissimilia, & contraria considerari, ac talia dici possunt, vel in genere, vel in specie, vel in individuali aliqua proprietate, seù qualitate, vel accidenti, ut ex *Veral. ibid.* sic etiam dictio ipsa
20. *Alius*, utpotè repræsentativa eorundem, pro subiectæ materiæ diversitate, à qua dictio ipsa regulatur, *Magon. decis. Lucen.* 58. *num.* 20. repræsentare potest vel similia, vel dissimilia, vel contraria modo in genere, modo in specie, modo etiam in aliquo tantum accidenti, & propterea vel in substantia, vel in qualitatibus, ut passim videre est apud Doctores, & fusè apud *Barbos. diction.* 26. *num.* 6. *& sequentib.* adeò ut dictio *Alius* æquivocè 21.
significare dicatur. *Vrv. dicta decis.* 193. *nu.* 4. & à nonnullis 22.
indefinita vocetur, ut patet ex *Muñoz. de Ratiociniis*, *cap.* 18. *num.* 20. *Sperel. decis.* 97. *nu.* 20.

Præmitto tertio, quod Di- 23.
ctio *Alius*, licet semper aliquid inducat ab iis distinctum, quæ priùs expressa sunt, & ad quæ refertur, ut jam diximus; attamen ea distinctio, quæ intercedere debet inter rem, quæ dicitur Alia, & rem pręcedentem, ad quam Alia refertur, non semper est distinctio, quæ sit inter res, quoad substantiam diversas, & realitèr, ac omninò diversas, ac separatas, cujusmodi est duarum personarum realis inter se distinctio; sed aliquando verificatur etiam in sola 24.
distinctione, ac diversitate, vel plurium affectionum, & animi passionum, quo in sensu *Cardin. Bona in manuduction. ad Cælum*, *cap.* 19. *§.* 1. dixit, quod vir probus semper idem, improbus semper alius est, vel plurium respectuum, cum una, & eadem res variis respectibus considerari, & à se ipsa quodammodo dividi, ac separari possit, nec non aliquando contraria operari. *Navar. Consilior. lib.* 1. *tit.* 39. *de his*, *quæ vi*, *metusve causa*

fiunt

fiunt, *conf.* 1. *num.* 10. *Amaya observation. jur. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 15. ubi, attento diverso respectu, idem contractus dici potest valere, & non valere, provt unus, & idem homo variis quoque respectibus à se ipso dividi dicitur, dum unus, & idem, qui sit Episcopus, &
25. Canonicus, quatenùs est Episcopus, alius esse dicitur à se ipso, quatenùs est Canonicus, ut ex *cap. à collatione beneficii* 11. *in fin. de Appellation. in* 6. *& cap. cum in Ecclesia tua* 25. *de Præbend. & dignitat. in* 6. docuit *Navarra de Eleemosyna in can. quiescamus*, *distinct.* 42. *num.* 4. & comprobat *Maranta in Medulla Decreti*, *lit. V. vers. Una*, *& eadem res*, nec non idem *Amaya observation. jur. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 13. *& seq.* ubi ait in filio familias milite duas personas considerari posse, unam respectu bonorum Castrensium, aliam verò respectu aliorum, itavt, quatenùs miles, alius sit à se ipso, tamquam filio familias respectu bonorum non Castrensium, ideòque mori possit, respectu bonorum diverso-
26. rum, testatus, & sine testamento, juxtà *l. certarum* 17. §. 1. *ff. de milit. testam. & l.* 1. *C. eod.* nuper autem *Del Bene de Parlamentis*, *tract.* 6. *sect.* 39. maximè *num.* 20. *& sequentib.* ubi concludit, quod potest quis in Jurisdictione voluntaria sustinere vices plurium personarum, dummodò exercitium uniùs actus non impediat exercitium alteriùs actus, ex *Abb. in cap. ex litteris*, *num.* 11. *de probat.* qui id probat ex *l. si Consul*, *ff. de adoptionib. & ex l. un. ff. de officio Consulis*, ubi filius familias, si Præses sit, potest se ipsum emancipare, vel in Adoptionem dare, & Consul potest apud se ipsum manumittere servum suum, & sic repræsentare plures Personas, provt etiam idcircò idem secundum diversas qualitates, & officia, ac proindè ratione diversorũ respectuum 27.
potest esse se ipso superior, & inferior, ut patet in Pontifice, qui simul est Pontifex, & Princeps sæcularis, in Rege, qui simul est Rex, & Comes coronæ subiectus, seù Vassallus; in Prælato, & Superiore, in quo, ut ità dicam, est qualitas Superioris, & qualitas personæ 28.
privatæ, undè gratias, & beneficia, quæ superior in inferiores diffundit, potest etiam in se ipsum diffundere, ac proptereà secum dispensare in lege jejunii, & in aliis, in quibus potest dispensare cum subditis; immò in Christo, qui, ut homo,

homo, sibi satisfecit, ut Deo. Dico per dictionem *Alio* hic denotari alium hominem numero distinctum, ac realiter separatum à praecedenti, ad quem refertur, & de quo mentio antea facta fuit, prout in eodem sensu *Specul. lib.* 1. *rubr. de Recusat.* §. 1. *num.* 6.
29. dixit, quod alius à Principe non potest causam sic committere, ut delegatus recusari non valeat, quod tamen sic intelligi velim, ut, quemadmodum superiùs *cap.* 2. *nu.* 20. dictum fuit, quod, quandò fit mentio de uno, ratione frequentioris usus, fit etiam extensio ad plures collectivè sumptos ratione uniformitatis, ità etiam hic idipsum locum habeat, adeò ut per
30. dictionem *Alio* non solum Unicus Alius, sed aliquando etiam alii plures intelligantur, ubi eadem ratio, quae militat in unico Alio, militabit etiam
31. in pluribus Aliis, sivè sint masculi, sivè sint foeminae. Quamvis enim *Alius*, vel *Alii* de sua propria significatione denotent tantum masculinum sexum, maximè in contractibus, & in odiosis; nihilominùs aliquandò ex interpretatione foeminas quoque comprehendunt, ut benè advertit *Alex. cons.* 113. *num.* 7. & 8. *lib.* 2. & *Doring. in Bibliotheca Jureconsultor. lit. A in V. Alius, nu.* 23.

Colligo, quòd, sicuti, qui 32.
dicit Alio tempore, nullam restrictionem temporis, vel distinctionem importat, sed universalitèr se refert ad omne tempus, & sic ante litem, in lite, ac post litem, ut dixit *Garzon. de Laudo meri juris, part.* 3. §. 6. *gloss.* 6. *nu.* 1. quem sequitur etiam *Doring. loc. cit. num.* 41. sic etiam, qui dicit Alium hominem, quemcumque hominem comprehendit, & neminem excludit, sivè sit Laicus, sivè Clericus, sivè Superior, sivè Inferior.

CAPUT QUINTUM.

Qualis esse debeat Animus Occidentis, ut *unum pro alio occidere dicatur.*

SUMMARIUM.

Anima Rationalis quomodo dici possit spiritus, Sensus, Animus, Mens, Ratio, Memoria, Voluntas. num. 1.

Intellectus, Voluntas, Animus, an sint tria nomina, eadem res. num. 2.

Voluntatis nomen quotupliciter accipiatur. num. 3.

Vo-

cax. num. 27.
Intentio quid sit. num. 28. *varie accipitur à variis. num.* 29. *dicitur etiam Proæresis. n.* 30. *quomodò distinguatur à simplici complacentia. num.* 31.
Potest homo habere simplicem complacentiam, non tamen intentionem rei impossibilis, & cur. num. 32.
Voluntas hominis est ambulatoria, & deambulatoria usque ad mortem. num. 33. *& nihil ea magis liberum. num.* 34.
Habere non voluntatem occidendi an sit nolle occidere. nu. 35.
Carentia *an, & quomodo distinguatur à* Negatione, Privatione, *&* Defectu. *nu.* 36.
Cessatio volitionis, seù desistentia à volendo, an sit idem cum Nolitione. num. 37.
Dormiens benè dicitur non velle, *sed non benè dicitur* Nolle. *num.* 38.
Concessio facta ad libitum, & voluntatem concedentis, an differat à concessione facta, donec revocetur. num. 39.
Ad revocationem Concessionis quid requiratur. num. 40.

PRÆMITTO primo, quòd, cum suprà dictum sit *cap.* 3. *num.* 17. & sequentibus *Occidentem Unum pro alio* non occidere eum, quem vult, sed eum, quem non vult; proindè hic videndum est, quid sibi velint verba illa, *quem vult*, & *quem non vult*, ac propterea quænam voluntas esse debeat in prædicto occidente, ut verè dici possit occidere, quem non vult, & non occidere quem vult. Sicuti enim anima rationalis secundũ diversa officia variis nuncupatur nominibus, nam dicitur anima,
1. dum vivificat corpus; Spiritus dum contemplatur; Sensus, dum sentit; Animus, dum sapit; Mens, seù Intellectus, dum intelligit; Ratio, dum discernit; Memoria, dum recordatur; Voluntas, dum vult, ut ex *Divo August. lib. de Anima, & Spiritu, cap.* 14. dixit *Petr. Vendramen. in Addition. ad Repertor. Inquisitor. in V. Anima, lit. A. Jo. Altenstaig. in Lexic. Theologic. in V. Anima, vers. Anima cum sit. Parlador. Quotidianar. differentiar.* 25. *num.* 3. & novissimè *Caramuel in Pandect. Philosophico, dissertat.* 5. *part.* 1. *art.* 1. *sect.* 3. *sub. sect.* 5. *num.* 1078.
2. ubi concludit Intellectum, Voluntatem, Animum tria esse Nomina, eandem rem: sic etiam Voluntatis ipsiùs Nomen diversimodè accipi
3. solet; Aliquando enim accipitur pro Potentia volendi,

quæ est in anima rationali, aliquando pro actu volendi, qui est velle, & aliquando etiam pro obiecto ipso volitionis, hoc est pro re ipsa volita, quo in sensu dictũ videtur Matth. cap. 26. *Non mea, sed tua voluntas fiat*, hoc est, non id, quod ego volo, sed id, quod tu vis. Undè Voluntas secundum
4. aliquos dicta videtur à Volito, quia voluntas quasi volitat ad rem Volitam, & amatam,
5. juxtà illud Catonis, ac D. Augustini, quod *Anima ibi veriùs est, ubi amat, quam ubi animat;* quod affertur, & approbatur à *Costa in Responso* ejusdem posito post *distinctionem* 8. *in tract. de Facti Scientia, & Ignorantia, nu.* 24.

Præmitto secundo, quod, ut quis verè dicatur velle occidere, opus est, ut is tunc actu velit occidere; quandò enim
6. dico *Volui*, *Volam*, *Vellem*, tunc verbis explico actum mentis, quem habeo, & actum Voluntatis, non quem habeo, sed, quem habui, quem habebo, quem haberem. Undè verè per verbum *volui* non significo, nec affirmo me velle, sed significo, & affirmo me voluisse, similique modo de prædictis aliis *Volam*, & *Vellem* ratiocinandum videtur. Undè non sufficit Velleitas;
Vellem enim (à quo Velleitas 7.
dicitur) explicat solummodò, quid vellem, si talis circunstantia poneretur, vel tolleretur, non autem, quid verè nunc actu velim, provt optimè docuit, & explicuit *Caram. in Prodromo Dialexis de non certitudine, num.* 19. *& seq.*

Præmitto tertio, quod *Non* 8.
velle, & *Nolle* valdè inter se differunt (quicquid sit de Grammaticorum placitis, quę *Nicolao Bellono, Supputation. Jur. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 2. ac nonnullis aliis valdè placuerunt) quamvis enim *Velle*, seù *Volitio* sit actus positivus voluntatis, quo voluntas aliquid, tamquam bonum prosequitur, ac proindè sit veluti quidam primus voluntatis motus, seù progressus ad bonum sibi propositum amplectendum, pariterque *Nolle*, seù *Nolitio* sit actus positivus voluntatis, quo voluntas aliquid tamquam malum aversatur, eique repugnat, ideòque tàm
Velle, quàm *Nolle*, provt ambo 9.
sunt actus positivi voluntatis, nequaquam diferre videantur; nihilominùs, quandò
circà unum, & idem obiectum 10.
versantur, sibi sunt invicem oppositi, itavt propterea ejusdem obiecti *Volitio*, & *Nolitio*, eodem tempore, in eodem subie-

subiecto simul esse nequeant, cum *Volitio*, seù *Velle* sit actus prosecutionis; *Nolitio* autem, seù *Nolle* actus detestationis, seù repugnantiæ, & fugæ circà idem obiectum, undè *Reyger. in Thesauro Juris, V. Dictiones, num.* 55. *& sequentib.* dicit, quod Nolo verbum importat contemptum expressum, & quod aliud est non velle legere, aliud autem nolle legere.

10. Dixi autem *Nolle*, seù *Nolitionem* esse actum positivum voluntatis, quià, dum dico,

11. *Nolo audire Missam*, voluntas re vera dicit, *volo non audire Missam*, ac proindè positivè vult, ac dicit id, quod est oppositum dicenti, *Volo audire Missam*, & in hoc sensu *Volitio*, & *Nolitio* sunt quidem actus positivi, sed oppositi, respectu scilicet obiecti ejusdem à *Volitione* quidem voliti, à *Nolitione* autem Noliti, ut benè docuit *Jo: Andr. cap. Prudentiam*, §. 1. *de offic. deleg. Pereyra in Elucidario, lib.* 1. *elucidat.* 4. *num.* 64. & novissimè, ac clarissimè *Caramuel Logic. Moral. lib.* 2. *cap.* 2. *sect.* 14. *vers. secundo loco*, ubi etiam subdit, quod sic opinabatur ipsemet *Vulpianus, lib.* 3. *ad Sabinum*, cum dixit, *Ejus est non nolle, qui potest velle*; sicuti enim *Velle*, & *Nolle*, ut jam diximus sunt actus positivi; sic *Non velle*, 12.
& *Non nolle*, seù *Non Volitio*, & *Non Nolitio* sunt actus negativi, cum *Non volitio* sit pura carentia volitionis, & *Non Nolitio* sit pura carentia Nolitionis, ex quo fit, ut *Non velle*, & *Non nolle* dicantur esse quasi 13.
media inter *Velle*, & *Nolle*, quià *Non Velle*, licet neget Volitionem; non tamen affirmat *Nolitionem*; *Non nolle* autem licet neget *Nolitionem*, non tamen affirmat *Volitionem*, ut benè innuit *Gualandus de Civili facultate, lib.* 2. *cap.* 13. *circà fin.* ubi ait *inter Voluntatem, & Noluntatem media* 14.
voluntas, dari videtur, ut clarè docuit ex *Bald. Bertachin. in Repertor. part.* 4. *in V. Volo in fin.* provt etiam *Magon. decis. Florentin.* 149. *num.* 12. ubi dicunt, quod *Velle*, & *Nolle* habent 15.
Medium, scilicet *non nolle*, & quod hoc est mirabile, cum duæ negationes sæpè affirment, nec non apertè *Gloss. ipsa in l.* 1. *ff. de tributor. act. in V. Velle*, quam *ibid.* sequitur *Gothofred.* & in *Notis ad l. ejus est* 3. *ff. de regul. juris*, itemque *Brosseus in Remissionib. ad d. l.* 3. *ff. de regul. juris*, quod etiam evidentèr patet ex *Corn. cons.* 205. *lit. I. lib.* 2. ubi propterea infert aliud esse *Velle*, quod non laboretur, aliud autem

non Velle, quod laboretur, *Dec. in l. ejus est Nolle*, *num.* 6. *ff. de regul. jur.* ubi subdit, quod
16. dormiens benè dicitur non Velle, sed non benè dicitur Nolle. *Menoch. de Arbitrar. Judic. caf.* 496. *num.* 66. *ac sequentib. Pereyra d. lib.* 1. *Elucid.* 4. *sect.* 4. *num.* 64. ubi propterea docet, quod, si hæres deliberans de adeundo dicat
17. se Nolle adire, censetur repudiare, secùs verò, si dicat, se non Velle adire. *Leoncill. de Privilegiis Pauperum*, *part.* 1. *quæst.* 5. *num.* 44. *& sequentib.* ubi propterea benè infert, quod, licet non detur medium inter contradictoria, datur tamen inter contraria, ut inter *Velle*, & *Nolle*, inter *Divitem*, & *Pauperem*, inter *Placet*, & *Displicet*, & alia similia, & *Vultejus Jurisprudentiæ Romanæ lib.* 1. *cap.* 7. *vers. non volens*, ubi asserit, quod à Non Vo-
18. lente, fieri dicitur id, quod fit vel præter voluntatem facientis (quod ab aliis etiam dicitur ex non intentione, seù citrà intentionem) vel contrà voluntatem ipsiùs. Quæ autem de *Volente*, *Nolente*, *Non Volente*, & *Non Nolente* dicta sunt, eadem quoque non ineptè dici possunt, tum de
19. Opere Voluntariò, Involuntariò, & non Involuntariò, ut benè docuit *Cecchinel. Compendiaria Moralis via*, *cap.* 19. *num.* 21. ubi asserit non Voluntarium esse medium intèr Voluntarium, & Involuntarium, sicut non videns est medium inter videntem, & cæcum, ut patet ex prædictis, ac etiam iis, quæ dixi *in tract. de Pollution. Eccles. disp.* 5. *cap.* 12. *&* 16. nec non in *Problemat. legali* 7. *§.* 3. *num.* 223. *ac sequentibus*, tum etiam de 20.
Affirmante, *Negante*, *Non Affirmnte*, & non *Negante*, atque Aliis ejusmodi, de quibus *Caramuel Logic. Moral. lib.* 2. *cap.* 2. *sect.* 14. *vers. tertiò considerentur*. Undè fit, ut, qui dicit *Non nego*, nec neget, nec verè affirmet, *cap. is*, *qui tacet*, *de Regul. Jur. l. si putas*, *C. de petit. hæredit.* Cum non nego sit medium quoddam intet Negantem, & affirmantem. Immò subtilissimè idem *Caramuel ibid. vers.* 2. nec non in *Pandecte Philosophico*, *num.* 1086. *vers. At Ego*, ex prædictis infert, quod *Volitio*, & *Nolitio* non differunt forma- 21.
litèr, sed obiectivè, asseritque probabilitèr, quod non detur in Voluntate Nolitio, quià Nolitio respectu voluntatis 22.
est verè actus volendi; licet, respectu obiecti, cui voluntas repugnat, dici soleat Nolitio, quià

quià nimirum Voluntas vult illud non fieri, vel non esse; quod etiam sensisse videntur *Gerardus Oddo in lib. 3. Ethic. quæst. 18. & Aloys. Novarin. Axiomat. Physico Theologic. lib.* 23. *22. axiom.* 2652. dum dixerunt *omne Nolle esse quoddam Velle*, ad quod probandum eodem paritèr argumento utuntur, quià scilicet Nolens aliquid fieri, vel esse, est in veritate Volens, nam verè Vult illud non esse, vel non fieri.

24. Dico, quod occidens, ut strictè *unum pro alio occidere* dicatur, debet non solum absolutè, ac efficacitèr tunc Velle occidere certum hominem, sed etiam non velle occidere alium. Si enim Occidens habeat animum tunc occidendi tàm eum, qui tunc ab illo non occiditur, quàm eum, qui tunc ab illo occiditur, undè nam, & quomodò tunc unus verè dici posset occidi pro alio, & non potiùs unus, absque alio, cum occidens in tali casu habeat animum tunc occidendi tàm unum, quàm alium? Dixi autem *Debet*, quià in occidente unum pro alio, si strictè loquendum sit, adeò necessaria est prædicta voluntas occidendi Unum, & non Voluntas occidendi alium, ut absque ejusmodi voluntate, & non voluntate nemo unquam strictè unum pro alio occidat, vel occidere possit. Dixi etiam *absolutè*, ac *efficacitèr velle*, quià prædi- 25. cta voluntas occidendi certum hominem, sicuti, si strictè accipiatur, debet esse talis, non secundum quid tantum, & consequentèr imperfectè tantum; sed totalitèr, ac perfectè talis, ideòque omninò pura, simplex, & sine ulla conditione: quod enim secun- 26. dum quid tale est, absolutè tale non est, ut præter Philosophos dixit *Rota* apud *Cardin. Seraphin. decis.* 325. *nu.* 17. *in fin.* sic etiam debet esse effi- 27. cax, non ità quidem, ut semper re ipsa consequatur finem, ad quem tendit, sed ità ut sit de se sufficiens ad finem per talia media obtinendum, si non detur impedimentum aliquod extrinsecum voluntati, per quod, non autem per ipsam voluntatem, fiet, si non sequatur indè effectus, ut optimè advertit *Tamur. de actib. humdn. quæst. 3. dub. 2. num. 25. Gibalin. Scientia Canonic. lib. 8. cap. 2. princip. 2. quæst. 2. num. 2.* Hanc autem Voluntatem, seù Voluntatis 28. actum, intentionem passim appellare videmus, quià Voluntas per talem actum, hoc

est,

est, per intentionem, quantum est ex se, absolutè, & efficacitèr tendit ad consecutionem finis, & indè ad media quoque adhibenda, quæ ad finis consecutionem necessaria sunt; provt etiam sic intentio accipitur in *l.* 14. *§. interdum, ff. de religiosis, & sumptibus funerum*, in *l.* 10. *ff. de alim. & in l. quoniam* 15. *C. de*
29. *testament.* licet alibi alitèr quoque accipiatur, quà de re benè *Zas. Intellect. jur. varior. cap.* 11. *vers. cum in capite.* Hinc ut benè illam definit *Pufendorf. Elementor. Jurisprud. lib.* 2. *observat.* 2. *§.* 1. dum ait *Intentio, seù Proæresis est actus volunta-*
30. *tis, quo illa efficacitèr tendit in finem, eumque consequi nititur*; ità benè quoque patet, quomodo prædictus voluntatis actus, qui dicitur Intentio, distinguatur ab illo Volunta-
31. tis actu, qui dicitur simplex complacentia: ista enim est voluntas considerandi, contemplandi, cogitandi; intentio autem est voluntas operandi, ac veluti effectiva ope-
32. ris, ut propterea possit homo habere complacentiam, non tamen intentionem rei impossibilis, ut optimè docuit *Caramuel Metalogicæ Scholasticæ lib.* 8. *princip.* 12. *num.* 961. Dixi prætereà: *tunc velle occidere*, cum enim voluntas hominis 33.
sit ambulatoria, & deambulatoria usque ad mortem, *l. cum hic status, ff. de donat. inter Virum, & Uxorem, l.* 4. *ff. de adim. legat.* & nihil ea magis liberum 34.
sit, *Gloss. in cap. cum Martha* 6. *§. Si tunc igitur, in V. non valet, de celebrat. Missar. Bald. in d. l. cum hic, §. oratio, ff. de donat. inter Virum, & Uxorem,* & in *l. jam dubitari num.* 3. *ff. de hæredib. instit.* ideòque deficere, vel mutari ea possit, non potest verè dici, quod quis unum pro alio occidat, nisi occisor, dum occidit, prædictam occidendi voluntatem habeat, nec sufficit, quod is antea eam habuerit, vel posteà eam sit habiturus. An autem ad id sufficiat ea Voluntas, quæ Virtualis, vel Habitualis dicitur, infrà suo loco dicemus. Dixi denique, *non velle occidere alium*, quia, ut quis dicatur occidere Unum pro alio, debet is tunc habere tum voluntatem occidendi unum, tum etiam non voluntatem occidendi alium, ideò- 35.
que tunc carere debet voluntate occidendi ullum alium, prætter illum, quem tunc occidere vult. Porrò carere voluntate occidendi alium, ut ex iis, quæ jam diximus, abundè patet, non est nolle

occi-

occidere alium, ſed tantum eſt non velle occidere alium; non velle autem dicit quidem abſentiam volitionis, ſed tamen non dicit præſentiam nolitionis in voluntate, ac proindè, qui dicit ſe carere voluntate occidendi alium, ſolummodò negat ſe velle, ſed non proindè affirmat ſe poſitivè nolle, hoc eſt, ſe deteſtari, reſiſtere, ac repugnare occiſioni cujuslibet alterius extrà illum, quem tunc occi-
36. dere vult. Prædicta verò Carentia, ſeù abſentia voluntatis, ſeù veriùs volitionis, an, & quando dici etiam poſſit negatio, vel privatio, vel defectus, ingenioſiſſimè, atque doctiſſimè traditur à *Caramuele in Leptotato*, *diſſertat.* 2. *part.* 1. *num.* 132. ubi tres prædictas carentiæ differentias, aut ſpecies benè dilucidat, eaſque nos etiam ad rem noſtram inferiùs opportunè afferemus.

Colligo, quod verè dicitur Non Velle tàm is, qui anteà voluit, ſed nunc non amplius vult, quàm is, qui & anteà non voluit, & nunc etiam non vult; ceſſatio enim, ſeù finitio voluntatis ſufficit ad hoc, ut re vera voluntas poſteà non velit, non ſecùs ac ſi voluntas ſemper anteà non voluiſſet; prædicta tamen ſola Volun- 37.
tatis ceſſatio, ſeù deſiſtentia à volendo non ſufficit ad hoc, ut Voluntas verè tunc dici poſſit poſitivè *Nolle*, quià *Nolle*, ut pluries dictum fuit, denotat expreſſam reſiſtentiam, & contradictionem, ſeù poſitivam contrarietatem volitioni; ceſſatio verò voluntatis, ſeù volitionis denotat ſolum extinctionem præcedentis volitionis; non autem aliquam repugnantiam contrà priorem volitionem, ut rectè docent *Decius ad l.* 3. *nu.*
6. de regul. jur. ubi exemplificat 38.
in dormiente, qui benè dicitur *non velle*; ſed non proindè dicitur *Nolle*. *Menoch. de Arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 69. *nu.* 3. *&* *ſequentib. Maſcard. de Probat. concluſ.* 188. *num.* 21. 22. *&* 31. *Gonzal. ſup. reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 12. *num.* 60. Hinc etiam *Covar. variar. reſolution. lib.* 3.
cap. 15. *num.* 3. *&* 4. jure infert, 39.
quod, licet precarium expreſſim conſtitutum ad libitum, & voluntatem concedentis ipſiùs morte finiatur, quià morte voluntas extinguitur; nihilominùs precarium expreſſim conſtitutum, donec revocatum fuerit, non expi-
rat morte concedentis; Ad 40.
revocationem enim non ſufficit prioris voluntatis extinctio,

ctio, sed omninò requiritur novus, & positivus voluntatis actus ulteriori precarii durationi repugnans, & prædictam illius concessionem revocans.

CAPUT SEXTUM.

Quale debeat esse occidentis factum, ut is, eo mediante, *unum pro alio occidere dicatur.*

SUMMARIUM.

Nuda hominis Voluntas an hominem de se occidere possit. num. 1.

Facta non intellectu, sed corpore expediuntur. num. 2.

Factum quàm Variè apud ipsos etiam legum Professores accipiatur, num. 3. *dicitur esse* genus plures sub se species continens: *ibid. quomodo hic sumatur. num.* 4.

Facere, & Agere, an distinguantur. num. 5.

Per exteriora probari dicuntur interiora. num. 6. *ex facto animus. num.* 7. *& à facto subsequenti declaratur propositum antecedens. num.* 8.

Medium quid sit. num. 9. *per illud finis appropinquat agenti, vel agens fini. nu.* 10. *ejus aptitudo qualis esse debeat. num.* 11.

Quali medio is uti debeat, qui strictè, ac propriè unum pro alio occidere dicitur. num. 12.

Circumstantiæ in Jure variant omnia. num. 13. *quælibet minima circumstantia variat factum. num.* 14. *diligentèr attendendæ sunt in factis, & faciendis. num.* 15.

Factum exprimere non sufficit, nisi exprimatur etiam modus. num. 16.

Non tantum ad opera, sed etiam ad ea, quæ operibus accidunt, respiciendum est. num. 17.

Ex circumstantiis aggravantur delicta, & augentur pœnæ. num. 18. *& pendet Juris definitio. num.* 20.

In omnibus Contractibus, & humanarum functionum negotiis multum faciunt circumstantiæ. num. 19.

Æquitas jubet secundum circumstantias Jus summum intendi, vel remitti. num. 21.

Circumstantiæ quomodo nos ad veritatis cognitionem perducant. num. 22.

Jus cur dicatur implicitum facto. num. 23. *cur dicatur esse in causa. num.* 24.

Circumstantiarum tractatio an pertineat ad Jurisperitos. num. 25. *earum nomine quid hic intelligatur. num.* 26. *ea semper aliqualiter actionem immutant. num.* 27.

Actus

Actus etiam internus suas habet circumstantias. num. 28.

Finis duplex est, Operis, & Operantis. n. 29. prout alius est finis Artificis, alius autem Artis. nu. 30. aliquando tamen unus, & idem est finis tùm Operantis, quam Operis. num. 31.

Occidere unum pro alio, & occidere præter intentionem, *quomodo inter se differant. num. 32.*

Actus humani alii dicuntur ex Intentione nati; alii autem præter intentionem aborti. num. 33.

1. PRæmitto primo, quod, cum nuda hominis voluntas de se sola hominem occidere verè nequeat, sed omninò facto aliquo, tamquam medio ad prædictum finem obtinendum apto indigeat, ut benè, ac luculentèr explicat *Vacon. jur. civil. declarat. lib. 2. decla-*
2. *rat. 24. num. 4.* facta enim non intellectu, sed corpore expediuntur, *Valent. Illustr. Juris tract. lib. 2. tract. 4. cap. 6. num. 3.* proindè nunc videndum est, cujusmodi esse debeat factum illud, quo quis utitur, dum volens occidere unum, non volens eodem facto verè occidit alium.

Præmitto secundo, quod, 3.
quamvis dictio factum, nedum apud varios rerum Scriptores, sed etiam apud ipsos legum Professores varias sortiatur significationes, ut præcipuè videre est apud *Costam de facti Scientia, & Ignorantia, inspect. 1. num. 7. & sequentib.* ideòque Factum dicatur genus sub se plures continens factorum species, ut videre est apud *Anton. de Padilla in Commentariis ad l. Naturalis, ff. de præscriptis verbis*, nihilominùs 4.
hìc à nobis non accipitur, nisi prout significat exteriorem aliquam hominis operationem, quam quis, exempli gratia (ne illud extrà rem nostram desumamus) edit, ut ea utatur ad finem occidendi unum, & per quam non volens verè occidit alium, quo in sensu furta, cædesque facta vocat *Claud. Saturnin. in l. aut facta, ff. de Pœnis*, & *Rebuff. in l. Verbum 218. vers. Itaque, de verbor. signif.* undè non male distingui videntur inter se 5.
Facere, & *Agere*, ut videre est apud *Less. de Just. & jur. lib. 1. cap. 1. dub. 2. nu. 14.* nec ineptè per exteriora probari dicun- 6.
tur interiora, ut ex facto Animus, juxtà *Azon. in Brocardic. tit. 10.* & *Bald. in l. Julianus,* 7.
num. 2. ff. ad S. C. Macedonian.

H ubi

8. ubi à facto subsequenti declaratur propositum antecedens; tunc enim factum accipitur pro extrinseco actu tantum; ut in similibus dixit etiam *Costa d. Inspection. 1. num. 31.*

9. Præmitto tertiò, quod, cum medium adhibeatur ab agente ad obtinendum aliquem finem, quandò voluntas motu
10. suo immediatè non potest efficere, ut finis, ad quem illa tendit, velut appropinquet agenti, vel agens fini, ut doctè, ac ingeniosè dixit *Pufendorf. Elementor. Jurisprud. universal. lib. 1. definit. 11. §. 5.* cumque in nostro casu sola voluntas occidentis, ut jam vidimus, finem immediatè suum obtinere nequeat, ideòque facto aliquo externo ad id apto uti
11. debeat, quo prædictum finem consequi valeat, proindè prædicti medii vis, & aptitudo talis esse debet, ut ad prædictum occidentis finem effectivè assequendum tunc sufficere possit.

12. Dico, quod factum illud, quo mediante, quis strictè, ac propriè unum pro alio occidere dicitur, tale debet esse, ut in iis circumstantiis, quæ tunc undique vel stant, vel stare putantur, & in quibus eo utens vult occidere unum, eidem ad illum occidendum, in aliis autem circumstantiis eidem quoque ad alium occidendum (eum scilicet, quem in prædictis aliis circumstantiis non volens occidit) sufficere possit. Dixi *in iis circumstantiis*, quia circumstantiæ adeò in Jure variant omnia, ut non- 13.
nunquã perversionem ipsam ordinis inducant, ut dixit *Jo. à Lignano in opusculo de Amicitia, tit. de subventione Paterna, & filiali, num.* 10. & quælibet 14.
minima circumstantia quodcumque variet factum; *l. fiita, §. 1. de legat. 1. l. actus legitimi de regul. jur. Monach. Decis. Lucens.* 42. *num.* 13. Hinc diligenter circumstantiæ atten- 15.
dendæ sunt in factis, & faciendis ex *cap. Occidit*, 23. *qu.* 8. ideòque non sufficit, si exprimatur factum, nisi exprimatur 16.
etiam modus, ut dixit *Gutier. Canonicarum quæst. lib. 2. cap. 15. nu.* 24. clariùs autem *Lancellot. instit. jur. canon. lib. 4. tit. 10. de Homicidio, §. 1.* ubi prop- 17.
tereà docet non ad opera tantum respiciendum esse, sed tempus, causam, voluntatem, personarum differentiam, & omnia, quæ operibus accidunt, pervestiganda esse; quod quidem verum est non solùm in criminibus, de quibus loquitur *l. aut facta, ff. de pœnis*, & *Matthæus de criminib. tit. de pœnis*,

nis, *cap.* 4. *num.* 12. *& seq.* ubi
18. asserit, quod prædictæ circumstantiæ multum faciunt ad aggravandum delictum, &
19. augendam pœnam, verum etiam in omnibus contractibus, & humanarum functionum negotiis, *Caballin. de divid. & individ. part.* 2. *qu.* 6.
20. *principali, nu.* 377. ex iis etenim
21. æstimatur juris definitio, & secundum easdem æquitas jubet jus summum vel intendi, vel remitti; circumstantiæ namque ad veritatis cognitionem perducunt, *Caball. de omni genere homicidii*, *num.* 629.
22. dum ex iis apparet, quid ex re statuendum sit, *l. si ex plagis*, §. 2. *ff. ad l. Aquil.* ubi *gloss. in*
23. *V. causa* hanc rationem affert, quià scilicet Jus est implici-
24. tum facto, seù Jus est in causa, provt ibid. explicat *glos. nu.* 2. Nomine autem circumstantiarum, quarum tractatio non solum ad Rhetores, & Theo-
25. logos, sed etiam ad Jurisperitos pertinet sub diversis rationibus, ut apertè docuit *Ovied. de actib. human. controv.* 3. *punct.* 5. *num.* 83. hic intelligo ea om-
26. nia, quæ circumstant, seù accidentalitèr pertinent ad actū ipsum intrinsecè, vel extrinsecè, vel ad actus ipsius causas, vel denique ad ejusdem actus effectum, provt egregie inter alios circumstantias prædictas distinguunt, ac declarant *Raynaud. moral. discipli. dist.* 4. *qu.* 3. *num.* 318. *Baldel. de human. action. lib.* 1. *disp.* 27. *Ovied. loco citato*, & *Coninck de moralit. disp.* 9. *dub.* 14. *num.* 158. *& seq.* ubi rectè infert, quod circumstantia propriè dicta ità conjungitur actioni humanæ, & aliquam habet connexionem cum ea, ut eandem actionem aliquomodo afficiat, ac sem- 27.
per aliqualitèr actionem immutet; licet non sit ejus pars essentialis, nec substantialitèr ab ea pendeat. Dixi autem *quæ tunc undique*, *vel stant*, *vel stare putantur*, quià, cum non 28.
modo actus externus, sed etiā actus internus suas habeat circumstantias, ideòque in animo ipso facientis cōsiderandæ sint etiam circumstantiæ metus, erroris, doli, &c. de quibus in *d. l. aut facta*, *ff. de Pœnis*, propterea, si occidat quis Paulum, putans eum esse Petrum, tunc error non est in facto externo, sed in facientis animo; nam putat eum, quem tali facto occidit, esse Petrum, qui tamen re vera est Paulus; undè in tali facto ex parte obiecti non stat ea circumstantia, quæ stare putabatur, ac proindè mirum non est, quod tunc non occidatur tali

facto Petrus, sed Paulus ob prædictam circumstantiarum mutationem.

29. Colligo primo, quod, licet occidens unum pro alio non consequatur finem suum, seu finem operantis, quià non occidit, quem occidere vult; consequitur tamen finem operis sui, quia tunc verè occidit eum, ad quem occidendum tunc verè in talibus circumstantiis tale factum suaptè natura ordinatum est, ut superiùs dictum fuit; Undè in tali casu alius est finis operantis; alius verò finis operis;
30. provt sæpè alius est finis artificis, alius autem finis artis,
31. licet aliquandò tàm artificis, quàm artis, & tàm operantis, quàm operis unus, & idem finis sit, provt fit, quandò quis eodem opere eum occidit, ad quem occidendum tàm operantis intentio, quàm operis ipsiùs natura de se in talibus circumstantiis dirigitur; prout benè docuit *Navar. in commentar. cap. Inter verba* 11. *qu.* 3. *concl.* 5. *num.* 22. & 29. nec non *in commentar.* (quem de *finibus humanorum actuum* inscripsit) *cap. cum minister* 23. *quæst.* 5. *nu.* 7. & 26. & *Pereyra Elucidar. lib.* 1. *Elucidat.* 1. *sect.* 2. *num.* 17. *verf. dividitur* 6.

32. Colligo secundo, quod quamvis occidens unum pro alio semper occidat præter intentionem eum, quem tunc non volens occidit; nihilominùs occidere præter intentionem aliquem non semper est occidere unum pro alio: latiùs enim patet occidere præter intentionem, quàm occidere unum pro alio; istud enim in se continet etiam intentionem tunc occidendi aliquem, licet non eum, qui tunc re ipsa occiditur; illud autem verificatur etiam in eo, qui tunc nullam habens intentionem occidendi aliquem, præter intentionem aliquem occidit. Hinc occisio uniùs pro alio necessariam habet connexionem cum intentione occidendi aliquem; occisio verò alicujus præter intentionem non est ex intentione occidendi aliquem, & omninò stare potest sine prædicta intentione, ut habetur ex *Caramuele in Synopsi Theolog. Præterintentional. sub nu.* 2011. ubi actuum humanorum classes duas affert; alii enim ex intentione nati, alii autem 33.
præter intentionem aborti dicuntur.



CA-

CAPUT SEPTIMUM.

Qualis esse debeat eventus, seu exitus rei, ut quis indè Unum pro alio occidisse dicatur.

SUMMARIUM.

Occisio unius pro alio an, & quomodo dici possit effectus ex causa, vel eventus ex casu. num. 1.
Causa, & occasio qualitèr inter se differant. num. 2.
Occisio Unius pro alio, quandò fortuita dicatur. num. 3.
Casus fortuitus apud Jurisconsultos an sit idem, quod causa, vel effectus per accidens apud Philosophos, num. 4.
Nihil est fortuitum, vel casuale apud Deum, sed apud homines. num. 5.
Casus fortuiti quinam dicantur. num. 6. *multifarii, ac propriè innumerabiles sunt. num.* 7.
Esse præter intentionem, & esse contrà intentionem valdè diversa sunt. num. 8.
Quod præter legem fit, non semper contrà legem est. num. 9.
Non semper contrà testamentum est, quod præter testamentum est. num. 10.
Qui occidit fortuitò eum, quem occidere quoque voluisset, si illum anteà cognovisset, an occiderit eundem ex intentione, vel sine intentione, nu. 11.
an prædicta voluntas dicenda sit absoluta, vel conditionalis. num. 12.
Ad Voluntarium requiritur præcognitio. num. 13.
Ignorata, & quæ non sunt, cur eodem modo judicentur. n. 14.
Qualis esse debeat occisio, per quam unus tum strictè, tum latè dici possit occisus pro alio. num. 15.
Quomodo connexio faciat, ut unum connotet aliud. nu. 16.
Occiditur unus pro alio, vel ab eadem causa, & eodem medio, vel ab alia causa, & alio medio. num. 17.
Principium, & finis, quomodo inter se conjuncta dici possint. num. 18.
Connexa qualitèr pro uno reputentur. num. 19. & 21.
Ex factorum continentia, num connexitas aliqua oriatur. num. 20.

PRÆMITTO primò, quod eventus, seu exitus rei, de qua hic agitur; nimirum occisio unius pro alio, diversimodè se habere, ac pertinere potest ad factum illud, de quo jam diximus, & mediante quo quis unum pro alio occidere dicitur.

1. tur. Aliquando enim occisio prædicta se habet ad factum prędictum, tamquam effectus ad suam causam proximam, completam, ac totalitèr illius effectricem: Aliquando ad illud se habet, tamquam effectus ad suam causam remotam, incompletam, ac partialitèr tantum illius effectricem,
2. quam aliqui ob id occasionem potiùs, quàm causam vocant, ut videre est apud *Felin. in cap. solitæ, num. 2. de majorit. & obedient. Jason. in Rubric. C. qui admitt. ad bonor. possess. num. 9. & Moron. respons. 71. num. 70. & 86.* Aliquando etiam ad illud se habet, non tamquam effectus ad suam causam, ex qua tamquam completa, vel incompleta proveniat; sed tamquam effectus alterius causæ à prædicto facto penitùs distinctæ, ac separatæ, & sic aliundè omninò proveniens, cujusmodi est Occisio fortuito casu eveniens eo loco, vel tempore, quo quis prædictum factum adhibuit, ut unum occideret; sed alius, & non ille, tunc fortuito casu occisus fuit. Hæc enim Occisio, licet cum prædicto facto, quoad aliquam sivè loci, sivè temporis, sivè aliam ejusmodi circunstantiam quãdam, quasi communionem, seù connexionem habère videatur, ad quod facit *Tiraquel in tract. cessante causa, cessat effectus, limit. 13. num. 6. & sequentib.* nec non *Griphiard. de insul. cap. 7. num. 4. & sequentib.* ideòque tunc etiam, ut fusiùs infrà dicemus, quodammodò unus pro alio occisus videatur, dum enim ex prædicto facto unus juxtà intentionem facientis occidendus erat, tunc alius ex fortuito casu præter ipsius facientis intentionem occiditur; nihilominùs ejusmodi 3.
occisio tamquam fortuita, non est re vera effectus ex prædicto facto prodiens; sed est quid, tum operi, tum operanti prædicto, accidentalitèr tantum, nimirum ex ignota tunc causa, vel ex ignoto variarum causarum cõcursu adveniens, ut colligi potest ex *Vult. Jurisprud. Romanæ lib. cap. 7. vers. Præter voluntatem*, & ex *Habnio ad Vvesembec. in tit. ff. Depositi num. 14.* Dixi autem accidentalitèr tantum adveniens, quod enim à Jurisconsultis in ordine ad homines dicitur 4.
casus fortuitus, id à Philosophis appellatur causa, seu effectus per accidens, teste *Griphiard. loc. cit.* Dixi verò in ordine ad homines, quia in ordine ad Deum, seu apud 5.
Deum, nihil est fortuitum, nihil

nihil casuale.

6. Præmitto secundo, quod, cum casus fortuiti sint inopinati rerum eventus, quibus ab homine provideri non potest, ut dixit *Sebast. Medic. de fortuit. casib. part. 1. qu. 12. nu. 2. & 7.* nec non *Scacc. de Commerc. §. 1. qu. 1. num. 134. &*
7. *seq.* iique multifarii, ac propè innumerabiles sint, *Bartol. in l. cum anterioribus, num. 4. 6. de temp. appellat. P. Gregor. Syntagm. Jur. universi lib. 21. cap. 12. num. 2. & 4.* idcircò in hac etiam materia, de qua hic agitur, fieri potest, ut is, qui pro alio occiditur, aliquando non modò sine intentione, seù præter intentionem occidentis, vel operantis, verum etiam
8. contra ejusdem intentionem occidatur, quorum unum ab alio valde diversum est, prout
9. non semper contra legem est, quod præter legem fit; nec
10. semper contrà testamentum est, quod præter testamentum fit, ut benè docuit *Mayner. in l. qui tutelam, §. nec paciscendo, num. 6. & seq. de regul. jur. Rebuf. in l. nuptiis testamento 21. vers. Contra Testamentum, & seq. ff. de verbor. signif. Barbos. dict. 279. num. 9.* Immo
11. Præmitto tertio, quod, etiã si à Titio volente occidere Unum occidatur inopinato alius, quem nihilominùs Titius ipse occidere voluisset, si eundem anteà cognovisset, adhuc dici non debet, quod occisio prædicta fit ex Titii intentione, seù juxtà ejus intentionem, neque etiam contrà ejusdem intentionem, sed solummodò sine illius intentione, seù præter ipsius intentionem, ac proindè, quod ea occisio non fuit Titio voluntaria, nec involuntaria, sed tantum nõ Voluntaria, simulque fortuita, vel casualis. Prædicta enim Titii voluntas (occidendi videlicet eum quoque ipsum, quem tunc fortuitò occidit, si tunc eum cognovis-
set) non fuit absoluta, sed tan- 12.
tum conditionalis, si nimirum Titius eum cognovisset; hæc autem conditio non nisi post fortuitam ipsam occisionem impleta, seù purificata fuit)
Cum ergo ad Voluntarium 13.
requiratur præcognitio, proindè talis occisio tunc non fuit verè, atque actualiter à Titio volita, neque Titii voluntas tunc fuit prædictæ occisionis causa, prout clarè patet ex *Thom. del Bene in tract. de Radice restitut. dub. 7. & seq. Caram. Theolog. Præterintention. num. 203. Pufendorf. Elementor. Jurisprud. universal. lib. 2. observat. 1. §. 9. & Connan. lib. 7*

cap.

cap. 7. nu. 8. ubi proindè recte
14. statuit, quod ignorata, & quæ non sunt, eodem modo judicantur; tam enim absunt à cogitatione nostra, quæ non apparent, & nesciuntur, quam, quæ omninò in rerum natura non subsistunt.

15. Dico, quod unus pro alio occisus non dicitur; nisi talis occisio ab opere ad alium occidendum adhibito dependentiam, vel connexionem aliquam habuerit; & ab operante prædicto tunc non vo-
16. lita fuerit. Dixi *vel connexionem aliquam habuerit*, quia tunc connexio est in causa, ut unum connotet aliud; prout is, qui in tali loco atrocem iniuriam passus est, quoties per eum transit, iniuriæ prædictæ (velit, nolit) recordatur, ad quod egregie facit *Caram. Logic. Moral. lib. 1. cap. 1. art. 1. pag. Inibi* 395. V. Huc concomitantia.

17. Colligo, quod, stricte loquendo, Unus pro alio occidi non dicitur, nisi occidatur ab illo, qui eodem facto, quo unum occidere voluit, alium occidit, quem occidere non voluit; late autem loquendo, tunc etiam unus pro alio occidi dicitur, quando vere non occiditur ab illo, quem mox dixi; Sed ab alia Causa, vel casu, ideoque tunc is, qui occiditur, vere non occiditur ab illo, qui prædicto facto usus est, ut occideret, quem occidere volebat; sed nihilominus dici quodammodo potest occisus ab illo ipso, qui alium tali facto occidere volebat, quatenus prædictum illius factum, tamquam prin- 18.
cipium aliqualiter conjunctū, seu connexum esse videtur cum illa alia causa, seu casu, tamquam fine, seu rei totius exitu, in quo alius occisus est, ideoque prædictum principium, & prædictus exitus, ut pote connexa, non immeri- 19.
to pro uno reputantur. *Sebast. Medic. de Regul. Jur. Regula 4. n. 2.* nec non aliquo modo ille ipse, qui tunc occiditur, dici etiam potest, ut supra innuimus, pro alio occisus, quia scilicet tunc, nimirum in ipso rei exitu, ille occisus est, quasi vice, & loco ejus, ad quem occidendum in ipso rei principio tum prædicti facti vis, tum facientis ipsius mens directa fuit; sive enim quis occidatur pro illo, quem ego ipse tunc occidere volui, sive pro illo, quem quilibet alius tunc occidere voluit, semper is, qui tunc occiditur, vere ob prædictam unius ad alium relationem, & acciden- 20.
tium,

tium, seu circunstantiarum connexitatem, quæ facit, ut aliquo modo simul esse intelligantur, pro alio occisus aliquo modo dici potest, ut per se patet. Quinimmò idcircò, qui prædicto facto usus est, ut unum occideret, quem non occidit, si tunc pro illo, quem occidere voluit, alius etiam fortuito casu occisus fuerit, unum pro alio occidisse non male dicitur, quia tunc prædicti facti quædam cum prædicto casu connexitas, quæ saltem ex factorum continentia oritur, satis est ad hoc, ut aliqua eorundem Unitas arguatur. *Mynsing. centur. 4. observat. 69. Gail. lib. 1.*
31. *observat. pract. observat. 38. n. 8.* cum connexa, ut jam diximus, pro uno habeantur, *Angel. cons. 326. dub. 4. Cravet. cons. 102. num. 1.*

CAPUT OCTAVUM.

Quomodo Participium *Occidens* hic sumatur.

SUMMARIUM.

Verbum quid sit. n. 1. ejus significatio an ab ejus tempore distinguatur. n. 2. Unde dictum sit. n. 3. non significat tempus, sed cum tempore. n. 4. An Verbum significare possit sine tempore. n. 5. vel cum tempore in abstracto. n. 6.

Participium unde, & cur sit dictum. n. 7. quid à Verbo, & quid à Nomine habeat. n. 8. significat cum eodem tempore, quo illius Verbum. n. 9. A Verbo deducitur, & ad Verbum refertur. n. 10.

Participium an sit dictio media inter Nomen, & Verbum n. 11. Compendium esse cur dicatur. n. 12. quid in se contineat. n. 13. An verbi sui, à quo deducitur, vim retineat. num. 14.

An in Verbis lateant Participia. n. 15.

In Verbo Occido *cur Participium* Occidens *latere videatur. num. 16.*

Occido, *&* Occidens est *duo sunt æquivalentia, & idipsum significant. n. 17.*

Ut Verbis, sic etiam Participiis singulis suum correspondet tempus, cum quo significant. n. 18.

Participium Spectantia *resolvitur in Verbum, & Relativum* Quæ spectant. *n. 19.*

Verba num dari possint singulis temporum differentiis correspondentia. n. 20. num dentur. n. 21.

Temporum differentiæ quæ sint.

nu.

Quenam dicta dicantur Æterna, ac immensæ veritatis. num. 42.

Participium Mentiente, *quo in simili tractatu usus est Marcus Antonius Cuccbus, quomodo intelligi debeat. nu.* 43.

Vulpiani dictum, Jus Naturale est, quod natura omnia animalia docuit, *quo in sensu accipiendum sit: num.* 44.

Subiectæ materiæ ratione sæpe rem significatam potius, quam vocem significantem considerare debemus: num. 45.

Nomina collectiva, & multitudinem significantia, licet voce singularia sint, sensu tamen pluralia sunt: num. 46.

Nomen pars, *licet sit numeri singularis, cur cum verbo pluralis numeri concordet: nu.* 47.

Participium portans, *an aliquando sit temporis Præteriti, vel pro participio Præteriti temporis usurpatum fuerit: num.* 48.

1. PRÆMITTO primò, quod, cum Verbum sit vox significans cum tempore actionem, passionem, vel Neutrum; ideo-
2. que Verbi significatio distinguatur ab ejusdem Verbi tempore, cum quo illa conjungitur, itaut aliud sit agere de significatione Verbi *occidere* *tam* præscindendo ab omni tempore, quod ipsa verbi significatio sibi adiunctum habet; aliud autem sit agere de tempore ipso Verbi præscindendo à quacumque ejusdem verbi significatione: cumque de prædicti verbi significatione jam satis actum sit cap. 1. proinde hic de prædicto solum tempore agemus, de quo nihil ibi dictum fuit, licet ipsa occidendi actio, quæ per Verbum *Occidere* significatur, non nisi simul cum tempore aliquo significetur. Dixi *cum tempore aliquo significetur*, quia, quamvis verbum (quod à veritate dictum putat Varro, eo 3.
quod Verum nos loqui oporteat, ad quod facit etiam *Bart. in l. Gallus, §. Item credendum, ff. de liber. & posthum.*) verè 4.
non significet tempus, nihilominus significat cum tempore. Tempus enim, quod cum Voce *Occido* conjunctum est, non se tenet ex parte obiecti significati, sed ex parte actionis cum tempore significatæ, ut optimè docuit *Caram. Logic. Moral. lib. 2. cap. 2. art. 1. sect. 2. vers. Nomen est, pag. mihi* 51. *& Grammatic. Audac. num.* 88. *& seq.* ubi etiam ingenio- 5.
sissimè decidit quæstionem illam, quam difficillimam dicit; An ne detur Verbum,

quod significet, vel significare
possit sine tempore? vel sal-
6. tem sine tempore determina-
to, & sic cum tempore abstra-
cto à præsenti, præterito, &
futuro, de quo inferius age-
mus; sicuti autem Verbum,
ut vidimus, significat cum
7. tempore, sic etiam Partici-
pium ipsum (cum ficto à
8. Grammaticis nomine ideò
Participium dicatur, quià
partem capit à nomine, & par-
tem etiam à Verbo, significat
enim cum tempore, quod
verbi est; declinatur autem
per Casus, & numeros, quod
9. Nominis est) semper signifi-
cat cum ea temporis distin-
ctione, quam Verbum ipsum,
10. à quo Participium deducitur,
& ad quod proindè refertur,
de sui natura secum habet, ut
apertè tradunt *Alciat. in rubr.
tit. ff. soluto matrimonio, num. 8.
& Mandos. in Regul. 22. Can-
cell. Apostol. qu. 6. num. 8.*

Præmitto secundo, quod
quemadmodum Participium
Occidens unica voce signifi-
cat idipsum, quod duabus hi-
sce vocibus exprimitur *Qui
Occidit*, ut cum *Gloss. in Cle-
ment. 1. in V. si Dignitat. de Præ-
bend. Bart. in l. Centurio, ff. de
vulg. & pupill. & in l. 1. ad fin.
ff. de condit. & demonstr. Alex.
cons. 7. num. 16. lib. 7.* dixit *Fa-
gnan. in cap. inter cæteras, n. 26.
de Rescript. & Bellon. Jun. cons.
29. nu. 9.* ideoque Participium 11.
ab aliquibus Dictio media
inter Nomen, & Verbum; ab 12.
aliis verò Compendii causa
inventum dicitur, cum in se 13.
tum Pronomen Relativum,
tum etiam Verbum illud, à 14.
quo descendit, ejusque vim
simul complectatur, *Ruin. cons.
158. num. 8. vol. 3. Mandos. loco
cit. num. 7. Fenzon. in Statut.
Urbis, cap. 151. & ibi in Voto
D. D. de Assetamento, insp. 2.
part. 2. num. 94.* ubi plures alii;
provt in Verbis quoque Parti- 15.
cipia virtualitèr latere dixit
*Caramuel. Logic. Moral. lib. 1.
cap. 4. art. 7. vers. alii aliter, pag.
mihi* 670. cum ex Verbis Par-
ticipia, veluti ex utero fœtus
educantur; ac proindè in Ver- 16.
bo Occido lateré quodam-
modò videatur Participium
Occidens; idem enim est Oc-
cidit, quod Occidens est, & 17.
Unum æquivalet alteri, itavt
unum in alio, & idipsum ab
alterutro significetur, provt
innuit *Ruin. ibid.* sic etiam non
solum unicuique verbo secum
correspondet tempus, cum
quo singula Verba significant, 18.
ut jam diximus; sed Partici-
pia quoque verborum suo-
rum, ex quibus descendunt,
naturam sequantur, non nisi
cum

cum eadem temporis diversi-
tate significant, cum qua præ-
dicta eorundem verba, ut pa-
tet ex *Natt. consi.* 636. *num.* 36.
Menoch. cons. 711, *num.* 4. *vers.*
& hoc modo. Rota decis. 120.
19. *num.* 6. *& seq.* ubi Participium,
Spectantia dicitur esse præ-
sentis temporis, quia resol-
vitur in Verbum cum Relati-
vo, nimirum *Quæ spectant*,
quod præsentis temporis est;
cum quibus stat etiam *Marss.*
consult. 25. *nu.* 12. *lib.* 1. *Actolin.*
resol. 90. *nu.* 104. *& Hieronym.*
Palma Senior, cons. 30. *num.* 21.
20. Immò, sicuti dari possent
Verba omnibus, & singulis
temporibus, eorumque diffe-
rentiis correspondentia, sic
etiam Participia ex verbis
21. illis; sed, ut non dantur præ-
dicta omnia Verba prædictis
omnibus temporum differen-
tiis correspondentia, ità neque
dantur, & multò minùs Par-
ticipia, quæ singulis tempori-
bus singillatim correspon-
deant. Dixi *dari possent Ver-*
22. *ba*, &c. quià, cum temporum
differentiæ sint Præteritum,
Præsens, & Futurum, sicuti
Præteritum Verborum tem-
pus aliud est Imperfectum,
aliud Perfectum, & aliud Plus-
23. quam perfectum, sic etiam
præsens, & futurum eorun-
dem Verborum tempus sub-
dividi posset in Imperfectum,
Perfectum, & Plusquam per-
fectum, & sicuti Præteritum
plusquam perfectum non
male diceretur Præteritum
Præteriti; sic etiam dici, dari-
que posset Futurum Futuri,
ut videre est apud *Caram.*
Grammat. audac. num. 105. *&*
sequentib. nec non in *Pandecte*
Philosophico, num. 416. ubi sin-
gula ingeniosissime pro more
suo exponit. Dixi verò *sic*
etiam Participia, &c. quia, si 24.
darentur prædicta Verba cum
prædictis temporum differen-
tiis, & distinctionibus, dari
utique etiam possent Partici-
pia ex prædictis Verbis deri-
vantia, pariterque cum iisdem
temporum distinctionibus
significantia, cum quibus ip-
sorum Verba significarent, si
ea darentur; idcircò dixi,
possent, quià fortasse non sem-
per darentur Participia, quæ
deduci possent ex prædictis
verbis, si talia verba darentur;
sicuti è contrario verè nunc in
Idiomate latino dantur aliqua
Participia, quorum Verba
vel nunquam in usu fuerunt,
vel certè non amplius usur-
pantur, ut bene advertit *Hie-*
ronym. Palma Senior consult.
30. *num.* 30. ubi ejusmodi esse
dicit inter alia multa Partici-
pium *Prægnans*, quod à Verbo 25.

Præ-

Prægno derivatum creditur, ut ejusdem Participii sonus demonstrat, & prædictum Verbum à latinis Authoribus usurpatum fuisse nunc non constat. Dixi denique, *& multò minùs dantur Participia*, &c. quià neque dantur tot Participia, quot deduci possent ex verbis illis, quæ re ipsa nunc etiam dantur in latina lingua; licet enim dentur in eà verba tam activè, quam passivè significantia, simulque tum Præsentis temporis, ut *Occido*, & *Occidor*, tum Præteriti imperfecti, ut *Occidebam*, & *Occidebar*, tum Præteriti perfecti, ut *Occidi*, & *Occisus sum*, tum præteriti plusquam perfecti, ut *Occideram*, & *Occisus fueram*, tum etiam Futuri, ut *Occidam*, & *Occidar*; nihilominùs non alia dantur indè Participia, quam duo activæ significationis, nimirum *Occidens* Præsentis temporis, & *Occisurus* futuri, totidemque Passivæ, nimirum, *Occisus* Præteriti temporis, &
26. *Occidendus* Futuri. Unde, cùm sermo latinus nullum habeat Participium Præsentis temporis à Verbo Passivo, Veteres soliti sunt in eum sensum uti Participio Præteriti temporis, ut benè docuit *Alciat. in l. cum quærebatur, nu.* 4. *ff. de verbor. signif.* ad quod affert inter alia Exemplum in *l. 2. §. deindè, ff. de Incend.* ubi verba illa, *Nave expugnata*, exponuntur, dum Navis expugnatur, & præsens quoque tempus respiciunt. Nec defuerunt audaces aliqui prædictum Participiorum defectum supplere volentes, qui è sin- 27.
gulis Verborum temporibus singularia, & inter se distincta Participia eruere conati sunt: quemadmodum enim ex Præsentis temporis Verbo *Amant* jam deductum, usuque receptum *Amans*, *Amantis* habemus, ità illi ex Verbo *Amabant* deducunt Participium *Amabans Amabantis*, ex *Amaverunt*, Amaveruns *Amaveruntis*, ex *Amaverant*, *Amaverans Amaverantis*, ex *Amabunt*, *Amabuns Amabuntis*, & sic de aliis; sed hæc Ingenii fælicitas fælici eventu caruit, quià nec vulgi favorem, nec Doctorum usum obtinuit. Hinc alii faciliùs, ac fæliciùs docuerunt, quod Participia prædicta, quibus nunc latinus 28.
sermo caret, brevi quadam circumlocutione suppleri possunt absque ulla novorum Participiorum Introductione; si nimirum Participio Præsentis temporis, cujusmodi est *Occidens*, substantivum Verbum

sum addamus, & istud ejus temporis sit, quod tunc ad rem nostram faciat. Quamvis enim *Occidens* ex se præsentis temporis esse videatur; nihilominùs, si ei Verbum alterius temporis adiungatur, tunc diversimodè se habet, nam tunc significat cum eo tempore, cum quo Verbum ipsum illi adiunctum, provt habetur ex *Alciat. in d. Rubric. ff. soluto matrim. num.* 8. dum dixit Participium ex adiectione Verbi ad omnia tempora referri posse. Idemque docuit etiam *Mandos. in dicta Regul. 22. Cancell. Apostol. nu.* 8. & *Gratian. discept. forens. cap.* 497: *num.* 15. ubi firmat, quod
29. Participium intelligitur juxtà tempus Verbi, cui est adiectum. Undè fit, ut, sicuti *Occidens sum* idem est ac *Occido*, & est præsentis temporis, sic *Occidens eram*, *Occidens fui*, *Occidens fueram*, *Occidens ero*, sivè *Occisurus sum* idem respectivè sint, quod *Occidebam*, *Occidi*, *Occideram*, *Occidam*, ut patet ex *Caramuel. Grammatic. Audac. num.* 134.
30. Præmitto tertio, quod, licet apud latinos non detur ullum Verbum modi Indicativi, quod non sit temporis
31. alicujus determinati, & nullum è contrario temporis abstracti, & præscissi à præterito, & futuro, ut in singulis prædictis verbis videre est; Nihilominus, sicuti omnis vox diver- 32.
simodè accipi, ac plures habere potest significationes, sic etiam tempus illud, cum quo Verba significare diximus, diversimodè sumi potest, adeoque vel indeterminatè, itavt Verbi tempus tunc accipiatur, non provt determinatè, ac limitate significat præsens tantum, vel Præteritum tantum, vel futurum tantum, sed provt significat tempus quoddam in abstracto, & præcisum à singulis determinatis temporibus jam dictis, provt in simili jam dixit *Torin. in voto suo nu.* 4. *apud Fenzon. in statut. Urbis, cap.* 151. vel determina- 33.
tè quidem, seù cum ampliatione aliqua, itavt unum Verbi tempus ad plura etiam, vel omnia prædicta Verborum tempora extendatur, ut patet non solum ex *Rebuff. in l. Verbum oportebit* 8. *ff. de verbor. signif. vers.* & *cum hæc*, ubi hanc temporis extensionem fieri dicit, quià tempora prædicta quandam invicem inter se colligantiam, connexita- 34.
temque habent, ob quam præsens continet præteritum, & omne præteritum aliquando fuit futurum, ut ex *Argentin.*

in 2. distinct. 1. quæst. 2. art. 1.
dixit *Novarin. in Appendic. ad*
sua Axiomata, num. 6795. undè
Unum pro alio frequentiùs
ponitur, & *Alciat. in d. l. 8. de*
verbor. signif. num. 7. ubi apertè
tradit, quod, cum materiæ
ratio ità suadet, præsens etiam
pro futuro, & futurum pro
præsenti sumitur; sed etiam
ex *gloss. ipsa in Can. si Paulus,*
32. quæst. 5. in V. defende, nec
non & in *V. sed & ibi quoque*
Addit. margin. ubi dicitur,
quod Verbum Unius temporis
sæpe pro alio ponitur, ideoque
Verbum præsentis temporis
pro Verbo futuri, & è Contrario
Verbum futuri loco
præsentis. Apertissimè autem,
ac distinctissimè *ex Caram,*
tum in *Grammat. Audat.*
num. 24. & sequentib. tum *in*
Logic. Moral. lib. 1. pag. mihi
414. vers. Ampliatio extendit,
tum etiam *lib. 2. pag. mihi* 43.
35. *vers. Ampliatio est.* Quod autem
de Verborum tempore
diximus, idipsum quoque de
Participiorum tempore dicendum
est, cum ista verborum
suorum vim contineant,
ut mox dicebamus, & sicuti
36. Verba, sic etiam Nomina,
maximè verò Participia pro
subiectæ materiæ ratione amplientur,
provt videre est apud
Gothofred. in Schol. ad l. si quis ex
naufragio, ff. de Incend. &c. nec
non *Kalin. in Lexic. Juridic.*
V. Participia, ubi hoc summe
notandum esse monet. Dixi
pro subiectæ materiæ ratione,
quià verba intelligi debent 37.
non secundum quod sonant,
sed secundum naturam actus,
de quo agitur, & secundum
mentem, ac intentionem proferentis,
cum verba se habeant,
ut corpus, ac superficies;
ratio autem, ac mens,
ut spiritus, & anima, quæ corpori
præferri debet, immò
verba nedum idcircò amplianrur,
vel restringuntur, verum
etiam impropriantur, ut ma- 38.
teriæ, de qua tunc agitur, &
menti sic loquentium aptentur,
ac inserviant, ut expressè
docent *Dec. cons.* 388. *num.* 4.
Tiraquel. in l. si unquam, V. libertis, nu. 48. *C. de revocan. donat.*
Surd. cons. 431. *num.* 35. *Sim. de Prætis de Interpret. ultim.*
volunt. lib. 1. interpretat. 2. dub. 2.
solut. 7. num. 5. & sequentib.
Lotter. de Re Beneficiar. lib. 2.
quæst. 34. num. 18. Pereyra in
Elucidario, num. 408. ubi verbum
ejusmodi cum *Felin. in*
cap. ad hæc de rescript. Subiectivum
appellat, quià ita est
de natura subiecti, ut in præteritum,
vel in futurum exponatur,
secundum quod melius
convenit subiectæ materiæ,
nec

nec non *Fenzon. in statut. Urbis, cap.* 197. *nu,* 42. *& sequentib.* ubi ample concludit, quod in quavis materia verba intelligi debent juxtà mentem, ac intentionem proferentis, non prout alioquin sonant; quibus stantibus,

39. Dico, quod Participium *Occidente* hic accipitur non provt ex sua quodammodò natura videtur esse præsentis tantum temporis; sed provt hic, attenta subiectæ materiæ ratione, tempus dumtaxat indeterminatum, & in abstracto, vel certè unumquodque tempus determinatum in se complectitur; non secùs ac

40. si pro *De Occidente* diceretur *De eo, qui est*, vel *fuit*, vel *erit Occidens &c.* Præpositio enim *De*, licet alias in Jure multiplicem, ac diversam vim, & significationem habeat passim, ut videre est apud Doctores, præcipuè verò apud *Tusch. lit. D. concl.* 261. *Barbos. de Dictione De, & Gurb. in consuetud. messanens. cap.* 7. *Gloss.* 8. *num.* 7. nihilominùs hic materiam denotat, de qua hic agitur, provt etiam hanc eidem significationem congruere dixerunt *Bald. l. penult. C. de condit. infer. Decian. cons.* 39. *num.* 4. *in* 3. *Menoch. cons.* 124. *num.* 99. *Præt. de Interpret. lib.* 2. *dubit. ult. nu.* 28. *Cened. singul.* 10. *num,* 1. sicuti autem in Propositione ista *Deus vivit*, aut *est vivens* (nam alterum alteri 41. æquivalet, ut jam dictum est) Verbum *vivit*, & Participium *vivens* sic ampliari debent, ut idipsum significent quod *Deus vivit, vixit, vivetque*, aut *Deus est, fuit, eritque vivens*, provt etiam eodem sensu intelligenda sunt axiomata illa, *Veritas odium parit; Obsequium Amicos conciliat; omnis homo scire desiderat; Homo est animal rationale*, & similia, quæ ideò dicuntur esse æternæ, 42. simulque immensæ veritatis, quià quolibet tempore tum præsenti, tum præterito, tum futuro æque verificantur, ideòque, nec præterito, nec præsenti, nec futuro tempore fuit, est, aut erit unquam homo, qui non sit animal rationale; sic idipsum hic dicendum est de Participio *occidente*, cum hic agatur de actu occidendi unum pro alio, vel præscindendo ab omni tempore præsenti, præterito, & futuro, quo actus ille fiat, vel includendo in tempore ipso præsenti (quod secum habet Participium *Occidente*) quodlibet aliud tempus, quo prædictus actus fiat, vel factus fuerit, vel faciendus sit 43.

provt juxtà prædictum sen-
43. sum sic etiam simili Participio usus est egregius *J. C. Marcus Antonius Cucchus*, dum Tractatum quendam inscripsit *De Mentiente circa Possessionem*, cùm ibi pariter de eo agatur, qui est, vel fuit, vel erit mentiens circa Possessionem. Quin etiam ipsummet *Vulpiani* dictum in *l. 1. ff.*
44. *Jus Naturale, ff. de Just. & Jur. Jus Naturale est, quod natura omnia animalia docuit*, eodem quoque sensu intelligi, ac ampliari debet, itavt illius sensus sit. *Jus naturale, quod natura à Mundi initio omnia animalia semper docuit, nunc etiam docet, semperque ad usque Mundi finem docebit, seu doctura est*, ut optimè docuit *Caram. ubi supra*, idemque omninò dicendum esset, si Vulpianus loco Verbi *docuit* usus fuisset Participio ejusdem Verbi, cum eadem in utroque ratio pro ampliatione prædicta militet ex jam dictis.
45. Colligo, quod pro subiectæ materiæ natura, & varietate nonnunquam rem significatam potiùs, quàm vocem significantem considerare debemus, ne à verò dictorum sensu, & ab ipsa loquentium intentione aberremus, provt
46. videre est tum in Nominibus Collectivis, & multitudinem significantibus, quæ, licet voce singularia sint, sensu tamen pluralia sunt, ac proindè aliquando non solum apud Græcos, sed etiam apud latinos Verbum plurale regunt. *Virgil. Æneid. 1.*

Pars in frusta secant. 47.

Et lib. 2.

Pars spoliant Aras.

tum etiam in aliis, & præcipuè in Participiis activis præsentis temporis, quæ, si eorum vox inspiciatur, non nisi præsens tempus præseferunt; Si verò res per talem vocem significata consideretur, sæpe plura, vel omnia simul tempora includit, ut supra vidimus, & clariùs etiam suprà videre est apud *Caram. in Pandecte Philosophico, dissertat. 1. num. 163. pag. mihi 82.* ubi habetur, quod Textum illum *Luc. cap. 11. 27.* quem Vulgatus Interpres sic transtulit, *Beatus venter, qui te portavit, &c. Arias Montanus* sic vertit, *Beatus uterus* 48.
portans te &c. ex quibus apparet, quod Participium *Portans*, quamvis respectu vocis videatur esse præsentis temporis, respectu tamen rei significatæ verè est temporis Præteriti, perindè ac si dictum esset, *Beatus Venter, qui fuit portans te*, vel *qui portavit te*, cum

cum unum alteri æquivaleat, ut ex prædictis abundè liquet.

CAPUT NONUM.

Quo in sensu hic accipiatur *Occidens Unum pro alio.*

SUMMARIUM.

Partes integrales undè sic appellentur: num. 1.

Ex Partium Cognitione faciliùs habetur cognitio totiùs. nu. 2.

Ordo Compositorius quisnam dicatur. num. 3.

Jus, & norma loquendi penes quem sit. num. 4.

Communis loquendi usus an præferatur propriæ verborum significationi. num. 5. *quotuplex sit num.* 6.

Significatio Figurativa an comprehendatur sub communi loquendi usu. num. 7.

Significatio Verborum an distinguatur ab Interpretatione illorum. num. 8.

Unicum Verbum an plures, easque omnes proprias habeat significationes: num. 9. *etiamsi una earum sit lata, & alia stricta: num.* 10.

An inter latam, & strictam significationem detur quædam media. num. 11.

Activa, & Passiva significatio, seù activè, & passivè significare quid sint. num. 12.

Significatio, suppositio, & Acceptio, an sint tria synonima. num. 13.

Una vox, ut ad plura quandoque refertur, ità etiam plura significat. ibid.

Eadem vox plura significans ab uno juxtà unum sensum dici, ab alio juxtà alium sensum accipi potest. num. 14.

Quæ à Scriptoribus dextere ponuntur, à lectoribus sæpe sinistre accipiuntur. num. 15.

Significatio respicit rem, quam significat, suppositio personam loquentem, aut Scribentem, Acceptio autem Personam audientem, aut legentem. 16.

Significatio an latius pateat, quam suppositio, & Acceptio. num. 17.

Vox Spado *quid significet; quo in sensu ponatur in* l. 39. ff. de jur. dot. *& qua accipiatur à* Glossa, *& aliis. num.* 18.

Occidens unum pro alio, *an hic latè, vel strictè sumatur: num.* 19.

Qui totum dicit, nihil excludit. num. 20.

Indefinita locutio in dubio regulariter æquipollet universali. num. 21.

Indefinita Oratio quænam sit. ibid.

Fundi pars an Fundus non malè dici possit. num. 22.

PRæMITTO primo, quod, cum Partes componant, ac inte-
1. grent suum totum, cujus sunt partes, ideoque integrales appellentur, ut habetur ex *Bart. in l. si Mater, §. si quis iter, ff. de except. rei judic.* prout sunt Parietes respectu domus, *l. cum qui ædes, ff. de usucap. & usuf.* cumque propterea ex partium cognitione faciliùs habeatur cognitio totiùs,
2. quod ex dictis partibus constat, ut ex *D. Bonavent. lib. 2. sent. dist. 39. qu. 2.* tradit *Novarin. Axiomat. lib. 2. Axiom.* 482. *&* 491. idcircò, postquam superiùs dictum fuit, quid singula verba, ex quibus propositæ quæstionis titulus coalescit, hic significare videantur, nunc à partibus juxtà compositorium ordinem ad totum deveniendo, iisque omnibus
3. in unum coactis, ac simul inspectis, statuendum videtur, quid omninò sub verbis istis *Occidens unum pro alio* hic à nobis intelligatur.

Præmitto secundo, quod, quamvis superiùs, ut videre est *cap. 5. & 6.* dictum fuerit, qualis animus, & quale factum strictè, ac propriè, nec non primariò, seù principalitèr loquendo requiratur, ut quis dici possit *Occidens unum pro*
4. *alio*, nihilominùs, tum quià communis loquendi usus, penes quem Jus, & norma lo- 5.
quendi est, aliquando propriè verborum significationi præfertur, ut ex *l. librorum, §. quod tamen, ff. de legat. 3.* & ex aliis ejusmodi textibus benè inter alios infert *Steph. de Federic. de interpret. leg. part. 3. num. 63.* & *Pereyra in Elucidario, num.* 1719. & prædictus loquendi usus ab eod. *Federic. ibid. n.* 65. duplex esse dicitur, unus Pe- 6.
ritorum, alter autem Imperitorum, ac vulgarium hominum, insuperque sub ipso loquendi communi usu non- 7.
nulli figurativam quoque significationem comprehendunt, cum & ipsa communis sit, ac proindè non malè appellari possit usitata, prout cum *Gloss. in l. labeo, V. ex communi usu, ff. de suppell. leg.* expresse docet *Fenzon. in Statut. Urbis cap. 197. num. 26.* licet alij, ut videre est apud *Gabriel. conclus. 1. num. 3. de verbor. signif.* cum orationis sensus dilatatur, vel restringitur, aut impropriatur, 8.
non verborum significationem, sed Interpretationem appellent: tum quià nonnunquam unum verbum plures, 9.
easque omnes proprias habere significationes dicitur ab *Alderan. Mascard. de statutor. Interpretat. conclus. 4. num.* 208. etiamsi earum significationum

nium una sit lata, & alia stricta, ut post *Bartol. Arctin. Dec. &* *alios* dixit *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 3. num. 6.* ac
10. novissimè *Jacob. Caim. ad rubric. ff. de legat. 1. q. 3. num. 89. & 93.* ubi propterea inter latam, & strictam significationem non inepte aliam, quasi mediam agnoscit, pro qua secum plures adducit. Immò
11. nec desunt, qui non modo Activam, sed etiam Passivam significationem invexerunt, dum dicunt, quod Verba
12. significant activè, res passivè, hoc est, quod verba significant, res verò significantur, ut videre est apud *Rebuff. in rubric. ff. de verbor. signif. vers. Tertia Pars glossæ*, proindè, ut clariùs procedamus, videndum est, quo in sensu *Occidens unum pro alio* hic accipiatur.

Premitto tertiò, quod significatio, Suppositio, & Acceptio, licet tria synonima videantur, & passim in unum coincidere dicantur; attamen
13. inter se aliquo modo differunt. Una enim, eademque vox, ut ad multa, & varia quandoque refertur, ità etiam quandoque multa, & varia significat, ut jam vidimus, & patet ex *cap. ab Excommunicato, de rescript. & cap. Quoniam Abbas, de Offic. delegat.* & benè advertit *Navarr. de Eleemosyna, in cap. quiescamus 42. distinct.* ideoque plures, ac diversos sensus habere potest: sicuti 14.
autem aliquando juxtà unum, aliquando juxtà alium sensum à loquente, vel scribente ponitur, sic etiam aliquando juxtà alium sensum ab audiente, vel legente accipitur, adeò ut interdum non male Doctores 15.
conquerantur, quod, quæ ab ipsis dextere posita fuerunt, à lectoribus sinistre accepta fuerint, hincque fit, ut Signi- 16.
ficatio res omnes, quas designat, & pro quibus stat, vel stare potest, respicere videatur; Suppositio eum, qui loquitur, aut scribit; Acceptio verò eum, qui audit, aut legit; quià tamen significatio tàm à loquente, ac audiente, quàm à scribente, ac legente præscindit, idcircò latiùs pa- 17.
tere dicitur, quam Suppositio, & Acceptio, quamvis uniùs, ejusdemque vocis plures etiam, ac diversæ tum Suppositiones, tum Acceptiones esse possint, ideòque una pariter suppositio ab alia, itemque una Acceptio ab alia distingui debeat; provt hæc omnia clarissimè distinxit, ac disertissimè docuit, nec non pluribus exemplis ex ipso tum Canonico, tum Civili Jure desumptis mirabiliter illustravit *Caramuel, Logica Moralis*

lib.

lib. 2. cap. 1. art. 5. sect. 1. pag. mihi 39. & sequentib. præcipuè verò ex *l. si serva servo 39. §. si spadoni, ff. de Jur. dot.* ubi proindè quæritur *primo*, quid Vox
18. *Spado* significet. 2. quo sensu Vulpianus, ex quo lex illa desumpta est, vocem prædictam posuerit, ac scripserit. 3. quo illam Justinianus, ac ejus Administri acceperint. 4. quo illam Glossæ author, & alii etiam acceperint. Quibus stantibus, cum prædicta verba simul unita *Occidens unum pro alio*, plures, ac diversas, cum significationes, tum suppositiones, & acceptiones habere possint, hic firmandum puto, quomodo hic illa intelligi debeant, quamvis eadem alibi ab aliis aliter intelligantur.
19. Dico, quod, sicuti *Occidens unum pro alio*, si universè sumatur, simul amplectitur non modo illum, qui prorsè, ac propriè, nec non primariò, seu principalitèr talis est; verum etiam illum, qui largè, ac impropriè, nec non secundariò, seu minùs principalitèr talis est; sic etiam ubi universim agitur, prout hic *de occidente unum pro alio*, non modo uno, sed altero quoque modo pro subiectæ materiæ varietate
20. accipitur; qui enim totum dicit, nihil excludit, prout est tritum Axioma, de quo *in l. Julianus, ff. de legat. 1.* & apud *Novarin. Axiomat. lib. 12 axiom. 1960.* & regularitèr indefinita 21.
locutio in dubio æquipollet universali, ut patet ex *Can. si non licet, §. neque enim 23. qu. 5.* & ibi *gloss. in V. exceptus, ubi in fin. ait, Verbum indefinitè prolatum generalitèr intelligendum est. Bartol. in summario l. qui ædificium 21. ff. de servit. urbanor. prædior. Menoch. cons. 67. à num. 154. & cons. 173. num. 16. cum sequentib. Sebast. Medic. de regul. Jur. Præfat. num. 29. & seq.* ubi indefinita Oratio dicitur, quæ non est distincta, sed generalitèr dicta. *Tusch. tom. 4. lit. I. concl. 86. & sequentib. Maranta in Medulla Decreti, tit. I. V. Indefinita. Barbos. Axiom. 123. num. 1.*

Colligo, quod hic sub nomine *Occidentis unum pro alio* comprehenditur non solum, qui efficacitèr volens Occidere unum, non volens effectivè occidit alium; verum etiam, qui ad prædictam, vel aliam non absimilem occisionem unius hominis loco alterius aliqua ex parte proximè cooperatur, vel aliquo modo concurrit, nam fundi quoque pars non malè dicitur fundus, *l. plane, §. fin. ff. de* 22.
legat. 1. Balzaran. de feud. tit. 8. ad §. hoc quoque num. 6.

DIS-

DISPUTATIO SECUNDA.

UNDE FIAT, QUOD QUIS *OCCIDAT UNUM PRO ALIO.*

CAPUT PRIMUM.

An, & quomodo ex voluntate *occidendi unum*, fiat, ut *occidatur alius pro illo.*

SUMMARIUM.

Occidere præter Intentionem, *&* occidere unum pro alio, *an inter se differant, ut genus, & species. num.* 1.

A specie ad genus affirmativè argumentari an liceat. nu. 2.

Causa ejus, quod præter intentionem fit, quotuplex sit. num. 3.

Causa occidendi unum pro alio *alia intrinseca, alia extrinseca ipsi occidenti. n.* 4.

Consentiens in actum censetur etiam consentire in prævisa consecutura ex eo. num. 5.

Qui Occasionem damni præstat, an damnum fecisse videatur. num. 6. *&* 11.

Voluntas occidendi unum *etiam cum electione medii ad id apti, non est verè causa* occidendi alium *indè re ipsa occisi. num.* 7.

Instrumentum adhibitum ad Occisionem unius tantum an sit etiam verè instrumentum ad occisionem alterius. num. 8.

Causa remota, & mediata quomodo attendatur, & appelletur. num. 9.

Occasio an sit inefficacior, quam causa. num. 10.

Dictum illud, Causa causæ est causa causati, *an verè sit verum. num.* 12.

Verbum Videtur, *an Veritatem, vel fictionem notet. n.* 13.

Causa *interdum pro* Occasione, *&* Occasio *pro* causa *ponitur. num.* 14.

Quandonam Causa, *&* Occasio non impares judicentur. num. 15.

***

PRÆ-



RÆMITTO primo, quod, cũ *occidere unum pro alio* minùs latè pateat, quam *occidere præter Intentionem*, ut superiùs innuimus, itavt *occidere præter intentionem*
1. dici quodammodò possit genus; *occidere* autem *unum pro alio* species sub prædicto genere contenta, cumque à spe-
2. cie ad genus affirmativè argumentari liceat, ut patet ex *Steph. de Federicis, de Interpret. leg. part. 1. num. 21. Everard. in Topic. legal. loco à specie ad genus, num. 2, & Barbos. loc. 104. num. 1.* Proindè hic etiam, quę *de occidente præter intentionem* dici possunt, eadem quoque *de occidente unum pro alio* dici poterunt, ideòque.
3. Præmitto secundo, quod, cum causa ejus, quod fit præter facientis intentionem, sit vel in faciente ipso, vel extra ipsum, & consequentèr sit vel ipsimet intrinseca, vel eidem ipsi extrinseca, ut clarè docuit *Vultejus Jurisprud. Roman. lib. 1. cap. 7. vers. Præter voluntatem*, nec non *Hahnius ad Uvesembec. in tit. ff. deposit. num. 14.*
4. idcircò etiam causa *occidendi unum pro alio* dici potest vel ipsimet occidenti intrinseca, vel eidem extrinseca, de quibus propterea hic agendum est, ac in primis de intrinsecis, inter quas, ut occidentis voluntas primum obtinet locum, sic ab ipsa initium sumi debet.

Præmitto tertio, quod, cum voluntas ejus, qui *occidit unum pro alio*, voluerit factum illud, quo posteà *unus pro alio occisus* fuit, idcircò eadem voluntas simul etiam voluisse videtur occisionem prædictam, quæ ex prædicto facto nata est. Qui enim spontè admisit actum aliquem, censetur etiam consensisse in ea 5.
omnia, quæ ex actu illo consecutura prævidere poterat; ut apertè dixit *Pufendorf. Elementor. Jurisprud. universal. lib. 2. axiom. 1, §. 7.* Immò in *l. qui occidit, 30. §. ult. ff. ad l. Aquil.* expressè dicitur, *qui occasionem* 6.
damni præstat, damnum fecisse videtur. Attamen

Dico, quod, cum in *Occidente unum pro alio* voluntas occidendi *unum*, & conse- 7.
quentèr electio facti ad prædictum finem idonei non sit verè, ac propriè causa occidendi *alium*, qui prædicto facto occiditur, idcircò verè, ac propriè ex voluntate occi-

dendi

dendi *unum* non fit, quod quis occidat *alium*; ratio autem conclusionis est, quià *Occidens*
8. *unum pro alio* non eligit nec utitur tali facto, tamquam medio, vel instrumeneo ad occidendum illum, quem tamen tunc non occidit: undè voluntas *occidendi unum* tali medio, vel instrumento non est tunc vera, & propria causa *occidendi alium*, licet is alius tunc verè tali medio, quamvis non ad talem finem, & effectum adhibito occidatur, sed omninò præter ipsiùs occidentis intentionem, ut supponitur; fuisset autem vera, & propria causa occisionis, si tunc occisus verè fuisset, quem prædictus occisor prædicto facto, tamquam instrumento ad id apto, & electo, occidere volebat. Cum ergo voluntas *occidentis unum pro alio* non utatur tali facto pro instrumento ad eum occidendum, quem tunc per accidens, & non volens occidit, proindè dici nequit causa, & multò minùs causa proxima, & immediata prædictæ occisionis; sed potiùs occasionis appellatione venire, ac intelligi debet, provt etiam causa remo-
9. ta, & mediata vel non attenditur, vel non nisi occasionis nomen consequitur tàm apud Juristas, quàm apud Theologos; quæ omnia fusiùs explicata, pluriumque Doctorum authoritatibus confirmata videri possunt apud *Baldum conf.* 136.*lib.*2.*Tiraquel. in tract. cessante causa*, *limit.* 2. *num.* 1. *& seq.* ac novissimè *Gabr. Alvarez de Velasco in Judice perfecto*, *rubric.* 14. *annotat.* 5. *à n.* 5. *ad* 13. ubi etiam *num.*8. benè idcircò infert, quod occasio 10.
longè inefficacior est, quam causa, ad quod affert *text. in cap. solitæ*, *de majorit. & obedient.*

Colligo, quod, quamvis aliqui, ut videre est apud *Velasc. loc. cit.* Paulum Jurisconsultum incusent, eo quod in *d. l. qui occidit*, 30. §. *ult. ff. ad l. Aquil.* dixerit, *Qui occasionem*, *&c.* cum juxtà illorum opinionem dicere debuisset, *Qui causam damni præstat*, 11.
damnum fecisse videtur, nec etiam desint, qui dicant dictū illud, *Causa causæ est causa* 12.
causati, inspecta veritate, non esse verum, sed solum, inspecta Juris Interpretatione, ut videre est apud *Cepol. conf. crimin.* 2. *num.* 16. ubi alios ad id refert, & simul indè infert, quod in statutis, in quibus verba propriè, ac strictè intelligi debent, dictum illud non procederet; nihilominùs Pau-

lum prædictum non malè locutum fuisse putant alii, tum
13. quià Verbum, *Videtur*, quo Paulus *in d. l. qui occidit* usus est, interdum non veritatem rigorosè sumptam, sed assimilationem quandam, nec non fictionem quoque denotat, ut patet ex *Rebuf. in l. Ostentum 38. vers. Interdum notat, ff. de*
14. *verbor. signif.* tum quià, sicuti aliquando causa pro occasione, sic etiam aliquando occasio pro causa ponitur, ut tradit idem *Rebuf. in l. rei appellatione 23. vers. Interdum etiam, ff. eod.* tum denique, quià, cum quæstio est de damno dato causa alicujus, provt de tali damno agitur in *d. l. qui*
15. *occidit*, tunc causa proxima, & remota, seù Causa, & Occasio ex Juris Interpretatione non impares, nec ad imparia judicantur, ut cum multis aliis rectè monuit *Tiraquel. d. limit. 20. num.* 12. & clariùs ex dicendis apparebit.



CAPUT SECUNDUM.

An ex dolo volentis occidere *unum*, sed actu occidentis *alium*, dolosa etiam evadat actualis occisio prædicta.

SUMMARIUM.

Doli *nomen varii variè deducunt, nimirum à* Dolando. *num.* 1. *à* Delendo. *num.* 2. à Dolone, *num.* 3. à Dolendo, *num.* 4. *à verbo Græco* Delo. *num.* 5. *ab alio Græco verbo* Deo. *num.* 6. *optimè à Græco* Dolos. *num.* 7.

Dolus est nomen Homonymum, seù medium, quod in bonam, & malam partem accipitur. num. 8. *provt etiam* Venenum. *num.* 9. Medicamentum. *ibid.* Pharmacum. *num.* 10. Ingenium. *num.* 11. Cura, & Solicitudo. *nu.* 12. Astutia. *num.* 13. Zelus. *num.* 14. Prudentia. *num.* 15. Libido. *num.* 16. Odium. *num.* 17. Simulatio, Machinatio, Deceptio. *num.* 18. Fraus. *num.* 19. Stratagemata. *num.* 20. Vindicta. *num.* 21. Fallacia. *num.* 22. Malitia, Fortuna, Sors. *num.* 23.

Dolus solitariè sumptus absque epithetis bonus, seù malus quid

tur tantum dolus in contractibus. num. 88.

Actio bona, & actio mala quid sint. nu. 89. quid ad eas constituendas requiratur, vel sufficiat. num. 90.

Dolus vel strictè, at rigorosè, vel juxtà communem usum sumi potest, & quid utroque modo sit. num. 91.

Lædendi verbum hic accipitur, prout sub se continet omne genus offensionis, idest tàm mali quod alteri quomodocumque infertur, quàm boni, quod alteri quomodocumque aufertur. num. 92.

Finis proprius, ac proximus doli est velle alteri aliquo modo malum aliquod inferre. n. 93.

Dolus bonus quid sit, & ejus exempla. nu. 94. sanctè usurpari, & sanctus dolus dici potest. num. 98.

Dolus Malus, qui passim doli nomine vocatur, est intentio illicitè lædendi alium invitum. num. 95. & 103. appellatur etiam Maleficium, Delictum, crimen, & fons omnium criminum. num. 96.

Dolus, non exitus Maleficium constituit, nec delictum absque dolo datur. num. 97.

Damnum alteri, sed non iniuria, jure inferri potest. num. 98.

Dolus an esse possit sine iniuria, & an fieri possit scienti, & consentienti. num. 99. & 103. quid autem si consentiens consentire non poterat. nu. 100. an dolus latius pateat, quam iniuria. num. 101.

Iniuria strictè, ac propriè sumpta quid sit, & undè dicatur. nu. 102. latè sumpta quid significet. num. 103.

Dolus non semper est contrà Justitiam strictè sumptam, nec semper æque malus, sed aliquando minor, aliquando major pro diversitate personarum, obiectorum, & circumstantiarum. num. 104.

Ex dolo volentis occidere unum, sed actu occidentis alium, dolosa non evadit actualis occisio prædicta. num. 106.

Dolus, qui est hic, & nunc in voluntate occidendi Paulum tantum, esse nequit hic, & nunc in eadem occidendi Petrum. num. 107.

Servum suum pugno percutere volens, & alium offendens non tenetur actione iniuriarum. num. 108.

Qui occiditur pro alio, an occidatur ex præcedenti, & perseveranti dolo occidendi aliū. num. 109. quid, si occidens Petrum, quem putabat Paulum, intenderet tunc occidere aliquem hominem in genere sibi obvium, vel occidere præcisè illum, quem videbat,

qui-

quicumque ille deindè foret. num. 113.

Occisio non voluntaria non potest esse dolosa. num. 110.

Qui voluit occidere Petrum, & Paulum, sed actu occidit Petrum pro Paulo, & Paulum pro Petro, an dolosè occiderit utrumque; vel neutrum. num. 111.

Ignorantia concomitans in agente an faciat actum involuntarium, vel non voluntarium. num. 112. *volens occidere unum Clericum, & per errorem actu occidens alium Clericum an incurrat excommunicationem.* ibidem.

Occidens Petrum pro Paulo, an, si tunc occisurus esset ipsummet Petrum, si tunc eum, quem occidebat, cognovisset esse Petrum; dolosè Petrum tunc occidat. num. 114. & 118.

Voluntarii definitio. num. 115.

Quod agens ignorat, id ipsi agenti voluntarium esse nequit. num. 116. *maximè si actionis suæ obiectum ignoret.* num. 117.

Voluntas occidendi Petrum, si cognovero talem hominem esse Petrum, est voluntas conditionata. num. 119.

Conditio actum suspendit, donec conditio impleatur. num. 120.

✠)(✠

PRÆMITTO primo,
quod sicuti *doli* no- 1.
men varie à variis
deducitur, aliqui enim *Dolum*
à *Dolando* dictum putant,
cum dolare sit minuere, ac
proindè lædere; dolus autem
dolo captum quasi minuat,
ac aliquo modo lædat: Alii 2.
à *Delendo*, cum veritatem
quodammodò deleat, qui
dolo decipit: nonnulli à *Dolo-* 3.
ne, cum in Dolone (qui est
virga lignea ferreum intra se
gladium abscondens) dolus
ipse latere videatur: quidam
à *Dolendo*, cum dolus ibi sit, 4.
ubi aliquid fit, quod legi doleat:
plures à Græco verbo
Delo, quod est *Allicio*, ac ve- 5.
luti esca quadam capio, cum,
qui dolo decipiuntur, dolo
capti dicantur: multi ab alio
Græco verbo *Deo*, latine ligo, 6.
cum dolo decepti multis sæpè
ligentur obligationibus, a
quibus liberi essent, si dolus
abfuisset: plurimi denique,
ac optimè à Græco nomine
Dolos, quod læsionem secun- 7.
dum aliquos, seù deceptionem
significat, Dolum deductum
docent, prout hæc omnia
videri possunt apud *Rebuf.*
ad l. 69. vers. Notandum est, in
fin. ff. de verbor. signif. Vultei. de
Judiciis, lib. 1. cap. 7. nu. 599.
Bargal. de dolo, lib. 1. cap. 1. nu.
16.

16. & seqq. Cartagen. in exposit. titulor. Jur. Canon. lib. 2. tit. 14. vers. Secunda observatio, & novissimè apud Matthiam Martinium in Lexico Philologico, in Verb. Dolus, ubi alios etiam Ethimologicos doli
8. fontes affert; sic etiam doli significatio, vel acceptio varie à variis distinguitur: aliquan-
9. do enim prout Venenum, ex l. qui Venenum 236. ff. de verbor. signific. Medicamentum ex Catalan. de Indultu, cap. 27. nu. 3. & seq. ubi propterea infert, quod medicamenta sunt Ve-
10. nena. Pharmacum ex Caramuel. Logic. Moral. lib. 1. cap. 3.
11. sect. 4. vers. Sic etiam venenum. Ingenium ex Azon. in sum. rubr. de dolo malo, num. 3. vers. Nam
12. & Ingenium. Cura, Solicitudo, & Astutia ex Nid. in Regul.
13. Jur. Canon. Regul. 24. num. 4.
14. Zelus ex gloss. in cap. 11. de Offic. Custod. in V. neque. Fides, ex Gulielmo Marano varior. tractat. lib. 3. ad l. 31. Bona fides, ff.
15. depositi, versic. Ait lex. Bona
16. fides, Prudentia ex Dandin. Ethicæ sacræ lib. 7. cap. 2. vers. sed adnotavit. Libido ex Martin. Anton. Del rio ad l. contra-
17. ctus, 23. ff. de divers. regul. jur. cap. 1. num. 1. Odium ex Bargal.
18. de Dolo lib. 1. cap. 2. num. 12. Simulatio, Dissimulatio, Machinatio, Deceptio ex Comitol. de contract. univers. part. 2. cap. 7. num. 4. Gulich. de simulat. & dissimul. cap. 2. Fraus ex Decian. 19.
tractat. criminal. lib. 1. cap. 5. nu. 14. & seq. Insidiæ, Strata- 20.
gemata ex Velasc. de Judic. perfect. rubric. 14. annotat. 4. n. 10. & 44. Vindicta ex Laurentii 21.
decis. Avenionen. 89. nu. 2. Fallacia ex Federic. Scot. cons. 8. 22.
num. 5. lib. 3. tom. 1. Malitia ex Vultejo de Judiciis, lib. 2. cap. 23.
7. num. 599. Fortuna, & Sors ex Mancin. in Dialogis de Antecess. Jur. vel art. num. 7. pluraque similia modo in bonam, modo in malam partem accipiuntur, ideoque media quodammodò verba, & Homonima vocantur, juxtà Uvesembec. ad tit. ff. de Dolo, nu. 4. in fin. & Maran. loc. cit. ità quoque dolus modo bonus, modo malus appellatur, ut patet ex l. 1. §. non fuit, ex gloss. ibi, V. etiam, ff. de Dolo, & passim ex Doctoribus, quos citat, ac sequitur Bargal. dict. lib. 1. cap. 3. n. 2. & seq. Farinac. in Prax. Criminal. qu. 88. nu. 26. Undè Dolus per epitheta prædicta Bonus, vel Malus re- 24.
stringitur, si hæc illi adiiciantur; Si verò Dolus Solitarie ponatur, tunc etiam modo in bonam, modo in malam partem accipi potest ex Caram. ibid. vers. Etiam dolus; nam licet

licet in malam passim partem
hodie usurpetur, *Gonzalez in*
3. Decretal. tit. 15. cap. unic. nu.
4. vers. Dolus ergo malus in casu
tamen dubio, non de malo,
sed de bono dolo intelligen-
dus esset, ut consulvit *Grat.*
cons. 36. num. 1. & docuit *Ca-*
talan. de Indultu, cap. 37. nu. 8.
Aliquando etiam dolus acci-
pitur, prout est formaliter in
animo, ac voluntate, ideoque
in corde tantum se tenet,
25. quem mentalem, seu affecti-
vum; vel dolum consilii tan-
tum vocant, ex *Connan. Jur.*
Civil. lib. 7. cap. 4. num. 7. Mayner. in l. semper in dubiis, num. 5.
ff. de regul. jur. Sicard. in l. postea quam, num. 3. C. de pactis: Matth. Sanz. de re Criminal. controvers. 29. num. 26. aliquando autem dolus dicitur dictum, vel factum ipsum dolosum, quod nimirum ex dolo animi, & consilii provenit, & cum eo conjunctum est, quo
26. in sensu dolus cordis appellatur, qui in corde tantum residet, dolus sermonis, qui, nedum in corde, sed etiam in verbis inest; dolus autem operis, qui non modo in corde, verum etiam in opere, seu facto ipso consistit, tunc enim simul esse videtur dolus, & mentis, seu consilii, & eventus, seu operis; cumque tunc
dolus tum affectivus, tum
effectivus sit, & in ea Consi- 27.
lium cum eventu conjunga-
tur, proindè tunc dolus & con-
silii, & eventus appellatur *à*
Vultejo de judiciis lib. 2. cap. 7.
num. 623. Immò præter dolum
consilii solius, ac dolum consi-
lii cum eventu conjuncti, de
quibus jam dixi, alius etiam
dolus quidam à multis asseri-
tur, quem Dolum Reipsa, vel
Reapse, nec non dolum even- 28.
tu, seu per accidens, aut so-
lummodò effectivum, & ma-
terialiter tantum dolum esse
dicunt, qui nimirum ex enor-
mi læsione in contractu pro-
cedit, etiamsi aliquando læsio
prædicta vere ex ullo consilii
dolo (qui etiam dolus ex pro-
posito passim vocari solet) 29.
non proveniat, ut patet ex
Erard. Uvejgel. in Synopsi Ju-
risprud. Struvianæ lib. 4. tit. 3.
de dolo malo, §. 2. vers. vel ex
ipsa re. Alderis. de Symbolic.
contractib. tit. 1. cap. 14. n. 44. ubi
prædictum dolum ex re ipsa
nuncupatum, quando est ex
læsione sine dolo ex proposito
(dolum enim ex proposito 30.
sine alterius læsione, & vicis-
sim læsionem sine dolo prædi-
cto dari manifeste conclu-
dunt Jurisconsulti non pauci,
quos citat, ac sequitur *Fenzon.*
ad Statut. Roman. pag. mihi 388.
&

81. (*& seqq.*) non esse simplicitèr, formalitèr, propriè, ac verè dolum asserit; licet dolus
82. communitèr vocetur, eo quod talis læsio plerumque cum prædicto Consilii dolo simul esse soleat, ideoque prædicti doli quodammodo partus, vel effectus præsumatur, adeout *Curt. Jun. cons.* 141. *num.* 16. asseruerit hanc esse communem sententiam, & *Abbas,*
33. *cons.* 81. *num.* 49. dixerit, probata enormissima læsione, dolum ex proposito probatum censeri; tunc enim ejusmodi læsio metonymice, causa nimirum pro effectu posita, dolus re ipsa dici consuevit, *Lopez Madera animadversion. jur. civil. cap.* 17. *num.* 9. prout
34. similitèr culpæ damnum culpam vocamus, dum culpam præstari dicimus, licet verè non culpa ipsa, sed culpæ damnum præstetur, *Donel. de jur. civ. lib.* 16. *cap.* 7. *& Hilliger. in Notatis ad eundem ibid. lit. S.* ubi ait, quod præstare culpam, est ad culpæ damnum teneri, & pro culpa stare, pariterque factum aliquod non
35. male justum vocatur, quamvis illud justè factum non fuerit, quandò scilicet factum ipsum materialiter quidem cum Juris norma congruit, sed facientis intentio nequa-
quam fuit, ut factum illud cum dicta Juris forma congrueret; ad quod egregiè faciunt tum ea, quæ doctissimè tradit *Pufendorf. Elementor. Jurisprud. universal. lib.* 1. *definition.* 16. §. 1. *& seq.* nec non *Possidon. de empt. & vendit. lib.* 1. *dub.* 12. *num.* 43. ubi expressè docet, quod aliud est 36.
facere aliquid dolosum, seu aliquid continens in se dolum; qui tunc dicitur dolus in re ipsa, ut distinguatur à dolo in corde, aliud autem est facere aliquid dolosè, seu cum dolo in corde, nimirum ex proposito; tum etiam ea, quæ habentur *ex cap. Homines, & cap. Is autem* 22. *quæst.* 2. *& Gloss. ibi*; nec non ex *cap. cum contingat, de jure juran.* ubi aliud 37.
est dicere falsum, aliud autem dicere Mendacium, seu Mentiri; is enim dicit falsum, & non mendacium, qui affirmat talem rem esse veram, quæ tamen re ipsa falsa est, licet ipse credat eam esse veram, vel è contrario; is autem dicit mendacium, seu mentitur, & non dicit falsum, qui affirmat talem rem esse veram, prout re ipsa vera est, licet ipse credat eam esse falsam, vel è contrario: mentitur enim quis, seu mendacium dicit, dum contrà dictamen mentis

suæ falsum dicit; non menti-
tur autem, nec mendacium
dicit, qui dictamen suum se-
38. cutus falsum asserit: mentitur
verò, simulque falsum dicit,
qui aliquid falsum esse credit;
prout reipsa falsum illud est,
& nihilominùs illud ipsum,
tamquam verum affirmat, vel
è contrario, ut optimè tradit
Caram. Theolog. Regular. tom. 2.
epistol. 38. num. 3885. undè mi-
rum non est, quod aliqui sine
mendacio falsum dicant, mul-
tique, ubi maximè vera di-
cunt, mentiuntur, prout rectè
infert ipsemet *Caram. de non*
certitudine in Proem. artic. 1.
39. *num. 2. in fin.* falsitas enim op-
ponitur veritati; mendacium
verò, seù, ut aliqui dicunt,
mentitio, idest actus men-
tiendi opponitur veracitati,
Grasset. Anatom. necis prodit.
40. *§. 16. num. 29.* & hæc valdè
differt ab illa: mentior nam-
que dicitur à mente, undè
mentiri est contrà mentem
suam ire, *Connan. de jur. civil.*
lib. 1. cap. 3. num. 1. quod fit,
dum quis affirmat id verum
esse, quod ipsemet affirmans
credit esse falsum, vel è con-
trario. An autem ad menda-
41. cium, seù ad mentiendum
semper requiratur in mentien-
te, seù in mendacium dicen-
te voluntas, seù intentio fal-
lendi, vel decipiendi alium,
& quænam intentio, vel præ-
notiò deceptionis indè in al-
tero causabilis, seù contingi-
bilis, & sic aliquo modo vo-
litæ ad id sufficiat, videri pos-
sunt Doctores *in cap. Beatus,*
§. ille, & cap. is autem in prin-
cip. 22. quæst. 2. Bargal. de dolo,
lib. 5. cap. 12. num. 14. & 15.
Fagnan. in cap. Falsidicus, num.
84. de crimine falsi, nec non
Pufendorf. Elementor. Juris-
prud. universal. lib. 2. observat.
4. §. 24. & 35. ubi fundamen- 42.
tum veritatis moralis, seù ve-
racitatis in eo consistere di-
cit, ut signa (sivè sint verba,
sivè facta) commodè animi
nostri conceptus repræsentent
alteri, cui eos intelligendi Jus,
nobis eidem illos aperiendi
obligatio perfecta, aut imper-
fecta est. Certè linguam ream 43.
non nisi mens rea facit, ut ex
D. Augustino dicitur in *cap. 3.*
in fin. 22. quæst. 2. nec non
mendacium requiritur, ut in-
dè alter de facto verè deci-
piatur. Hinc *Fagnan. ibid.* non
male infert, quod mendacia, 44.
si nō habent, quem decipiant,
ipsa sibi mentiuntur, prout ait
Psalmista, Mentita est iniquitas
sibi, cum verè dicta fallacia
tunc fit in sic fallente, licèt
verè alius indè non fallatur.
An verò detur medium ali- 45.
quod

quod inter mentiri, & non
mentiri, & quodnam illud sit,
tradit *Arriaga de actib. human.*
disp. 22. *sect.* 4. *num.* 20. *& seq.*
Pro uno autem, ac eodem
superiùs accepi tùm menti-
ri, tùm mendacium dicere;
quià, licèt ea inter se distare
plures asseruerint, apud quos
mendacium dicere est falli, ac
proindè verum asserere, quod
à parte rei falsum est, vel è
47. contrario. Menda enim, seù
mendum, à quo mendacium
dicitur, idem significat, quod
error, seù erratum, mentiri
verò est fallere, atque id ve-
rum asserere, quod asserens
ipse scit esse falsum, vel è con-
trario, ut videre est apud *Gal-*
ganet. de differ. individuor. lit.
M. num. 18. nec desint, qui pu-
tent aliud esse mendacium
dicere, aliud verò mendacem
48. esse, ut patet ex *Ripa de noctur.*
temp. cap. 16. *num.* 34. ubi men-
dax accipitur pro mentiente,
mendacium autem pro falso,
seu re falsa, ideòque contraria
veritati, non autem veracitati;
nihilominùs apud Jurisconsul-
tos passim, ut videre est apud
Corneum cons. 324. *vers. Qui au-*
tem per errorem, *lib.* 3. ubi asse-
rit, quod non dicitur mendax,
seu mendacium dicere, qui pu-
tat se verum dicere, *Bargal. de*
dolo lib. 5. *cap.* 12. *num.* 25. ubi
concludit, quod mentiri, ac
mendacium dicere in jure
confunduntur, nec non apud
Cucchum de mentiente circà pos-
sessionem num. 86. mentiri, ac
mendacium dicere (loquen- 49.
do tamen de mendacio mali-
gnitatis, non autem de men-
dacio Jocositatis, aut officiosi-
tatis, prout ipse loquitur) Sy-
nonyma esse videntur, maxi-
mè autem apud eos, qui se 50.
subtilissimis apicibus hono-
rem tueri, & monomachiæ
præcepta tradere profitentur.

Præmitto secundo, quod,
licèt omnis dolus ex propo- 51.
sito, qui solus absolutè, pro-
prieque dolus dicitur, *Vultei.*
de Judiciis, lib. 2. *cap.* 7. *nu.* 611.
non male dici possit verus,
cum verè ejus malitia insit 52.
animo decipientis, *Rebuf. in l.*
latæ culpæ 223. *vers. Dolus verò*
malus, de verbor. signif. nec non 53.
dici possit præsumptus, cum
in animo solo consistat, & la-
teat in corde, *Mattheu. &*
Sanz. de Re criminali, contro-
vers. 29. *num.* 25. quod soli Deo
cognitum est, undè solus 54.
Deus cordium, & secretorum
omnium cognitor, & Judex
appellatur *in cap. Erubescant*
dist. 32. *cum Gloss. in cap. si om-*
nia 6. *quæst.* 2. *in V. si omnia*,
prout etiam advertit *Capra in*
tractat. de Notorio, in princip.

num. 6. adeout dolus, utpotè
in tenebris abſconditus, ideo
que *à Ripa de nocturno tempore*,
55. *cap.* 156. *num.* 16. noctis filius
appellatus nunquam directo
56. probari poſſit, prout cum
multis aliis *in l. dolum*, *C. de
dolo*, docuit *Phanuc. de jur.
juran. in lit. part.* 2. *cap.* 2. *nu.* 13.
& inferiùs *diviſion.* 1. *nu.* 6. ſed
57. ex actu tantum exteriori à
nobis colligitur, ut bene dixit
inter alios *Trentacinq. variar.
reſolut. lib.* 1. *tit. de dolo*, *reſolut.* 2.
num. 6. *Hilliger ad Donel. de
Jur. Civil. lib.* 15. *cap.* 4. *lit. D.
Ayrer de homicid. part.* 2. *n.* 110.
ubi dolus dicitur eſſe intrin-
ſeca quędam paſſio, & qualitas
ſub ſenſu non cadens, & *Bocer.
in Commentar. ad l. contractus*
23. *ff. de regul. jur. cap.* 3. *nu.* 3.
& 7. quibus etiam addi poteſt
*Fernand. Vaſquius controver-
ſiar. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 2. *&* 3.
nec non *lib.* 2. *cap.* 83. *num.* 33.
ubi apertè, ac generalitèr affir-
mat probationem omnem in
58. Judiciis præſumptivè tantum
concludere, quià; ut unus
teſtis (idemque de inſtru-
mento, vel Confeſſione pro-
pria dicendum eſt) ità quo-
que duo, & tres, nec non
mille teſtes mentiri poſſunt,
immò dolus omnis dici etiam
poſſit verus, & præſumptus
ſimul, ut ex prædictis non

male infert *Bocer. ibid. d. nu.* 7.
nec deſint, qui dicant dolum 59.
verum eſſe illum, qui ex ma-
nifeſtis indiciis probatur; do-
lum verò præſumptum eſſe
illum, qui ſine probatione
facti, ſeù artificiali præſumitur
à Jure, *Quetta conſ.* 33. *num.* 2.
Alii verò doceant dolum ve-
rum tunc propriè dici, quandò
eſt commiſſum delictum de
Jure Gentium, vel de Jure
Divino prohibitum; dolum
autem præſumptum dici,
quandò commiſſum eſt deli-
ctum de Jure Civili tantum
prohibitum, *Jaſon. in l.* 1. *§.
nunciatio ſub num.* 10. *verſ. Tu
ſolve melius*, *ff. de novi oper. nun-
ciat.* quem refert *Pacian. de
probat. l.* 1. *cap.* 66. *num.* 183.
verſ. Alii verò dicunt. Nec non
alii quoque teneant cum *Ale-
xand. conſ.* 103. *num.* 13. *lib.* 1.
dolum verum conſiſtere in
faciendo, dolum autem præ-
ſumptum in omittendo, ſeu
negligendo; nihilominùs do-
lus paſſim à Doctoribus in
verum, & præſumptum diſtin-
gui ſolet, ut patet *ex Menoch.
de preſumption. lib.* 5. *præſumpt.*
3. *num.* 5. & *Bargal. d. l.* 2. *cap.*
2. *num.* 6. ubi hanc opinionem
communiorem, & veriorem
dicit, *Carbon. de reſtitut. qu.* 70.
verſ. Rurſus dolus. Quandò 60.
enim Dolus vel ex præſump-

tio-

tionibus à Jure approbatis, vel
ex aliis præsumptionibus, aut
indiciis infertur, quæ, si non
physicè, ac naturalitèr, mora-
litèr saltem dolum perspicuè,
manifestè, ac evidentèr quo-
dammodò, seù indubitantèr
concludunt, adeout omnem
in aliam partem interpreta-
tionem penitus excludant,
tunc dicitur dolus manifestus,
& verus, prout apertè tradunt
Decian. de crimin. lib. 1. cap. 4.
num. 6. Menoch. de præsumpt.
lib. 5. præsumpt. 3. nu. 44. Sebast.
Medic. de casibus fortuit. part. 1.
quæst. 10. num. 18. Hilliger. ad
Donel. lib. 15. cap. 40. lit. D. cum
61. enim ex manifestis indiciis
arguatur, proindè pro mani-
festo habetur, sicuti præsump-
ta Testatoris voluntas dicitur
manifesta, *Lel. Mancin. Genial.*
Disquisit. centur. 1. cap. 94. nu. 3.
62. cum etiam præsumptio verè
sit vera, & propria probatio,
ex eod. ibid. num. 1. nec non *de*
triplic. collat. lib. 2. cap. 171. nu.
1. & seqq. ubi egregie docet
verum, probumque id, de
quo dubitatur, aut testibus
fieri, aut Instrumentis, *cap.*
63. *forus, de verbor. signific.* sed, quià
aut lex, aut Judex, priusquam
id prædicto modo probetur,
aliquid pro verò habet, quod
præsumptum dicitur, quasi
præacceptum communi sensu
ex his, quæ plerumque intel-
liguntur, ac fiunt, proindè
leges præsumptionem ipsam
dixerunt esse probationem ve-
ram, evidentem, manifestam,
liquidam, luce clariorem,
apertissimam, indubitatam, ut
ibid. dicitur, immò dolus tunc
dicitur etiam verus, ut patet
ex Coras. Miscellan. jur. civil.
lib. 4. cap. 1. num. 2. & Tren-
tacinq. var. resolut. lib. 1. tit. de
dolo, resol. 2. in fin. quia dolus
sic probatus habetur pro ve-
rò, & verus reputatur, cum
veritas appelletur, quæ ex ta-
li probatione, seù præsumptio-
ne elicitur, *l. fin. ad fin. ff. de*
probat. prout similiter Præsum-
ptio Juris dicitur vera, & li-
quidissima probatio, *Mantic.*
decis. 21. nu. 10. Rota decis. 756.
num. 4. part. 2. in recentior. Ol-
drad. de litteris, & Mandatis
Principum, prælud. 13. nu. 28.
Rebuff. in l. 223. vers. Dolus ve-
rò malus de verbor. signific. ubi
dicit, quod si Jus præsumat
dolum esse, vel fingat aliquem
dolo facere, hæc fictio pro ve-
ritate habetur, *l. si is, qui pro* 64.
emptore, ff. de usucap. ideòque
verius dicetur dolus, alioquin
potius nominari deberet fi-
ctus, ubicumque lex fingit, 65.
pariterque sententia, quæ in
judicatum transiit, pro veri-
tate habetur, *Conrad. de Præ-*
tore.

tore, *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 7. nec non eodem modo in ocultis indicia, & conjecturæ pro plenis probationibus sumuntur, teste *Ripa de nocturno tempore*,
66. *cap.* 26. *num.* 16. ubi plures alii: & verisimilitudo falsi pro falsitate habetur, ut ex *text. in l. qui habebat*, *ff. de legat.* 3. dixit *Mattheu. & Sanz. de re Criminal. controv.* 76. *num.* 50. Quandò verò dolus ex dubiis tantum indiciis, vel ex conjecturis, aut ex præsumptionibus dolum non omninò concludentibus arguitur, tunc dolus non manifestus, & verus, sed tantum præsumptus passim appellatur, cum iste non habeat pro se illam probationis gravitatem, vehementiam, ac violentiam, quæ ad dolum pro manifesto, atque verò satis esse videatur. Undè tunc non nisi genericum præsumpti doli nomen sibi retinet, ut videre est apud *Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 66. *num.* 163. *Menoch. de præsump. lib.* 5. *præsump.* 3. *num.* 6. *Surd. decis.* 216. *num.* 4. *Farinac. quæst.* 38. *num.* 131. *Gabriel. à Sancto Vincentio de just. & jur. disput.* 8. *quæst.* 5. *num.* 61. *Bellegrand. in Method. rer. Criminal. tract.* 4. *quæst.* 18. *num.* 1. & 8. ubi propterea benè subdit, quod dolus non desinit esse verus, quamvis per indicia sola, si tamen manifestè probetur, *Molina de just. & jur. tract.* 2. *disp.* 293. *num.* 17. ubi rectè infert *num.* 20. quod dolus præsumptus, si in re sit, qualis præsumitur, erit in se verus dolus; si verò non sit in re, qua- 67.
lis præsumitur, non erit dolus, & erit falsò præsumptus: cum autem prædicta doli veritas, vel falsitas à Deo solo in se ipsa cognoscatur, standum nobis est pro ea doli veritate, vel falsitate, quæ juxtà prædicta ex indiciis, & præsumptionibus infertur. Quia verò 68.
Jus non omninò declarat, quænam sint illa perspicua indicia, per quæ dolus verus sufficienter probatur, & quænam sint illa, per quæ dolus verus non satis probatur, sed dolus tantum præsumptus infertur, idcircò Judicis arbitrio id relinquendum esse tradit *Cuman. consil.* 68. *num.* 3. *Ripa de nocturno tempore*, *cap.* 16. *num.* 17. *Reyger. in Thesaur. Jur. V. Dolus*, *nu.* 97. *per text. optimum in l.* 1. *de jure deliber. & in cap. de causis*, *de offic. delegat.* Undè illud etiam Judicium firmiùs 69.
dicitur, quod plurium sententiis confirmatur, *Cap. Prudentiam*, *de Offic. delegat.* *Lal. Mancin. Genial. Disquisition. cap.* 73. *num.* 5.

Præmitto tertio, quod,

cum

cùm ex prædictis habeamus dolum in animo consistere, nunc videndum est, quomodo ill- in animo fiat, ac subindè, d ille sit, & undè nam
70. mod onus, modo malus dici solea. Cùm ergo ad dolum constituendum voluntas omninò requiratur, nec absque illa dolus esse possit, *l. si quis testamentum, ff. ad l. Aquil. Mayner. de regul. jur. l. contractus quidam, num.* 7. cumque voluntatem præcedere debeat scientia, seù cognitio: voluntas enim in incognita non fertur, idcircò utramque, nimirum scientiam, ac voluntatem expresse ad dolum requiri docuit *Vultejus in Jurisprud. Rom. lib. 1. cap. 7. vers. huic fraus inest*, nec non *Molin. de contract. tract. 2. disp.* 293. *n.* 19. hincque *Milleus in pract. criminal. tit. quibus mod. commit. malefic. num.* 50. & *Redoan. de Simon. Mental. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 11. benè asseruerunt dolum, & bonam fidem esse passiones
71. animi, *Ayrer.* autem *de homicid. part.* 2. *num.* 110. benè dixit, quod dolus intrinseca quædam passio est, & qualitas, quæ in solo animo, ac intellectu consistit, nec non *Bocer. in l. contractus* 23. *ff. de regul. jur. cap.* 3. *num.* 3. rectè docuit, dolum non esse actum ipsum dolosum, sed esse quoddam animi adiunctum, internam scilicet agentis qualitatem, quæ actu aliquo externo colligitur, ad quod adducit *l. dolum, C. de dolo malo, l.* 8. *in princip. & l.* 10. *C. de rescind. vendit. & l. metum* 9. *C. de his, quæ vi, metusve causa*. cum quibus stat etiam *Tepat. variar. sentent. tit.* 154. *cap.* 2. *vers. Dolus*, ubi tradit dolum consistere in animi qualitate. Quamvis autem dolus verè, ac propriè loquendo nõ sit aliquid extrà ipsummet animum, nec gignatur, nisi in solo ipso animo, cui accidentaliter tantum adiungitur, cum in animo tum esse, tum non esse possit, ac soleat; nihilominùs mirum esse non debet, quod à multis tum ani- 72.
mus ipsemet dolosus, tum etiam ipsemet dolosi animi actus doli nomine appelletur; prout videre est apud *Bachou. ad Treutler. vol.* 2. *disp.* 32. *thes.* 4. *lit. C. Labion. in homicida excusato, cap.* 7. *num.* 11. *& Ant. Matthæum de criminib. in prolegomen. cap.* 1. *num.* 5. ubi ait, quod per Dolum Jurisperiti intelligunt factum dolosum; apud eos enim nuda voluntas, 73.
hoc est intrinsecus tantum voluntatis actus delictum, non est saltem in foro externo, & coram hominibus; secùs autem

autem coram Deo, & in foro
interno, *l. cogitationis 8. ff. de*
pœn. l. 1. ff. quod quisque Jur.
Vult. Jurisprud. Romanæ, lib. 1.
cap. 45. vers. hinc cogitationis;
nec proindè est dolus, nisi
tamen crimen ipsum aliquo
74. actu extrinseco inchoatum
saltem fuerit, tunc enim etiam
in foro externo aliquando
puniri potest; §. *sed et si credat,*
instit. de oblig. quæ ex delict. nas-
cunt. l. si quis servo, ff. de furt. &
serv. corrupt. tunc enim simul
cum voluntate adest conatus
exterior, *Vultei ibid.* Hinc
etiam apud *Prophet. psalm. 35.*
75. verba ipsa dolosè loquentis,
dolus appellantur, dum ibi
dicitur, *Verba oris ejus iniqui-*
tas, & dolus. Modo autem
videndum est, quidnam hic
tum scientiæ, tum voluntatis
nomine, quas ad doli consti-
tutionem necessarias dixi-
76. mus, intelligi debeat. Per
scientiam enim hic intelligi
debet rei cognitio, prout ità
sumitur *in l. 1. §. scientiam, ff.*
de tribut. action. ideoque ad
dolum sufficit cognitio quæ-
libet, quæ satis sit, ad hoc, ut
homo non dicatur ignorare
id, quod agit; Scire namque
hic est verè intelligere, & co-
gnoscere, ut benè docuit *Hen-*
ric. Canis. in Regulas Jur. Can.
regul. 27. lib. 6. ubi ait, quod

scienti, idest verè intelligenti,
& consentienti non fit iniuria,
neque dolus, sivè prædicta
intelligentia, & cognitio sit
scientifica, sivè probabilis,
sivè suspicio, ut homo possit
ignorantiam repellere, prout
in simili docuit *Gabriel. à San-*
cto Vincentio de remediis igno-
rantiæ, disput. 1. dub. 10. num. 1.
& passim videmus, quod igno- 77.
rantia, etsi crassa sit, excusat
à dolo, *Less. de just. & jur. lib.*
1. cap. 2. num. 25. ideòque ne-
mo de dolo teneri dicitur, nisi
qui scienter alterum læsit, ut
patet ex *Tepat. d. tit. 154. cap. 1.*
Julio. Chartar. decis. criminal.
49. num. 22. Cavalcan. de Bra-
chio Regio, part. 5. num. 64. Cor-
ras. Miscellan. jur. lib. 4. cap. 1.
num. 9. ubi generaliter tradit,
quod dolus non nisi à sciente,
culpa verò, de qua capite se-
quenti agemus, non nisi ab in-
sciente cōmittitur, & ex *Paul.*
Zacchia quæstion. Medico-legal.
tom. 1. lib. 6. tit. 1. quæst. 1. n. 12.
ubi habetur, quod dolus vel 78.
manifestus, vel præsumptus
cum ignorantia stare non vi- 79.
detur. Per voluntatem verò
hic eum voluntatis actum in-
telligimus, quo illa efficaciter
tendit in finem absentem,
eumq; consequi nititur, quem
voluntatis actum Doctores 80.
passim intentionem, Aristo-
teles

teles propositum, Græci verò Proæresin appellant, ut videre est apud *Hilliger. in notis ad Donel. lib. 15. cap. 40. sub. lit. M.* & apud *Pereyr. in Elucidario, lib. 1. elucid. 1. sect. 3. num. 20. Hilliger. enim ibid. cum Decian.tractat. Criminal. lib. 1 cap. 4. num. 9.* ait dolum malum *in l. 2. §. 8. de vi bonor. raptor. & in l. 7. de sicar.* accipi pro certa animi destinatione, & delinquendi proposito, cum quibus concordant *Ognat. de contractib. tom. 1. tract. 5. disput. 15. num. 8.* ubi dicit, quod dolus cum consilio est, data opera, & ex ostensione, nec non *Pufendorf. Elementor. Jurisprud. universal. lib. 1. definitione 18. §. 7. vers. & si contra*; undè rectè à *Delrio ad l. contractus 23.*

81. *ff. de regul. jur. cap. 4.* circà finem dolus dicitur voluntarius, casus involuntarius, culpa verò media inter voluntarium, & involuntarium, seù mixtà ex voluntariò, & involuntariò; dolus enim in hominis potestate est, ut committatur, vel non committatur; casus extrà hominis potestatem est, culpa verò medio, seù mixto utrinque modo se habet, de qua fu-

82. siùs alibi. Quoad finem autem doli, hoc est dolosi animi, seù prædictæ intentionis, ad quem consequendum dolus tendit, multiplex est, ac diversa multorum opinio: multi enim dolum putant, seù dolosam intentionem tendere ad circumveniendum, fallendum, vel decipiendum alium, juxta *l. 1. §. dolum, ff. de dolo malo*; alii ad unum agendum, & aliud simulandum, juxta *Hopper. de juris arte, lib. 2. tit. de jur. definit.* aliqui ad relinquendum, juxta *Decian. tract. crimin. lib. 1. cap. 4. num. 9. Labion. in homicida excusato, cap. 32. num. 9. Ulpin. in succo Farinac. ad quæst. 87. part. 10. inspect. 1. num. 3. & ad quæst. 88. num. 1. & 14. Guazzin. de pace; quæst. 38. num. 3.* alii ad damnum alteri inferendum, seù alteri nocendum, ex *Azon. in summa rubric. de dolo malo, num. 3. in fin. Bald. in l. quæ fortuitis, num. 5. C. de pignorat. act. Bertazzol. consi. 44. num. 3. lib. 1. Bocer. in comment. ad l. contractus 23. ff. de regul. jur. cap. 3. sect. 7. num. 137. Gabriel. à Sancto Vincentio de just. & jur. disput. 6. quæst. 3. num. 34. vers. differunt culpa, & dolus,* necnon *Habnio ad Uvesembec. in tit. ff. de dolo malo, nu. 4. vers. Differt dolus*, nonnulli ad rem sibi prohibitam faciendum, ex *Geminian. in cap. si compromissarius, de election. in 6. Avil. de censur. part. 2. disp. 6. sect. 1. dub. 11. vers. Pro resolutione.*

N nec

Nec desunt, qui dicant, quod
doli mali vox id omne signi-
ficat, quod naturali Juri, &
æquitati repugnat, prout benè
advertit *Grotius de Jure belli,*
& pacis, lib. 2. cap. 10. *in notis,*
num. 2. Priusquam verò doli
finem ex opinione nostra sta-
tuamus, advertendum puto
cum *Pereyra in Elucidar. lib.* 1.
Elucidat. 1. *sect.* 2. *num.* 16. *Ho-*
norat. Fabr. in Summula Theo-
log. tract. 3. *cap.* 5. *nu.* 2. *Pufen-*
dorf. in Elementis Jurisprud.
universal. lib. 1. *definition.* 11.
§. 2. *& Caramuel. in Dialexi*
de non certitudine, quæst. proœ-
mial. art. 2. *num.* 3. *vers. Nam*
83. *dividitur,* finem dividi in ulti-
mum, & non ultimum, sivè
proximum, sivè intermedium.
Finis ultimus est, ad quem
media ordinantur; ipse verò
ad nihil aliud ordinatur, ut ad
finem. Finis non ultimus est,
qui finis simul, & medium est,
nam ad eum ordinantur me-
dia, & ipsemet ad alium quo-
que interiorem finem dirigi-
84. tur. Voluntas enim per in-
tentionem suam non semper
fertur in ultimum finem, ut
patere potest in ægro, qui vult
medicinam propter sanita-
tem; & vult sanitatem, ut
ejusdem ægri corporeæ facul-
tates sint magis aptæ, atque
compositæ ad agendum, &
has vult, ut possit melius Deo
famulari, & hoc vult, ut Deo
tandem frui possit; in prædi-
cto enim exemplo, quod *à D.*
Fabro ibidem affertur, nec non
passim ab aliis, ut videre est
apud *Navar. de finib. humanor.*
act. num. 37. sanitas est finis
propinquus, seu proximus;
frui Deo est finis ultimus, cæ-
teri verò fines prædicti sunt
intermedii, & omnes, excepto
ultimo, sunt non ultimi.
Quod, si æger ità sistat, &
quiescat in ipsa solius adep-
tione sanitatis, ut hanc ulte-
rius non ordinet, nec dirigat
ad alium finem, tunc ipsa-
met sanitas respectu talis ægri
est finis unicus, & proindè
proximus simul, & ultimus.
Sicuti autem dolus alius est
bonus, alius est malus, sic
etiam alius est finis doli boni,
alius doli mali: actus enim 85.
voluntatis ab intrinseco fine
suo potissimum speciem suam
ducit, ut cum aliis passim idip-
sum asserentibus tradit *D. Fa-*
ber. d. tract. 3. *cap.* 4. *nu.* 7. *in fin.*
Dixi tamen *ab intrinseco fine,* 86.
quià finis intrinsecus distin-
guitur ab extrinseco, ille est
objectum formale, quod tri-
buit speciem actui, iste est,
in quem actus jam in sua spe-
cie constitutus dirigitur ab
operante: si quis enim, exem-

pli

pli causâ, eliceret actum obe-
dientiæ ex motivo talis virtu-
tis, & rursus talem actum
dirigeret ad placendum Deo;
tunc motivum obdientiæ erit
finis intrinsecus; placere au-
tem Deo erit finis extrinse-
cus, ut apertè tradit *Pereyra*
in Elucidario lib. 1. elucidat. 1.
87. *sect. 2. n. 17.* prout etiam non
leve discrimen est inter do-
lum, qui in contractibus, &
88. eum, qui in delictis interve-
nit; ille quidem definitur *in*
d. l. 1. ff. de dolo malo; non tamen
iste, qui nihilominùs re vera
dolus est, quamvis non sem-
per in isto aliud simuletur,
aliud agatur, prout egregie
advertit, ac expressè docuit
Vultejus de judiciis, lib. 2. cap. 7.
num. 617. ubi etiam *Duarenum,*
& Pacium idipsum docentes
adducit, *Bachovius ad Treut-*
ler. vol. 2. disp. 32. thes. 4. lit. C.
Theodor. Martin. in jurisprud.
crimin. dissertat. 4. sect. 2. nu. 12.
& Masur. Labio. in homicida
excusato, cap. 7. num. 11. Dixi
porrò, *ab intrinseco fine potissi-*
89. *mùm*; licet enim actio bona
sit, quæ cum lege congruit,
mala verò, quæ ab eàdem dis-
crepat; attamen, cum lex
determinet vel qualitatem,
seù dispositionem agentis, vel
objectum, vel finem, vel de-
nique certas circumstantias

actionis; indè fit, ut actionis
bonitas, vel malitia non solum
à fine, sed etiam à prædictis
omnibus per legem, seù nor-
mam directivam dispositis
desumenda sit, ità tamen, ut
actio tunc bona sit, cum se- 90.
cundum omnia requisita con-
gruit ad legem; tunc autem
mala sit, cum vel in unico ex
requisitis à lege dispositis dis-
crepat, ut optimè tradit *Puf-*
fendorf. in Element. Jurisprud.
Universal. lib. 1. definition. 16.
§. 1. & 11. ex quibus, ut opinor,
colligi videtur, quid sit dolus in
universum sumptus, & quomo-
do in varias illius quasi species
dividi possit. Dolus enim, si 91.
sumatur nõ strictè, & rigorosè,
quatenus est ipsa passio, seù
qualitas animi dolosi, sed latè,
ac juxtà communem homi-
num sensum, ac loquendi u-
sum, quatenus scilicet prædicta
passio, seù qualitas sic adjun-
cta est animo, ut ipsemet ani-
mus, & animi actus simul cum
dicta qualitate sibi adjuncta
non solum fiat dolosus, sed
etiam metonymicè dolus ap-
pelletur, tunc ipse universali-
ter, ac in genere acceptus ni-
hil aliud esse mihi videtur,
quam intentio lædendi alium;
latissimè nimirum sumpto læ- 92.
dendi verbo, quatenus illud
scilicet sub se continet omne

genus offensionis tàm licitæ, quàm illicitæ, prout in prædicta significatione illud sic accipi posse inter alios expressè tradit *Martinius in suo Lexico Philologico, V. lædo*, ideòque lædere hic est, vel malum aliquod quomodocumque alteri inferre, itaut malum tàm latè sumatur, quàm bonum ipsum, cui illud adversatur, ideòque sub se contineat omnem cujuscumque boni, sivè honesti, sivè utilis, sivè delectabilis læsionem, vel bonum aliquod, alteri quomocumque auferre, quo in sensu læsio à *Gualando de Civil. facultat. lib. 4. cap. 5.*
93. *num. 30.* dicitur esse aut ablatio boni, aut allatio mali, finis etenim propriùs, ac proximus, ad quem dolus omnis tendere videtur, est velle alteri aliquomodo malum aliquod inferre, sivè alteri quomodocumque nocere, prout hoc ipsum docuisse videtur *Bocer. loco citato* cum cæteris *ibid.* adductis, si rectè perpendantur, quibus addi potest *Bargal. de dolo, lib. 2. cap. 2. division. 1. nu. 24.* dum *ex l. 1. C. ad l. Cornel. de Sicar.* dicit crimen contrahi, & consequenter dolum intervenire, si voluntas nocendi intercedat.
94. Hinc dolus bonus juxtà prædicta videtur esse intentio licitè lædendi alium, prout hoc dolo utitur, qui pro legitimo jure suo conservando licitè alium lædit, *Sanctius à Melo de induciis debitorum, quæst. 13. n. 4.* ubi etiam allegatur *Surd. cons. 528. num. 16.* asserens dolum bonum tolerari etiam, quando affert damnum tertio, dummodo, qui illum committit, eo utatur ad proprium commodum, hoc est sui juris conservandi causa: quibus addo *Masur. Labion. in homicida excusato, cap. 23. num. 14.* ubi dolum malum esse negat in eo, qui moderamine inculpatæ tutelæ utitur, licèt occidendi animo directè planè percutiat: dolus verò malus, qui doli nomine deinceps vocabitur, 95.
videtur esse intentio illicitè lædendi alium, quo in sensu passim dolus venit appellatione, seù nomine maleficii, ut 96.
bene inter alios docuit *Bald. in l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tutela, & rationibus distraben.* & nunc delictum, nunc crimen appellatur, *l. item exigit, ff. de dolo, l. 1. ff. de fide jussor. tut.* immò dolus dicitur esse fere causa omnium delictorum à *Bargal. de dolo lib. 2. cap. 2. §. de dolo vero, & dolo præsumpto, num. 24.* & absolutè fons omnium criminũ dicitur à *Mancin. de triplici juris collat. lib. 2. cap. 190. num. 2.* quia dolus ma- 97.
lefi-

leficium constituit, non exi-
tus, ut doctè dixit *Masur. La-
bion. in homicid. excusat. d. cap.*
23. num. 14. nec delictum absq;
dolo datur, *Osasc. decis. 109.*
num. 4. & Cyriac. controv. fo-
98. *rensi. 132. num. 32.* Undè pa-
tet, quod, quamvis iniuria ju-
re alteri fieri nequeat, malum
tamen, seù damnum aliquod
inferri alteri jure potest: tunc
autem dolus ille bonus dici-
tur, nec est à jure reprobatus,
ut clare docuit idem *Sanctius*
à Melo de induciis debitor. q. 13.
num. 1. immò dolus aliquando
Sanctè adhiberi potest, prout
eo Sanctè usus est *Apostolus*,
dum 2. ad Corinth. cap. 12. in-
quit, *Ego vos non gravavi, sed,*
cum essem astutus, dolo vos ce-
pi, & plures alii Sancti viri,
ut videre est apud *Bargal. de*
dolo, lib. 1. cap. 3. num. 5. & seq.
undè dolus aliquando dicitur
Sanctus, ut Barlaami dolum
Sanctum dixit *Nadas. Anni*
cælestis mēse Novembris die 27.
vers. S. Iosaphat, tunc autem
nemini fit iniuria, ut patet ex
Gualand. de Civ. facultat. lib. 9.
cap. 13. in fin. & ex Nido in cap.
scienti in notis, num. 6. de regul.
99. *jur. in 6.* ubi tradit, quod, licet
iniuria non fit sine dolo; dolus
tamen esse potest sine iniuria,
ideoque in textu prædicto
dicitur scienti, & consentienti
non

non fit iniuria, neque dolus;
nec non ex *Caramuele Theolog.*
Fundamental. lib. 1. fundament.
45. regul. 145. num. 1275. ubi
ad prædictum verbum *consen-*
tienti optimè addendum pu-
tat, & *consentire potenti*; ejus 100.
enim, qui consentire non po-
test, invalidus omninò est
consensus: undè, si scientis,
& consentientis Petri uxorem
raperes, Petro iniuriam face-
res, quià ille consentire, &
adulterium permittere non
potest, sed minorem omninò,
quam si nescientis, aut contra-
dicentis uxorem abriperes, 101.
nam dolus latiùs patet, quam
iniuria, sicuti non omnis offen-
sio delictum est, sed ea tan-
tum, quæ contrà Jus infertur,
& quæ scientèr, & ex propo-
sito fit, *Vult. Jurisprud. Rom.*
lib. 1. cap. 45. vers. non enim pro-
miscue; ideò autem dolus ipse
malus latius patere videtur,
quam iniuria, quià iniuria, si
strictè, ac propriè accipiatur, 102.
semper est absque Jure, seù
contrà Jus, ut nomen ipsum
iniuria indicare videtur, ex
Vendramin. in Addition. ad Re-
pertor. Inquisitor. in V. Iniuria,
ubi subdit, quod quicquid
non Jure fit, iniuria fieri dici-
tur; dixi verò, *si iniuria strictè,*
ac propriè accipiatur, nam large 103.
sumpta significat omne deli-
ctum

ctum ex animo, & voluntate commissum, juxtà *Sabell. in summa diversor. tractat. tom.* 2. §. *Iniuria*, *num.* 1. sed dolus è contrario non semper est contrà Jus, sive Justitiam strictè, ac propriè sumptam; nec semper est æque malus, sed modo major, modo minor pro diversitate personarum, objectorum, & circumstantiarum

104. illius: immò nec semper est malus, ut jam dictum est, semper tamen ipsemet etiam dolus fit in invitum; alioquin non erit dolus, ex *d. text. cap. scienti, & consentienti*, ex quibus etiam facilè deduci potest, quid sit quilibet alius dolus sub ipso dolo in genere contentus; cum multiplex à Doctoribus asseratur, ut videre est apud *Farinac. quæst.* 88. *num.* 4. *& seqq. Tusch. in lit. D. conclus.* 570. *& c.* ubi dolus non solum alius bonus, alius malus, & alius ex proposito, alius re ipsa, ut jam diximus; sed alius in committendo, alius in omittendo, alius apertus, alius velatus dicitur, cum in omnibus intentio semper adsit illicitè lædendi alium; præterquam in dolo re ipsa, qui verè, ac propriè dolus non est, tametsi dolus appelletur; doli scilicet nomine, non formaliter, sed materialiter, accepto pro læsione ipsa effectivè tantùm alteri illata, ac proindè absque intentione lædentis, ut superiùs explicuimus, idque factum videtur; quià tunc ex læsione alteri illata, tamquam ex malo effectu, 105.
dolus præsumi potest, qui ut plurimum ejusmodi læsionis causa esse solet. Ex his autem

Dico ex dolo volentis occidere unum, sed actu occidentis alium, dolosam non evadere actualem occisionem prædictam; ut autem pluribus exemplis conclusionem distinguamus, & clariùs explicemus, dico in primis dolum, qui est in Titio volente hic, & 106.
nunc occidere Paulum tantum, non esse in eodem Titio hic, & nunc occidente Petrum pro Paulo; cum enim absque voluntate, ut jam diximus, dolus esse nequeat, cumque voluntas occidendi Paulum tantum nullo modo se ad Petrum occidendum extendat, immò Petrum, & quemcumque alium omninò excludat, proindè dolus ille, qui est hic, & nunc in volun- 107.
tate occidendi Paulum tantum, esse nequit hic, & nunc in voluntate occidendi Petrum; cum hæc voluntas in Titio nullo modo sit; & absque voluntate maleficium,

non

non fiat; ideòque prædicta Petri cædes nequaquam dolosa censeri queat, ut optimè arguit *Masur. Labio. ibid. cap.*
108. 32. per totum; prout neque tenetur iniuriarum actione, qui servum suum pugno percutere volens alium offendit, *l. 4. de iniur.* Quibus non obstat, quod pravus Titii animus, dum Paulum occidere voluit, errore facti, dum pro Paulo
109. Petrum occidit, mutatus non sit, ideòque in occidendo Petrum effectus secutus fuerit determinatam, ac dolosam prædictam voluntatem occidendi Paulum, ac proindè, quod Petrus occisus fuerit ob dolum præcedentem occidendi Paulum, ita ut Petrus ex prædicto dolo occisus videatur, licet Petrus non sit eadem Persona, quam Titius occidere volebat, ut ingeniosissimè arguit dictus *Labio, ibid. cap. 35. num. 9.* Responsio enim, & quidem omninò facilis indè patet, quod, licet animus occidendi Paulum mutatus non fuerit, immò perseveraverit etiam in actu ipso occidendi Petrum pro Paulo, prædictus tamen Animus occidendi Paulum nunquam directus fuit, neque tendere voluit ad occisionem Petri, ut cum multis aliis fusiùs dixi *in Tract. de Pollut. Eccles. disp. 5. cap. 13.* maximè *num. 4.* quæ proindè occisio, ut 110. non fuit voluntaria tunc Titio, ità neque dolosa uti talis esse potuit, sed tantummodò, & aliquomodo imprudens, & culposa; qua de re mox in sequenti capite abundè agemus.

Colligo primo, quod, etiamsi Titius anteà voluisset occidere Paulum, & Petrum; 111. sed, cum actu, quo occidebat Petrum, certò existimasset se occidere Paulum, &, cum occidebat Paulum, certò paritèr existimasset se occidere Petrum, neutra ex prædictis occisionibus externis tunc, & uti talis fuisset Titio, Petri, & Pauli occisori verè voluntaria, nec proindè tunc verè, & uti talis dolosa, quià in neutra ex illis voluntas Titii occidentis tunc verè tendebat in occisionem ejus personæ, quæ tunc occidebatur: undè, licet talis occisio non fuisset Titio involuntaria, sed fuisset volita, non fuisset tamen Ti- 112. tio sic occidenti verè voluntaria ob ignorantiam concomitantem (tunc enim certò existimabat eum, quem occidebat, esse aliam personam) quæ obiecti ignorantia in agente, quamvis non faciat invo-

involuntarium, facit tamen non voluntarium; ideòque talis occisio, cum non sit voluntaria, nequit esse dolosa, quatenus nimirum per eam occiditur nō voluntariè unus, quem occisor certò existimabat esse alium, prout ità clarissimè docuit *Thom. Del Bene in suo tractatu de radice restitutionis, dubit. 9. sect. 3. nu. 3. & 4.* nec non plures alii, quos retuli, atque secutus sum *in d. meo tract. de Pollut. Eccles. disp. 5. cap. 13. num. 3. & seqq.* quibus etiam addi possunt *Cardinal. de Lugo de just. & jur. tom. 1. disp. 7. sect. 3. num. 25.* ubi secundum aliquos addit, quod, si volens occidere unum Clericum, alium Clericum per errorem occidisti eum non agnoscens, non incurristi excommunicationem, quià occisio illius Clerici non fuit tibi voluntaria, licet volueris Clericum occidere; nec non *Vervicell. de Apostolic. Mission. quæst. 309. num. 3.* & alii, quos tacito nomine refert *Henriquez in sum. lib. 13. cap. 23. num. 11.* qui pro hac nostra sententia hanc afferunt rationem, quià videlicet in prædicto casu Titius, dum occidebat Petrum existimans certò eum esse Paulum, tunc non intendebat occidere aliquem hominem in

113. communi, seù in genere, quemcumque fortè sibi obvium habuisset, neque præcisè hominem illum, quem videbat, quicumque verè ille foret (tunc enim intenderet occidere eum, quem actu occidebat) sed tunc intendebat occidere personam tantum Pauli, & non Petri, licet actu Petrum occideret, vel contrà ex errore, & per ignorantiam concomitantem: ignorabat enim, ut dixi, quod agebat, cum ignoraret eum, quem occidebat, esse Petrum, quem tunc neque in genere, neque præcisè occidere intendebat; ideoque talis ignorantia talem occisionem reddebat non voluntariam; tunc enim Voluntas Titii non tendebat ad eum occidendum, quem Titius ipse de facto tunc occidebat; *Henriquez* tamen ibidem contrariam tenuit opinionem, quam cum multis aliis ibi adductis tenuit etiam doctissimus, ac dilectissimus Amicus meus *Grassettus in sua Anatome necis proditoriæ, §. 23.* eamque pluribus argumentis probare nititur, sed ea mihi non aliud probare videntur, nisi talem occisionem tunc etiam aliqualiter, nempe conditionaliter, seu habitu volitam à Titio fuisse, seu in abstra-

abstracto, aut tamquam hominis occisionem in genere, vel tamquam occisionem alterius personæ, quæ verè tamen tunc non occidebatur, ac proindè talem occisionem aliquomodo culpabilem esse, qua de re inferiùs agemus, ideoque talem occisionem Titio absolutè voluntariam, aut dolosam esse, ni fallor, non evincunt. Undè

Colligo secundo, quod, quamvis Titius, ut aliqui contrà nostram conclusionem opponunt, si tunc cognovisset
114. eum verè Petrum esse, quem existimabat esse Paulum, adhuc verè eum ipsum nihilominùs occidisset, ut egregie docuit ingeniosissimus *Raynaudus in sua morali disciplina, dist. 2. quæst. 1. art. 2. num. 31. & 50.* prædicta Petri occisio à Titio tunc facta, dum existimabat illum esse Paulum, verè adhuc esset Titio non voluntaria, quià neque tunc caderet in illam voluntarii definitio, quam affert *ibid. nu.*
115. 32. ubi *Voluntarium*, inquit, *est, quod est à principio intrinseco cognoscente singula, in quibus est actus.* Titius autem, dum Petrum occidit certò existimans eum esse Paulum, tunc verè laborat ignorantia concomitante, cum tunc ignoret eum esse Petrum, quem tunc actu, & re ipsa occidere non intendit, ac proindè talis occisio Titio verè voluntaria non 116.
est, cum id agenti voluntarium esse nequeat, quod ipsemet agens ignorat, maximè 117.
autem, cum ignorat ipsummet actionis suæ obiectum, nempè idipsum, circà quod tunc versatur, ut egregiè docuit *Raynaud. ibidem, num.* 41. *Pereyra in Elucidario lib. 1. Elucid. 3. sect. 1. num. 46. vers. Undè ad voluntarium. Lessius de Just. & Jur. lib. 2. cap. 7. dubit. 9. num. 46.* ubi optimè 118.
dicit, quod, etiamsi Titius æquè voluisset occidere Petrum, si scivisset eum (quem tunc Paulum existimabat) esse Petrum; nihilominùs prædicta occisio, qua Petrus tunc occisus fuit pro Paulo, non fuit Titio voluntaria, quià prædicta Titii voluntas occidendi Petrum, si scivisset eum, quem occidebat, esse Petrum, fuit voluntas condi- 119.
tionata, si videlicet scivisset, eum esse Petrum: talis autem conditio nondum erat impleta, quandò Titius nesciens eum, quem occidebat, esse Petrum, eum occidit existimans esse Paulum: undè talis voluntas conditionata tunc non fuit verè causa prædictæ

O occi-

occiſionis, ac proindè prædicta occiſio neque tunc fuit verè voluntaria Titio, & conſequentèr neque verè doloſa;
120. actus enim conditionalis, non purificata conditione, nullus, & inefficax remanet, cum hęc ſit conditionis natura, ut actum ſuſpendat, donec conditio impleatur, *Graſſ. de exceptionib. except. 33. num. 14.*

CAPUT TERTIUM.

An ex aliqua Occidentis culpa fiat aliquando, ut unus occidatur pro alio.

SUMMARIUM.

Culpa nomen diverſimodè à diverſis accipitur. num. 1. ut plurimum triplicitèr ſumitur. nu. 2. latiſſimè includit quemcumque actum quomodocumque reprehenſibilem. num. 3.

Culpa alia eſt in foro interiori tantum, alia in exteriori tantum, alia in utroque. num. 4.

Culpa Theologica quid ſit, & cur ità vocetur. num. 5.

Culpa Juridica vocatur etiam legalis, Civilis, & Politica, & cur. num. 6.

Culpa Theologica in ſola veritate fundatur; Culpa verò legalis in præſumptione negligentiæ. num. 7.

Juridica culpa ſæpè ſine Theologica eſt, & iſta ſine illa. num. 8.

Culpam latam Juridicam committens poteſt aliquando apud Deum mereri. num. 9.

Culpa lata, ſeù in genere ſumpta includit omnem culpam Juridicam, & excludit Theologicam. num. 10. habet ſub ſe dolum, & culpam ſimplicem, ſeu ſine dolo, tamquam duas culpæ ſpecies. num. 11. & tunc culpa in ſpecie opponitur dolo, qui eſt altera ſpecies culpæ in genere ſumptæ. num. 12. Item in Jure modò generalem, modò ſpecialem ſignificationem habet. nu. 13.

Culpa in ſpecie non eſt propriè delictum. num. 14. & ſub illa continentur omnes aliæ culpæ Juridicæ præter dolum. n. 15.

Culpa Juridica ità definiri, ſeù deſcribi poteſt. Factum læſionem alicui ex mera facientis negligentia inferens. *num. 16.*

Facti nomine cur veniat etiam non factum, ſeù facti omiſſio. num. 17. Non dicere eſt aliquid facere. ibid.

Commiſſionis appellatione venit etiam omiſſio. num. 18.

Omiſſionis materia eſt tum id, quod fit, cum faciendum non eſſet.

PRÆMITTO primo, quod, cum jam viderimus dolum propriè non intervenire in Occidente unum pro alio, nunc videndum est an aliqua saltem culpa in occidente prædicto intervenire possit. Undè in

in primis statuendum videtur, quid, & quotuplex ea culpa sit, de qua hic agitur. Licet enim aliquandò culpa usurpari videatur pro mala
1. fama, pro pœna, & pro aliis ut dixit *Pereyra in Elucidario, lib.* 1. *elucidat.* 8. *sect.* 3. *nu.* 147. attamen culpa, ut plurimum,
2. tripliciter accipi solet: Primò universaliter, ac latissimè, ni-
3. mirùm prout includit actum quemcumque, & quomodocumque illicitum, vel reprehensibilem. *Alderis. de Symbolic. contractib. tit.* 4. *cap.* 2.
4. *num.* 10. sivè in foro interiori tantum, sivè in exteriori tantum, sivè in utroque simul: tunc enim culpæ nomen amplectitur tàm culpam Theo-
5. logicam, (quæ idem est ac peccatum) sivè gravem, sivè levem, quam culpam Juridicam; sivè dolosam, sivè simplicem, & non dolosam, ut ex dicendis patebit. Illa enim, videlicet Theologica (sic autem appellatur, quià Theologi potissimum eam spectare solent) cum sit contrà legem Dei, Deum offendit, peccantis animam maculat, & pœnam meretur, *Fagundez de Just. & contractib. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 1. *Molin. de just. & jur. disp.*
6. 293. *num.* 10. Culpa verò Juridica, quæ vocatur etiam Legalis, Civilis, & Politica, cùm sit contrà Juris Civilis dispositionem, seù morem, aut consuetudinem ibi vigentem, non modo valdè differt à Theologica, ut benè advertit etiam *Capyc. Latr. consult.* 151. *num.* 26. *& seq. Guazzin. filius in tract. ad defens. animar. lib.* 1. *defens.* 3. *cap.* 5. *num.* 2. nec non *Megal. Institution. Peregrin.* 1. 2. *lib.* 2. *cap.* 31. *quæst.* 2. *num.* 38. ubi rectè infert, quod Culpa 7.
Theologica in sola veritate fundatur; culpa verò legalis in præsumptione negligentiæ, de qua posteà fusiùs agetur; sed sæpè Juridica sine Theo- 8.
logica, vicissimque Theologica sine Juridica est, nec semper una coincidit cum alia, ut patet ex *tractat. meo de Pollut. Eccles. disp.* 5. *cap.* 8. *num.* 2. & inter alios egregiè dixit *Vasquez de Restitut. cap.* 2. §. 2. *dub.* 2. *num.* 15. *& seq.* ubi plures alios secum concordantes affert, *Comitol. de contract. univers. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 2. *vers. ex hoc discrimine*, ubi subdit, quod culpa Juridica per se non est peccatum, aut culpa Theologica, & sæpè accidere potest, ut, qui culpam latam Juridicam committit, apud 9.
Deum valdè mereatur, *Fragos. de Regimine Reipub. Christ. part.* 1. *lib.* 5. *disp.* 13. *num.* 330.

*Gibalin. de univerſ. rer. huma-
nar. negotiat. tom.2. lib. 6. cap. 2.
art. 3. num. 2. & 3. Haunold. de
jur. & juſt. tom. 1. tract. 2. cap. 2.
§. 1. num. 184. & Colleg. Inſtit.
Ingolſtadien. lib. 1. in prœmio,*
10. *verſ. Ex dictis patet*, ubi hoc
ipſum pluribus illuſtrat exem-
plis. Secundò culpa genericè
ſumitur, prout ſcilicet in ge-
nere ſuo includit omnem cul-
pam Juridicam, quam ſcilicet
Juriſtæ conſiderant, & uti talis
Culpam omnem Theologi-
11. cam excludit. Hæc autem
Culpa Juridica in genere
ſumpta duas ſub ſe continet
ſpecies, nimirum Dolum, &
Culpam ſine dolo, ſeù culpam
in ſpecie, ut habetur ex *l. ſi
ſervum 91. §. 1. ff. de verbor.
oblig.* & apertè tradunt *Salycet.
in l. Creditor., nu. 7. C. de pigno-
rat. act. Capra regul. 78. num. 4.*
ubi dicit, quod, licet Dolus
ſit ſpecies ſeparata à culpa,
nimirum ſimplici, & non
doloſa; includitur tamen ſub
culpa in genere ſumpta, *Al-
ciat. in l. 223. nu. 1. ff. de verbor.
ſignif. Delrio ad l. contractus
23. ff. de regul. jur. cap. 1. verſ.
Cæterum culpæ vocabulum. De-
cian. tract. Crimin. lib. 1. cap. 6.*
12. *num. 1. & ſeqq.* ubi propterea
num. 5. tradit culpam ſæpiſſimè
opponi dolo, & ad id plures
affert legum textus. *Bargal.
de Dolo lib. 5. cap. 1. num. 3.
Mayner. in l. contractus quidam
11. ff. de regul. jur. Vultei. Juriſ-
prud. Romanæ lib. 1. cap. 7. verſ.
Quæ duplex eſt*, ubi propterea
dolum culpæ ſpeciem eſſe
dicit, & valdè diverſam à cul-
pa in ſpecie, quæ ſibi generis
nomen retinuit. *Coraſ. Mi-
ſcellan. Jur. lib. 4. cap. 1. num. 9.*
ubi ſubdit, quod novum non 13.
eſt in Jure noſtro ejuſdem
verbi & generalem, & ſpecia-
lem eſſe ſignificationem, ut de
adoptione legimus, *l. 2. ff. de
adopt.* & infert, quod culpa in
genere quodcumque deli-
ctum, & factum illicitum con-
tinet; culpa verò in ſpecie à 14.
dolo ſeparata eſt, nec propriè
delictum eſt: quo in ſenſu
dixit *Ovid.*

*A culpa facinus ſcitis abeſſe
mea,*

ideſt, cum malo per impru-
dentiam commiſſo non eſſe
coniunctum dolum, crimen,
ſeù ſcelus, ut benè illum inter-
pretatus eſt *Martinius in ſuo
Lexico Philologico, V. Culpa.
Molin. de contract. diſp. 293. nu.
11. & 12.* ubi rectè infert
Dolum culpæ Juridicæ gene- 15.
raliter ſumptæ ſpeciem eſſe,
cæteras autem omnes Juridi-
cas culpas, præter dolum,
utpotè aliam prædictæ culpæ
generalitèr ſumptæ ſpeciem à

dolo

dolo diversam constituentes
sub simplicis culpæ Juridicæ
nomine comprehendit. *Ludovic. Carbo de Restitut. quæst. 70.
vers. Quod attinet*, & *vers. seq.*
ubi ait culpam universè sumptam
dividi in Dolum, & culpam
simplicem. *Pichard. in §. Iniuria, num. 67. Institut. de lege
Aquil.* prout passim alii quoque
Jurisperiti eodem in sensu
culpam Juridicam accipiunt,
ut videre est apud *Farinac.
quæst.* 88. *nu.* 3. eamque plures
diversimodè definiunt, ut patet
ex supradictis auctoribus,
ex quorum sensu hanc prædi-
16. ctæ simplicis culpæ Juridicæ
definitionem, seù descriptionem
statui posse crediderim,
ut dicatur esse *Factum læsionem
alicui ex mera facientis
negligentia inferens*. Facti autem
nomine hic intelligi debet
Actus exterior, per quem
alicui læsio prędicta inferatur;
17. prout etiam facti nomine hic
intelligo ipsummet non factũ,
seù facti omissionem: qui
enim non facit, quod facere
debet, facit aliud, quam quod
debet, ideòque non faciendo,
facit aliquid, ipsumque non
facere facere est, *Balzaran. de
feud. lib. 2. tit. 24. ad §. Præterea
num.* 16. ubi perspicuè
idcircò asserit, quod non dicere
est aliquid facere, undè
mirum non est, quod hic facti
nomine contineatur etiam
non factum, quod fieri debuit,
*l. qui non facit, ff. de reg. jur.
Rebuf. in l. 218. de verbor. signif.
Alciat. in l. facere non oportere,
ff. eod. Bargal. de dolo lib. 5. cap.
1. nu.* 14. ubi rectè infert, quod
etiam commissionis appella- 18.
tione venit Omissio; nam
Omittens committit, & pro- 19.
indè aliquid facit, prout omissionis
quoque appellatione
venit commissio ex *Comitol. de
contract. univers. part. 2. cap. 9.
num. 3. in fin.* ubi ait, quod
Omissionis materia & id est,
quod fit, cum faciendum non
esset, & id, quod non fit, cum
faciendum foret, *Vasquius
controvers. lib. 1. cap. 29. num. 7.
vers. Tertio intellige. Velasc. in
Judice perfecto, rubric. 11. n. 20.*
immò nonnulli culpam Juri- 20.
dicam, de qua hic sermo est,
expresse factum esse docuerunt,
etiamsi eam tum in
omittendo, tum in committendo
committi fateantur, ut
videre est apud *Donel. de jure
civili lib. 16. cap. 7. vers. Culpa
est, & ibi Hilligen. in Notis,
lit. C.* ubi subditur rationem
prædictæ conclusionis esse,
quià omittens facere, quod
facere deberet, tunc sibi liberè
imperat, ne tunc faciat illud,
ac proindè ab illo faciendo se

continet, ac propterea se continendo, ne illud faciat, tunc libere aliquid facit, nec non apud *Colleg. Institut. Ingolsta-*
21. *diens. lib. 1. tit. 26. qu. 6.* Immo idipsum quoque patere videtur ex §. *ult. Institut. de verbor. oblig.* ubi facti nomine venit etiam non factum; cum ibi facta in stipulatum deduci posse dicantur, & clare constet in stipulatum deduci non tantum, ut aliquid fiat, sed etiam, ne quid fiat, & idcirco *Ant. Matthaeus de criminib. ad l. Cornel. de Sicar. & Venefic.*
22. *cap. 6. num. 5.* concludit, quod facere, quod diligens non faceret, & non facere, quod diligens faceret, à legibus non dissimiliter æstimari videntur, atque ad id plures affert earum textus. Dixi *læsionem &c.*
23. *inferens*, ubi enim læsio non est, ibi nec Juridica culpa reperitur, quæ in Judicium deducatur, ut bene docuit *Bargal. de dolo lib. 5. cap. 1. n. 13.* ad culpam etenim Juridicam requiritur in primis aliquis actus, seu actio exterior, quæ alicui damnum, seu nocumentum aliquod inferat, ac proinde aliquem lædat, ut patet ex *Reginald. in Praxi fori Pœnitential. lib. 10. tract. 2. cap. 3. num. 17. Hilliger. ad Donell. d. lib. 16. cap. 7. lit. A. Pufendorf. de jur. nat. & gent. lib. 3. cap. 1. §. 6. Decian. tract. crim. lib. 1. cap. 6. num. 4. Colleg. Institut. Ingolstadien. d. lib. 1. tit. 26. qu. 6.* Immo nonnulli propterea 24.
culpam prædictam læsionis nomine nuncuparunt, *Reyger. in Thesaur. Jur. V. Culpa, nu. 1. Pufendorf. in Element. Jurisprud. universal. lib. 1. definition. 17. §. 7. vers. Ejusmodi læsio*; semper enim Juridica culpa læsionem aliquam secum habet; sed, an, & quomodo inter se differant, ex infra dicendis patebit. Dixi *alicui*, quia læsio prædicta infertur aliquando ex facientis negligentia necdum alteri, verum etiam ipsi- 25.
met facienti, quando scilicet culpabiliter aliquis se ipsum lædit, nimirum in iis, quæ sub ipsius libero dominio non sunt, ut fuse inter alios tradit *Gomez de Amescua de potest. in se ipsum lib. 1. cap. 1. per tot.* Dixi denique *ex mera facientis negligentia*; cum enim prædicta illa verba *Factum læsionem alicui inferens* se se habeant tamquam genus, quod 26.
sub se tam Dolum, quam Casum fortuitum, nec non culpam Juridicam, veluti species continet, ideoque singulæ earum dici possint factum læsionem alicui inferens, his addi omnino debuerunt verba

illa

Ex mera facientis negligentia, quæ, cum differentiæ vim habeant, simul cum genere prędicto juncta speciem illam constituunt ab aliis omnino diversam, quam nos Juridicam culpam diximus. Læsio enim alicui illata non ex negligentia, sed ex Jure, ex quo inferenti competit recta ratione, prout fit, cum ex Justitia debita reis inferuntur pœnæ, lęsio inquam ejusmodi est sine culpa, ut per se patet. Quam-
27. vis autem Negligentiæ nomen diversimodè tum à diversis Theologis, tum à Jurisperitis accipiatur, ut patet ex *D. Antonin. in summa, part. 2. tit. 9. cap. 3. & 4.* ex *Homobon. de Exam. Eccles. part. 1. tract. 6. quæst. 129. Pereyra Elucidar. lib. 2. Elucidat. 4. sect. 3. num. 657. & sect. 4. num. 665.* nec non *Elucidat. 24. sect. 2. nu. 1525. Raynaud. de Virtut. & Vit. lib. 2. sect. 3. cap. 2. nu. 110. Polman. Breviar. Theologic. part. 2. in fin. num. 1157. & sequentib. Balzardn. de Feud. tit. de prohibit. feud. alienat. §. prætereà, num. 5. Connan. jur. civil. lib. 7. cap. 3. num. 7. vers. Negligentiam appello. Bernardin. Græc. in gloss. super Pragmat. de litterar. forma, num. 91. & seqq.* ex quibus habetur negligentiam aliquando sumi, prout importat defectum interioris electionis, undè negligens dicitur, quasi nec legens, seu non eligens; aliquando prout importat defectum solicitudinis in voluntate non imperante id, quod recta ratio præcipere posset, ac deberet, hoc est ea, quæ debet, vel eo modo, quo debet; aliquando autem, prout importat omissionem actus exterioris debiti: immo nonnunquam negligentia ab aliquibus æquiparatur dolo, superbiæ, atque contemptui; ab aliis vero culpæ tantum lævi, & levissimæ, de quibus suo loco. Nos tamen hic negligentiam large
accipimus cum *Petro Maria* 28.
Passerino in 6. Decretal. C. Ecclesiæ 4. de supplend. neglig. Prælat. num. 9. & seqq. pro negligentia exteriori, & spectante ad forum externum, quæ proprie juxtà eundem ibidem est
effectus interioris negligen- 30.
tiæ, & idem est, quod omissio ejus, quod quis facere potest, ac debet. Sub omissionis au-
tem prædictæ nomine, sicuti 31.
ea provenit ex defectu debitæ solicitudinis in agendo, ita sub ea continetur & actus externus, & circumstantiæ ei debitæ, cum omittuntur, ut egregie docuit dictus *Passerinus ibid. num. 11.* prout negli-

gentiam ita etiam definit *Sebast. Medic. de fortuit. casib. part.* 1. *quæst.* 9. *num.* 3. *Barthol. Cartagena in exposit. tit. Jur. Canon. lib.* 1. *tit.* 10. *vers. Secunda observatio*, ubi ait,
32. *Nota ad negligentiam duo requiri, scilicet posse, & debere, quorum altero deficiente, non datur negligentia. Zeigler. in Notis ad Lancellot. Instit. Jur. Canon. lib.* 5. *tit.* 27. §. 5. ubi
33. propterea recte infert, quod non poteſt negligens dici, qui impeditur, aut qui ignorat, *Moditius in* §. *Principum placita, dubit.* 107. *num.* 4. *Instit. de Jur. nat. gent. & civ. Ripa de Noctur. temp. cap.* 77. *num.* 20. ubi cum multis, quos allegat, concludit, quod probare volens negligentiam, duo copulative probare debet; nimirum, quod obligatus non fecerit, & quod facere potuerit, Nec non *Jo. Honorius Vanaxel. in Decretal. lib.* 1. *tit.* 10. *n.* 1. ubi adhoc affert plures *textus*, & *Gloss. in cap. Negligere* 2. *q.* 7. Unde *Bocer. ad l. contractus* 23. *ff. de regul. jur. cap.* 3. *num.* 10. ad culpam requirit non modo, quod sit ex omiſſione diligentiæ, ſed etiam, quod diligentia ſit debita. Ideo autem dixi ex *mera facientis negli-*
34. *gentia*, quia negligentia ad ſimplicem culpam Juridicam requiſita, ſi non eſſet mera, & pura ab omni intentione lædendi, ſed eſſet affectata, tunc æquipararetur dolo, *D. Medic. de casib. fortuitis, part.* 1. *qu.* 9. *num.* 6. ſi vero eſſet quæſita, ſeu electa ad lædendum, tunc dolum ſecum haberet, ideoque tunc eſſet negligentia, non ſimplex, & mera, ſed juncta cum dolo, ſeu doloſa: nam in ſe dolum contineret implicitum. Unde ipſummet etiam factum ex hujuſmodi doloſa negligentia proveniens dici deberet non culpoſum, ſeu culpatum; ſed doloſum, ut ex jam dictis patet.

Præmitto ſecundo culpam 35.
à nobis dictam fuiſſe *Factum &c.* nõ eo quod factum ipſum prædictum vere, ac proprie idipſum omnino ſit, quod culpa ipſa; ſed eo quod hæc vel eſt quid neceſſario antecedens, vel neceſſario ſubſequens, vel neceſſario concomitans, & conjunctum cum prædicto facto, quod culpam infert, ſeu culpæ tribuitur, & facienti ad culpam imputatur, ideoque ipſummet figurate culpa dicitur, prout ali- 36.
quando in Jure culpæ nomine vocatur negligentia, ex qua culpa fit *Bocer. loc. cit. nu.* 9. & culpatam negligentiam culpam appellavit *Zas. Intellectuum*

lectuum jur. singular. cap. 3. verf. Dolum esse, pariterque *Del Rio ad d.l. contractus, ff. de regul. jur. cap. 1. verf. Culpa licet* im-
37. prudentiam, ex qua sequitur culpa, culpam nominavit. Cæterum, sicuti culpa dividitur ex prædictis in Theologicam, & in Juridicam, sic etiam Negligentia ex *Pereyra in Elucidar. lib. 2. Elucidat. 4 sect. 3. num. 657.* & clarius ex *dict. Passerin. in cap. Ecclesiæ, nu. 11. de supplend. neglig. Prælator.*
38. dividi potest tum in internam, & invisibilem, quæ Theologice consideratur, ac in ordine ad forum animæ, nec in se videri potest ab hominibus, & consequenter neque sub eorum Judicio cadit, nisi quatenus ea in externum opus erumpit, & ex tali opere cognoscitur; tum in externam, & in ordine ad forum externum, quo in sensu eam diximus esse omissionem ejus, quod fieri potuit, ac debuit: interna enim negligentia, ut jam innuimus, est tum in intel-
39. lectu, tum in voluntate, ut inter alios tradit *Gabriel. à S. Vincentio de remediis ignorantiæ disp. 1. dub. 8. num. 78.* vel in sola voluntate, ut egregie docuit *Raynaud. de virtut. & vitiis lib. 2. sect. 3. cap. 2. n. 110.* ubi concludit negligentiam esse cessationem, seu torporem voluntatis in indicenda intellectui inquisitione necessaria ad effodiendam latentem veritatem, unde existit Judicii imprudentia, & falsitas. Si ergo de negligentia 40.
interna sermo sit, tunc factum prædictum ex ea proveniens vere dicitur quid consequens, seu effectus negligentiæ, ut expresse dixit *Raynald. in Praxi fori Pœnitential. lib. 1. cap. 3. num. 17.* & consequenter illud est effectus culpæ, quæ cum negligentia semper coniungitur, ideoque in hoc sensu verum est negligentiam 41.
à culpa distingui, tamquam antecedens à consequenti, sive tamquam causam ab effectu, ut dixit *Hotoman. in §. Item is, cui res, in V. Exactam diligentiam, Instit. Quib. mod. re contrah. oblig.* Si autem sermo sit 42.
de negligentia externa, cum tunc interveniat factum aliquod vere, vel præsumptive proveniens ex interna negligentia, ideoque adsint omnia ad prædictam culpam requisita, proinde tunc ejusmodi negligentia dici potest culpa, & in hoc sensu bene *Bocer. in d. l. contractus 23. ff. de reg. jur. cap. 3. num. 8. & seqq.* dixit cul- 43.
pam idipsum esse, ac negligentiam, & negligentiam esse

prætermissionem diligentiæ
43. debitæ, ac proinde tot esse gradus negligentiæ, sive culpæ, quot sunt gradus diligentiæ, quod expresse quoque traditum fuit a *Pufendorf. de jur. natur. & gent. lib. 1. cap. 7.*
44. §. 16. ubi concludit, quod Jurisconsulti tres negligentiæ gradus faciunt; prout tres concipi possunt in abstracto gradus diligentiæ, cujus omissio culpa est. Dixi *in abstracto*, quia in concreto aliud omnino dicendum est, ut recte monet *Bachou. ad Treutler. vol. 1. disp. 10. thes. 5. lit. C. & D.* nec non *Brunneman. ad l. Quod Nerva 32. num. 5. &*
45. *6. ff. depositi*, ubi, qui negligentissimus est in abstracto, potest culpa carere in concreto; diligentissimus autem
46. culpam committere in concreto: prout etiam culpa levis in abstracto potest esse lata in concreto, & è contrario, quod exemplis etiam *ibid.* declaratur, & clarius ex dicendis elucescet. Quamobrem

Præmitto tertio, quod, quamvis diligentiæ, ac negligentiæ, nec non consequenter etiam culpæ gradus (quos aliqui non bene, ut advertit *Coras. Miscellan. Jur. lib. 4. cap. 1. num. 5. Lopez Madera, animadversion. Jur. Civil. cap. 17. n. 4. Parlador. Quotidianar. differentiar. 132. n. 8.* species 47.
vocant) ab aliquibus duo tantum esse dicantur ex *Del Rio, ubi supra, cap. 1. vers. Species sunt, Vultei. Jurisprud. Roman. lib. 1. cap. 7. n. 73. & Chesio Interpretat. Jur. lib. 1. cap. 45. n. 3.* nimirum Culpa *lata*, & *levis*; a pluribus plures, nimirum tres, *lata levis*, & *levissima* ex *Bald. in l. ut vim 3. nu. 1. ff. de Just. & Jur. Coras. Miscellan. Jur. Civil. lib. 4. cap. 1. n. 11. Pichard. in Rubr. C. de l. Aquil. n. 8.* ab aliquibus quatuor *lata, latior, levis, & levissima. Loriot. in tract. de Regul. Jur. axiom. 138.* a multis autem quinque *lata, latior, latissima, levis, & levissima*, immo ab aliis etiam sex *lata, latior, latissima, levis, levior, & levissima* ex *Bartol. in l. quod Nerva 23. ff. depositi, Sebast. Medic. de casib. fortuit. part. 1. q. 10. n. 2.* quod tamen stultum, nedum ridiculum esse dixit *Conman. Jur. Civil. lib. 7. cap. 4. n. 7.* Nihi- 48.
lominus, sicuti diligentia distingui potest in abstracto in tres quodammodo universales gradus, nimirum in *Summam, Mediam, seu Mediocrem, & infimam* diligentiam, sic etiam Negligentia, quę diligentiæ opponitur, cum sit omis-

omissio debitæ diligentiæ, & consequenter culpa quoque Juridica, cum ex negligentia proveniat, distinguenda videtur in *summam*, seu *magnam*, *quæ passim dicitur lata*,
49. in *mediam*, seu *mediocrem*, quę passim dicitur *levis*, & in dubio, ubi secundum subiectam materiam non sit aliud dicendum, sub simplici nomine culpæ venit, *ex Bocer. loc. cit. nu.* 19. ubi pro hac opinione adducitur *Bartol. Bald. Alciat. Zas. Duaren. & Cujac.* eaque communis dicitur; & in *infimam*, seu *minimam*, quæ passim dicitur *levissima*, ut videre est apud *Gregor. Tholosan. Syntag. jur. univers. part. 3. lib. 21. cap. 11. nu. 3. Hilliger. ad Donel. lib. 16. cap. 7. lit. F. vers. Sed verius*, ubi culpæ nullas species, tres autem gradus constituit ex triplici diligentiæ gradu, nempe *summum*, *Medium*, *& Infimum*, *Bocer ad d. l. contractus*, *num.* 10. *Gonzalez in cap. unic. de Commodato*, *nu.* 4.
50. ideo autem prædictos tres culpæ gradus quodammodo universales, seu in abstracto antea vocavi, ut innuerem sub latitudine uniuscujusque ex tribus gradibus prædictis plures, ac varios alios gradus ob varias occurrentium casuum qualitates subesse posse: omnes enim humani actus recipere possunt per plus, & minus plures distinctos gradus, variasque differentias, ut dixit 51.
Decian. d. lib. 1. *cap.* 6. *num.* 8. egregie autem *Hilliger.* cum multis aliis, *d. cap.* 7. *lit. M.* ubi 52.
ait latam, itemque levem culpam non semper esse æqualem; sed nunc graviorem, nunc leviorem, idque pro re nata ex circumstantiis, & qualitate facti æstimandum, *Parlador. Quotidianar. differentiar.* 132. *num.* 12. ubi ait id in Judicis arbitrio positum esse, qui 53.
ex personarum, negotiorum, & rerum qualitate, atque circumstantiis diudicabit, quando lata, levis, vel levissima culpa contrahatur. Unde forsan factum est, ut sub culpæ 54.
latæ, seu magnæ, vel summæ gradu includantur etiam illæ, quæ latiores, vel latissimæ ab aliquibus appellãtur, prout in dicta ejusdem gradus latę culpę latitudine magis, vel minus accedunt ad Dolum: sub gradu culpæ infimæ, seu minimæ includantur etiam illæ, quæ leviores, vel levissimæ vocantur, prout magis, vel minus accedunt ad casum mere fortuitum, qui, ut sequenti capite videbimus, omni culpa caret; sub gradu autem levis, seu mediæ culpæ includantur pariter

riter illæ omnes, quæ inter gradum culpæ summæ, seu latæ, & gradum culpæ infimæ, seu levissimæ tamquam mediæ inter illum, & istum sunt, & vel magis, vel minus ad summum, vel infimum culpæ gradum accedunt; nam in hoc etiam medio gradu plures, ac inter se differentes culpæ in individuo, ac proinde in concreto reperiri possunt non secus, ac in prædictis duobus aliis gradibus. Cum ergo minimus, seu infimus
55. diligentiæ gradus (si gradus quilibet in universum, & in abstracto sumatur) in eis sit, qui minimam tantum adhibent diligentiam, idest eam tantum, quam communiter adhibere solent homines ejus professionis in illa re, tametsi alioqui parum circumspecti, seu parum diligentes sint; medius in iis, qui plusquam communiter diligentes sunt, licet diligentissimi non sint; summus autem in iis, qui exactissimam diligentiam adhibent (quæ omnino paucissimorum est) ac diligentissimi appel-
56. lantur; cumque ex prædictis diligentiæ debitæ, ac prætermissę gradibus totidem etiam fiant negligentiæ gradus, qui eis opponuntur, ideoque minimæ diligentiæ gradui ex adverso summæ, seu maximæ negligentiæ, & consequenter summæ, seu latę culpę gradus, mediæ, seu mediocris diligentiæ gradui mediæ, seu mediocris negligentiæ, & consequenter levis culpæ gradus; summæ autem, seu exactissimæ diligentiæ gradui minimæ negligentię, & consequenter levissimæ culpæ gradus respondeat, ut optime dixit *Bocer. loc. cit. nu.* 10. *Pufendorf. de jur. naturæ, & gentium lib.* 1. *cap.* 7. §. 16. *Tamburin. in Decalog. lib.* 8. *tr.* 3. *cap.* 2. §. 4. *n.* 2. *Gibalin. de Irregularit. cap.* 4. *qu.* 2. *num.* 4. *vers. Ex his colliges*, ubi ex diligentiæ gradibus desumunt gradus negligentię, nec non ipsius culpæ, quæ ex negligentia provenit; prout etiam fusius explicavi in *tractatu meo de Pollut. Eccles. disp.* 5. *cap.* 8. *num.* 2. idcirco, stante 57.
prædicta diligentiæ, negligentiæ, atque culpæ correspondentia, seu correlatione, ac veluti dependentia, nonnunquam in Jure, passim vero apud Jurisperitos, culpa per metonymiam quandam negligentia dicitur, & pro culpæ ipsius diversitate diversimode 58.
quoque negligentia, prout etiam culpa dicitur modo lata, modo latior, modo summa, modo minima, modo mani-

manifesta, modo dissoluta, modo gravior, modo remissior, modo magna, modo mediocris, modo levis, modo minima, ut patet ex *Rebuf. ad l. latæ culpæ 223. ff. de verbor. signific. Bocer. ibid. num.* 11. *&*
59. *seqq.* immo propterea culpa quandoque dicitur dolo proxima, prope dolum, prope fraudem accedere, dolum repræsentare, dolo comparari, & interdum dolus præsumptus, nec non simpliciter dolus
60. vocatur, quamvis, proprie loquendo, nunquam culpa verus dolus sit, ut ex prædictis constat, ac inter alios aperte tradit idem *Bocer. ibid. num.* 15.
61. *&* 17. prout etiam è contrario culpa, & negligentia interdum sub casus fortuiti nomine veniunt ex *Cabal. de omni genere homicidii, num.* 196. & ex aliis ibi adductis, quando eæ casui fortuito proximæ sunt, quamvis vere, ac proprie culpa, & negligentia nunquam sint casus fortuitus, ut clarius ex sequenti capite patebit, quibus attentis,
62. Dico, quod semper, dempto dolo, & casu mere fortuito, ex occidentis culpa fieri præsumitur, ut unus occidatur pro alio; prædicta enim occisio, cum dolosa non sit, ut ex præcedenti capite liquet, neque mere fortuita, ut ex sequenti liquebit, non nisi culposa præsumi debet ex natura ipsius actus, qui contra legem est, ideoque non sine culpa, nisi aliud de illo constet; unde generaliter ex qua- 63.
litate facti culpam præsumi dixerunt cum multis aliis *Ripa de nocturno tempore cap.* 12. *num.* 2. *Sabell. in summa divers. tractat. §. culpa, num.* 8. In specie autem, quod occidens unum pro alio regulariter in sola culpa versari præsumatur, 64.
expresse docuerunt *Cepol. consil. criminal.* 33. *num.* 3. *& seqq.* maxime vero *num.* 9. *vers. Et dico, quod non. Carer. de homicidio, §. Homicidii, num.* 59. vbi etiam plures concordantes affert, *Fagnan. in cap. Ad audientiam, num.* 62. *de homicidio, Menoch. de arbitrar. judic. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 324. *num.* 11. *Thesaur. decis.* 243. *num.* 4. ubi tale homicidium non dolo, sed culpa factum asserit ex *Juliv. Chartar. decis. criminal.* 56. *nu.* 38. *& seq.* ubi fuse idipsum probat, multorumque authoritate confirmat.
Colligo ad culpam Juridicam, de qua hic agitur, quinque requiri. Primo, ut sit 65.
actio externa, nam per eam læsio inferri debet. Secundo, ut sit contra id, quod tunc fieri

fieri debuit. Tertio, ut sit actio libera. Quarto, ut ea non sit ex intentione læsionem inferendi. Quinto, ut læsio, quæ ex tali actione infertur, ab agente præcaveri potuerit, prout ex prædictis colligi potest, & expresse tradit *Reginald. in Praxi fori Pœnitential. lib.* 10. *tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 17. *vers. Secundum.*

CAPUT QUARTUM.

An ex aliquo casu fiat aliquando, ut quis occidat unum pro alio.

SUMMARIUM.

Casus unde dicatur, & quid proprie significet. num. 1. *metaphorice ad multa significanda transfertur. num.* 2.

Grammatici quo in sensu casum accipiant. num. 3. *cur nominativum rectum, Genitivum autem, ac alios casus obliquos vocent. num.* 4. *Oratores, ac Poetæ qua in significatione casum accipiant. num.* 5.

Philosophi naturales quid casum appellent. num. 6. *& quid Ethici. num.* 7.

Theologi Scholastici quomodo casum accipiant. nu. 8. *Quomodo Theologi Morales. nu.* 9.

Casus conscientiæ generaliter quam varia amplectatur. num. 10. *specialiter quid significet. num.* 11.

Casus conscientiæ tribus modis dici solet. Proprie, Improprie, & impropriissime. num. 12.

Jurisconsulti multipliciter casum sumunt. num. 13.

Casus legis quid sit. num. 14.

Casum legis cum habemus, ulterius disputandum non est. num. 15.

Cur aliquando culpa, pariterque negligentia simpliciter appellentur casus. num. 16.

Jurisconsulti generaliter eventum quemcumque incertum sub nomine casus comprehendunt. num. 17.

Casualis conditio quænam sit? num. 18.

Casus improvisus quomodo distinguatur à casu fortuito stricte sumpto. num. 19.

Casus fortuitus late sumptus apud Jurisconsultos quisnam sit. num. 20.

Theologi quodnam homicidium dicant voluntarium, & quodnam casuale, ac fortuitum. num. 21.

Casus quinam tribuatur fortunæ, & quinam mero casui. num. 22. *an in Jure promiscue positi reperiantur. num.* 23.

Fortunæ nomen an vere vanum. num. 24.

PRÆMITTO primo, quod nomen *casus*, ut à cadendo dicitur, ita nunc in quæstionem cadit, quonam in sensu hic accipi debeat, ideoque in primis videndum est, quotupliciter *casus* ab auctoribus sumatur; quamvis enim secundum primam, propriam, & communem significationem *casus* pro actu cadendi à latinis usurpetur, *Rebuf. in l. silva cædua, §. glans caduca, vers. Casus actus, ff. de verbor. signif.* quo in sensu aqua pluvia dicitur aqua de Cælo cadens, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de aqua pluvia arcenda*: metaphorice tamen *casus* ad alia multa, multumque diversa significanda transfertur. Grammatici enim varias ejusdem vocabuli diver- 1.
2.
3.

ſimode deſinentis formas, ſeu
ejuſdem nominis inflexiones,
quibus idem nomen in aliam,
atque aliam cadit effigiem,
4. *caſus* appellant, indeque no-
minativum rectum nomi-
nant; cæteros vero, qui ab illo
deflectunt, cum a ſuo recto
declinent, ac quodammodo à
rectitudine cadant, obliquos
vocant, *Pereyr. in Elucidar. lib.*
3. elucidat. 4. ſect. 4. num. 1621.
5. Oratores, ac Poetæ miſerias,
& calamitates, per quas quis
à ſtatu meliori, in quo antea
erat, in pejorem cadit, caſum
appellant, *Virg. Æneid. 1. ſed*
ſi tantus amor caſus cognoſcere
noſtros. Philoſophi naturales
6. cum *Ariſtotele 2. Phyſic. cap. 4.*
cauſam, ſeu effectum omnem
per accidens caſum dicunt.
Philoſophi morales caſum
7. capiunt pro eo eventu, qui ex
prudentiæ defectu provenit,
quando ſcilicet quis à pru-
dentiæ regula cadit; unde
paſſim vulgatum illud cani-
tur *Non de ponte cadit, cum*
8. *quo prudentia vadit*. Theologi
Scholaſtici caſum accipiunt
pro lapſu, & aberratione à
recta virtutis via, cum quis
nimirum à Divina gratia,
lethaliter delinquendo, vel à
Charitatis fervore, venialiter
peccando, cadit. Ideoque de
Angelorum, nec non de Ada-
mi caſu plura diſputant, quo
etiam in ſenſu capi debet Pro-
loquium illud, *ſepties in die*
cadit Juſtus, quod habetur *in*
cap. ſepties, de Pœnit. diſt. 2.
Theologi Morales aliquando 9.
nomen caſus generaliter acci-
piunt, ideoque omnem pror-
ſus quæſtionem circa morales
actiones incidentem, ſeu de
moribus agentem conſcien- 10.
tiæ caſum appellant, ſive ad
peccata, ſive ad cenſuras, aut
vota, ſeu Juramenta, vel quæ-
libet alia ſpectet, quæ con-
ſcientiam reſpiciant; aliquan- 11.
do autem ſpecialiter, & pec-
cata ipſa tantum caſus dicunt,
quos in reſervatos, & non
reſervatos dividunt, ac à cen-
ſuris diſtinguunt, prout eos in
prędicto ſenſu accipiunt, dum
cum *Pereyr. in Elucid. lib.* 3.
Elucidat. 4. ſect. 4. num. 1621.
verſ. Preſſe facultatem abſol-
vendi à caſibus Epiſcopo re-
ſervatis ad cenſuras non ex-
tendunt, niſi facultas cenſuras
etiam exprimat, dicendo à
caſibus, & cenſuris. Immo
aliqui cum *Comitol. Reſponſor.*
Moral. lib. 1. quæſt. 23. *num.* 2.
verſ. Sane mihi docent nomen 12.
caſus tribus modis uſurpari
ſolere *Proprie, Improprie, &*
Impropriiſſime, ſive ſtricte, late,
ac latiſſime, nimirum primo
pro peccato, ſecundo pro
pœna

pœna peccati, & tertio pro voto, & aliis ejusdem generis.
13. Jurisconsulti casum diversimode sumunt; aliquādo enim quamlibet propositam de Jure quæstionem, seu controversiam casum nominant, *l. neque leges, ff. de legib.* quasi quæ acciderit, & casu contigerit; unde in legibus interpretandis eam facti speciem, de quo lex agit,
14. seu ad quod ea lex aptari potest, casum legis, seu casum ex lege figuratum inscribunt; factum enim illud (sive antea evenerit, sive postea evenire possit) ejusmodi legi causam, seu occasionem dedit, ut notavit *Lucas de Penna in lib.* 10. *Codic. tit.* 15. *num.* 15. & notandum dixit *Decian. ad Alberici Dictionar. V. Casus*, & *Rebuff. in l. sylva cædua* 30. §. *glans caduca, vers. casus pro propositione,*
15. *in fin.* unde quoque factum est, ut, cum casum legis habemus, ulterius disputandum non esse passim dicatur, *l. Ancillæ, C. de fur. Cacheran. decis.* 28. *num.* 13. Aliquando etiam, sed raro, ut ait *Bocer. in l. contractus* 23. *ff. de regul. jur. cap.* 3. *nu.* 32.
16. culpam simpliciter casum vocant: quando scilicet ex culpa casus provenit, ac propterea mirum non est, quod aliquando casum quoque pro negligentia sumant, *Del Rio ad l. contractus* 23. *ff. de reg. jur. cap.* 2. *vers. casus fortuiti*. Generaliter autem eventum quemcumque incertum sub nomine casus comprehendunt, atque idcirco eam conditionem, quę 17.
in futurum aliquem eventum incertum confertur, casualem 18.
dicunt, *Reyger.* cum multis, quos adducit in *Thesaur. jur. V. conditio, num.* 1. Dixi vero *generaliter*, quia sæpe Jurisconsulti prædictum ejusmodi eventū varias quodammodo in species dividunt, seu multimode distinguunt. Unde

Præmitto secundo, quod Jurisconsulti non semper omnem incertum eventum simpliciter casum vocant; sed, variis ei adiunctis Epithetis 19.
modo improvisum, modo fortuitum, modo etiam fortunæ casum appellant. Improvisum enim eum esse dicunt, qui contingere, seu evenire solet imprudentibus, & in quo proinde semper aliqua intervenit culpa, vel intervenire præsumitur, quæ tali casui causam, vel occasionem dedit, ac præter intentionem evenit, *Ursil. ad afflict. decis.* 150. *num.* 28. *Manent. decis.* 53. *num.* 14. Fortuitum autem, stricte loquendo, eum appellant, qui sine culpa, & præter opinionem, propositum, seu inten-

tionem evenit, nec ei provideri potest, *Laurent. Silvan. de feudi recognitione, quæst.* 109. *num.* 36. *Santern. de Assecurat. part.* 3. *num.* 66. *Vermigliol. cons. criminal.* 26. *num.* 19. Dixi autem *stricte loquendo*, quia Jurisconsulti latiore vocabulo, ut
20. inquit *Gibalin. de irregularit. cap.* 4. *quæst.* 1. *nu.* 3. *vers. Duobus autem modis* fortuitum appellant, quicquid à nobis non fuit intentum, licet prævisum aliqua ratione fuerit, aut prævideri potuerit, & debuerit, prout è contrario
21. Theologi, cum culpam duntaxat, ac forum internum attendant, sicut omne homicidium culpabile dicunt voluntarium, quocumque modo voluntarium sit, sic illud tantum dicunt casuale, ac fortuitum, quod culpæ omnino expers est, licet obiective, ac materialiter iniquũ sit. Quia vero præter humanam prævidentiam, ac providentiam, ac proinde sine culpa dictus casus evenire potest nonnunquam ex aliqua nostra operatione, nonnunquam vero absque ulla nostra operatione, idcirco casus ille ab aliquibus
22. Fortunæ; iste autem mero casui tribuitur, ut patet ex *Jason §. sed iste num.* 53. *instit. de action. Hieron. Prævidel. de Peste, V. si extet etiam statutum, num.* 5. *Sebast. Medic. de fortuit. casib. part.* 1. *quæst.* 12. *num.* 12. ubi tamen recte subdit, quod 23.
in Jure unum pro alio promiscue positum reperitur, rectius autem *Ursil. loc. cit.* dixit Fortunam non esse, & *Parlador. Quotidianar. differentiar.* 132. *num.* 17. & 19. docuit Fati, 24.
seu fortunæ nomen à nobis vanum habendum esse, cum Dei nutu, ac voluntate omnia regantur, & gubernentur, rectissime vero *Caramuel in apparatu Philosophico tract.* 4. *art.* 6. *conclus.* 3. *vers. fatum*, & in *Phisico-Etico, num.* 411. *vers. Etiam in efficiendi genere* Fa- 25.
tum, Casum, & Fortunam, si accipiantur, prout ab Ethnicis exponebantur, qui quandam effectuum omnium necessitatem Fatum esse voluerunt, ideoque fortuitos casus omnes ex Fato, seu Fortuna provenire credebant, eosque modo fatalia damna, modo vim majorem appellabant, ut apud *Bocer. ad l. contractus* 23. *ff. de regul. Jur. cap.* 3. *num.* 23. videre est, deliria esse censuit. Quamvis enim respectu ho- 26.
minum quædam non male dici possint fatalia, nam respectu hominum sunt necessaria, nec in eorum manu est illa evitare, & alterare, nihilomi-

lominus ipsamet absolute Fatalia dici nequeunt, cum eadem omnino à libera Dei voluntate dependeant.

27. Præmitto tertio, quod casus fortuitus facto hominis, seu ex operatione aliqua hominis eveniens, cum regulariter, seu communiter eveniat ex operatione, quæ ut plurimum non est sine aliqua negligentiæ culpa, cumque à commu-
28. niter accidentibus culpa præsumatur, culposus proinde, seu culpatus præsumi debet; unde tunc casum mere fortui-
29. tum allegans eum probare debet; è contrario vero casus fortuitus facto naturæ, ac sine ulla operatione hominis eveniens, cum regulariter absque hominis culpa evenire soleat, & à communiter accidentibus argumentari liceat, proinde mere fortuitus, & sine culpa præsumi debet; unde tunc culpam allegans eam probare tenetur, *Capra regula* 78. *n.*54. *& seqq. Bargal. de Dolo lib.* 5. *cap.*2. *num.*85. *& seqq. Gargiar. singular. part.* 1. *singular.* 9. *num.* 24. *& seqq. Sabell. in summa diversor. tract.* §. *Casus* 6. *nu.* 6. *&* 12. ubi etiam, quinam casus
30. cum culpa, & quinam sine culpa evenire soleant.
31. Dico, quod etiam ex casu mere fortuito aliquando fit, ut quis occidat unum pro alio: Sicuti enim aliquando sine dolo, sed non sine culpa quis occidit unum pro alio, ut ex præcedenti capite liquet, sic etiam aliquando sine dolo, & sine culpa quis occidit unum pro alio, ut ex inferius dicendis patebit; ac proinde tunc occisio illa mere fortuita, & simpliciter casualis vere dici 32.
potest, cum tunc non ex dolo, non ex ulla culpa, sed ex casu omnino fortuito accidat: Quando enim Titius, exempli causa, pro necessaria sui 33.
ipsius defensione, & cum moderamine inculpatæ tutelæ volens occidere Petrum (qui tunc in Urbis Viculo stricto gladio Titium ipsum occisurus invadebat) ac proinde, adhibita semper omni debita diligentia, ne quispiam alius inde lædatur, sclopum, quo armatus erat, statim in invasorem explodit, sed explosionis ictus non Petrum (in quem directus fuit, & qui tunc opportune, ut ictum prædictum vitaret, in terram se projecit) sed Paulum amicum suum occidit, qui tunc forte ad quandam proximæ domus suæ fenestram directo contra sclopi tunc explosi repentinum ictum positam accedens se se insciens obvium

ictui

ictui prædicto scopum fecit;
& ab illo lethaliter vulneratus
inde periit; certe prædicto in
casu nemo, ni fallor, inficia-
bitur, quod Titius non occi-
derit Paulum pro Petro, ideo-
que unum pro alio ex mero
infortunio, & vere, ac pure
casualiter; hoc enim expresse
tradere videntur *Del Rio ad d.*
l. contractus 23. *ff. de regul. jur.*
cap. 3. *vers. Casus fortuitus*, ubi
34. breviter in fine concludit,
quod casus fortuitus excludit
dolum, & culpam, & solum-
modo, quæ contra volunta-
tem nostram eveniunt, com-
prehendit; *Ayrer. de triplici*
genere homicidior. part. 3. *num.* 1.
& seqq. ubi num. 19. inter alia
exemplum affert Venatoris,
qui, telo in feram emisso, ho-
minem casu interficit; *Theo-*
dor. Martin. in jurisprud. crimi-
nal. dissertat. 4. *sect.* 2. *num.* 8.
& 16. ubi plura simul exem-
pla refert casualis homicidii;
Farinac. quæst. 126. *part.* 1. *nu.*
5. 56. *& seqq. Granovius in not.*
ad Grot. de jure belli, & pacis
lib. 3. *cap.* 11. §. 4. *num.* 11. ubi
35. merum infortunium appellat,
cui nec dolus, nec ulla culpa
subest, *Gibalin. de Irregularit.*
cap. 4. *quæst.* 2. *num.* 2. *Pufen-*
dorf. de jur. natur. & gent. lib. 3.
36. *cap.* 1. §. 6. ubi casum fortui-
tum dicit eum esse, in quo
nulla cujusvis culpa admixta
est, ac exemplum affert ado-
lescentis cujusdam, qui ensem
in socium impulit, dum latro-
nem ferire conatus est; ad
quod ibidem subdit:

Te servans socium verso
mucrone necasti,
Purior es manibus nunc,
quam prius esse solebas:

quibus etiam addi possunt ii,
quos retuli, & quibus adhæsi
in tractatu de *Pollut. Eccles.*
disp. 5. *cap.* 13. *num.* 1. *& seqq.*
Colligo, quod, quemad- 37.
modum faciens actionem pe-
riculosam, & ex qua nonnun-
quam evenire solet homici-
dium, tenetur vel actionem
illam omittere, vel eam adhi-
bere diligentiam, qua ejus-
modi periculum caveatur; &
si neutrum faciat, reus est
homicidii, quamvis illud præ-
ter agentis intentionem secu-
tum fuerit, & ex lato Jurispe-
ritorum loquendi modo ca-
suale nuncupetur; ita debi-
tam adhibens diligentiam in
prævidendo, ac providendo,
ne fortassis ex actione, quam
facit, sequatur aliud homici-
dium, quam tunc à faciente
intentum, nullius culpæ reus
est respectu homicidii, quod
præter intentum inde sequu-
tum est: si vero actio prædi- 38.
cta ex natura sua esset ordi-
nata

data ad ejusmodi homicidium non intentum, aut cum illo fere semper, atque hic, & nunc coniuncta esset, tunc illud non in se, sed in sua causa volitum, atque culpabile foret agenti, ac proindè tunc esset non omnino fortuitum, sed culpatum, & fortuitum, seu mixtum ex utroque, ut cum multis aliis, quos allegat, fuse, ac docte tradit *Gibalin. d. cap. 4. quæst. 2. num. 8. & sequentib. ubi num. 10. vers. Neque distin-*
39. *ctio illa* concludit, quod, quando adhibita fuit diligentia prudenter in talibus circumstantiis necessaria, tunc illa moraliter periculum omne abstersit, ideoque actio illa cum tali diligentia non est amplius moraliter periculosa, itaut homicidium, quod nihilominus inde re ipsa (non enim semper fortuiti casus,
40. licet soliti ab humana providentia prævideri, aut caveri possunt, *Sebast. Medic. de casib. fortuit. part. 1. quæst. 13. nu. 9.*) secutum fuit, involuntarium, & inculpatum, ac prorsus casuale sit, cum nulla in eo cavendo negligentia, ut supponitur, commissa fuerit, & consequenter nulla etiam culpa, quæ negligentiam sequitur, tunc intervenerit, ut egregiè docet *Pufendorf. in Element. Jurisprud. universal. lib. 1. definition. 17. §. 7.*

CAPUT QUINTUM.

Quænam diligentia præstari debeat ad culpam vitandam in periculo occidendi unum pro alio.

SUMMARIUM.

Periculi ethimologia quænam sit. num. 1.

Experimentum cur periculum vocetur. num. 2.

Experior unde deductum. nu. 3.

Periculi variæ descriptiones à variis afferuntur. num. 4.

Periculum est impendentia mali, quod ex re certo existente certo evenire potest, ac probabiliter eventurum est. num. 5.

Periculum duo in se complectitur, & quæ sint. num. 6.

Non omnis impendentia mali est periculum, & cur. num. 7.

Periculum incertitudinem eventus secum habet. num. 8.

Periculum mortis in quo differat ab articulo mortis. num. 9.

Quodcumque malum quomodocumque futurum cur aliquando, sed impropriè, dicatur periculum. num. 10.

Periculi nomine in Jure venit aliquan-

)(§)(§)(§)(


RÆMITTO primo, quod, cum in præcedenti capite dictum sit culpam tunc ab occidente unum pro alio evitari, quando is debitam adhibuit diligentiam in prævidendo, ac præcavendo, ne, dum unum occidere vult, alium præter intentionem occidat, proinde reliquum nunc est, ut videamus, quænam diligentia debita sit ad culpam vitandam, quando imminet periculum occidendi unum pro alio. Quoniam vero periculi notitia cæteris facem præferre potest, ab ipso initium sumam. *Periculum* igitur, ut aliqui à *Pereo* deductum putant, quia sæpe perire facit, *Balzaran. de feud. lib. 2. tit. 24. ad §. Præterea, num. 10.* alii autem à *Perior* verbo antiquo, cujus compositum est *experior*, & hinc experimentum, quod etiam Periculum vocatur, cum raro experimentum sine periculo fiat, *Altenstaig.* & apud eum *Servius in lexic. Theologic. V. Periculum*, quamvis nonnulli *Experior* à *Perio*, quo antiqui pro *Aperio* ejus composito utebantur, deductum esse dicant, Experientia enim aperit, seu docet, ac Peritos facit; sic etiam *Periculum* varie à variis describitur: nam ab *Aristot. Rhetoric. 5.* dicitur esse timendæ rei appropinquatio; ab aliis apud *Poman. in Breviar. Theologici part. 1. n. 179. & part. 3. n. 338.* Discrimen salutis, itemque Verisimilitudo mali imminentis, nec non occasio, vel proclivitas pereundi, seu moralis certitudo mali imminentis, aut Articulus, punctumque mali impendentis, prout etiam Imminentia ipsa mali Instantis, sive Probabilitas instantis mali, quemadmodum innuere videtur *Caramuel Theolog. Fundamental. lib. 1. Fundament. 17. quæst. 17. num. 637. vers. hic etiam*; Clarius autem, ut puto, sic describi potest, ut sit *Impendentia mali, quod ex re certo existente, certo evenire potest, ac probabiliter eventurum est*. Periculum enim, si stricte, ac proprie sumatur, duo in se complectitur, quæ inter se valde distinguuntur, ac bene cōsideranda sunt. Primum est certitudo existentiæ rei, ex qua malum certo sequi potest. Alterum est probabilitas futuritionis mali ex dicta re, nec unum sine altero ad periculi constitutionem sufficit, ut ex infra dicendis plane constabit. In descriptione igitur Periculi, dixi, quod illud est *Impendentia*

Margin numbers (left column): 1. (beside "tium sumam"), 2. (beside "experior"), 3. (beside "quamvis"), 4. (beside "ac Peritos"); (right column): 5. (beside "cribi potest"), 6. (beside "liter eventurum est").

tia mali, quia hæc duo verba
7. stant loco generis, cætera vero loco differentiæ; non enim quævis impendentia, seu imminentia mali semper est vere, ac proprie periculum, sed ea tantum, in qua malum impendet ex re, quæ jam certo existit, & certo illud inferre potest, ac probabiliter
8. inferet. Unde Impendentia mortis ex re, quæ certo mor-
9. tem inferet, non est proprie periculum mortis, sed articulus potius, vel certa futuritio mortis, ut patet ex *Pasqualig. de his, qui sunt in periculo, aut articulo mortis, quæst.* 1. *num.* 4. ubi multos affert idipsum asserentes, nam periculum semper incertitudinem eventus, ac proinde probabilitatem, quod eventus futurus, & non futurus sit, secum habet, nec absque prædicta eventus incertitudine, ac probabilitate stare potest; quamvis impro-
10. prie quodcumque malum quomodocumque, ac etiam certo futurum nonnunquam periculum dicatur, tunc enim etiam malum illud, quod certo eveniet, cum nondum actu eveniret, quodammodo imminere, ac pendere, ideoque aliqualiter periculum dici posse videtur; ad quod etiam faciunt, quæ dixi in *tractat. de Pollut. Eccles. disp.* 5. *cap.* 19. *num.* 4. & eo in sensu *Remig. à S. Catharina in extract. morali, tract.* 2. *nu.* 1. bene dixit, quod, licet Articulus mortis contineat periculum; non tamen omne periculum est articulus
mortis. Quin immo inde 11.
quoque factum creditur, ut nonnunquam in Jure quodlibet nocumentum, seu damnum, vel incommodum, nec non aliquando casus ipse fortuitus periculi nomine vocetur, cujusmodi est homini mors, vulnus, depravatio, agro chasma, alluvio, vino acor, aut mucor, *Cujac. in Paratit. ad tit. C. de pericul. & commod. rei vendit. Gothofred. ad eundem titulum, Bocer. ad l. contractus* 23. *ff. regul. jur. cap.* 3. *num.* 34. & *Santerna de assecurat. part.* 4. *num.* 3. & 4. ubi 12.
propterea subdit periculum proprie sumi pro periculo personarum, improprie pro periculo rerum, cum illud propter aliquam culpam provenit, impropriissime vero pro casu fortuito. Unde neque mirum est, quod periculum quando- 13.
que sumatur pro culpa ipsa, quæ in periculo prævidendo, ac præcavendo committitur, nec non pro suspicione aliqua periculi, ut in *l. actus*, §. *in hac, ff. de aqua pluvia arcen.* & pro

solicitudine, quæ coniuncta cum periculo esse solet, *Pereyra in Elucidar. lib. 1. elucidat. 8. sect. 6. num.* 172. nec non pro re periculosa, seu periculum afferente, quo in sensu dicimus periculum propulsare, *Martin. in Lexic. Philologic. V. Periculum, nu.* 3. Immo
14. nec desunt, qui periculi nomine appellari velint libellum, seu tabellam, ex qua, tamquam ex scripto breviculo promitur; seu recitatur Judicis sententia, vel id, quod ibi scriptum reperitur, & in hoc sensu dictum fuisse in *l.* 2. *C. de sentent. ex pericul. recitan.* sententiam ex periculo promi debere; qua de re videndus *Donell. Enucleat. lib.* 28. *cap.* 3. & ibi notata *lit. b.* licet aliqui non *ex periculo*, sed *ex breviculo* legendum putent; alii autem *ex Pariculo*, ut videre est apud *Beleynian. instit. jur. canon. lib.*
15. 4. *tit.* 3. §. 9. *in fine*, ubi Breviculum à brevi forma deductum putat, & breviculi nomine brevem schedulam significari, *Amaj. in Cod. lib.* 10. *tit.* 31. *cap.* 2. *num.* 12. & *Herald. in observat. ad Jus Atticum, & Roman. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 8. & 9. ubi Pariculum à Pari deductum fuisse putat, & in *d. tit. C.* antiquitus scriptum fuisse *ex Pariculo*, licet ibi postea descriptum, ac pronuntiatum fuerit *ex Periculo*; mutata vocali A in E, ut frequentissime fieri consuevit, & clare patet in verbis *Properare*, *Progredi*, & aliis, quæ videri possunt apud *Passerat. in libello de litterarum inter se cognatione, ac permutatione.*
Periculum igitur, quamvis 16.
nomen anceps, ac medium, seu commune dici possit ex *Gellio lib.* 12. *cap.* 9. & *Passeratio in addit. ad Ambrosii Calepini dictionar. V. Periculum*; nihilominus hic à nobis non nisi proprie accipitur, ideoque dicitur esse non malum ipsum, quod certo sequi potest, neque res ipsa, ex qua illud impendet; sed ipsamet impendentia mali probabiliter ex ea re secuturi, prout jam dictum est.

Præmitto secundo, quod, cum prædicta impendentia mali pro multiplici, ac varia in unoquoque casu rerum, ac circumstantiarum diversitate multiplex, ac varia esse soleat, proinde ipsum etiam periculum multiplices, ac varias inde sumit denominationes, de quibus infra. Nam, quando *Pasqualigus loc. cit. quæst.* 4. *n.* 3. periculum imminens à præ- 17.
senti non distinxit, tunc periculi effectum figurate pericu-

lum

lum appellavit; unde postea dixit mortis periculum tunc adesse, quando mors proxima instat, quia tunc mortis periculum imminet, quamvis mors tunc præsens non sit;
18. aliud enim est adesse periculum mali, hoc est, jam certe existere rem, ex qua certo malum sequi possit, ac probabiliter secuturum sit; aliud autem adesse malum periculi, hoc est jam adesse malum ipsum, quod antea ex re illa probabiliter secuturum fuit;
19. prout etiam aliud est, quod malum ex periculo probabiliter eventurum impendeat, vel immineat, seu instans sit, aliud autem, quod illud malum sit præsens; latius enim patet instans, quam præsens, *Borell. in summa decision. tom. 3. tit. 1. num. 609. & seqq.* sicuti adesse valde differt ab impendere, ut patet ex *Cicerone epistol.* 58. ubi ait, *ut ea, quæ partim adsunt, partim impendent, moderate feramus*, & ad *Attic.* 37. *ea contentio, quæ impendet;* idest futura est, sic enim explicat *Nizolius* eum Ciceronis locum in suo *Thesauro Ciceroniano, V. Impendeo.*
20. Quamvis autem prædicta vera sint; nihilominus aliquando ipsum etiam periculi malum, quod nondum secutum est, sed de proximo secuturum est, pro præsenti habetur, & quodammodo præsens dicitur, prout etiam de proximo accingendus, habetur pro accincto, & parum distans, 21.
nihil moraliter distare dicitur, *Medic. in tract. mors omnia solvit, part. 1. nu. 14.* sed proprie, ac vere loquendo, ut periculi malum, antequam eveniat, dici non potest præsens, sed impendens; ita, postquam actu evenit, dici nequit impendens, nec probabiliter futurum, ut antea; immo juxta prædictum sensum tunc malum, quod ex periculo jam secutum est, vere non est amplius periculi malum, quia 22.
periculum ipsum prædicti mali non est amplius, sed antea fuit talis mali periculum, & idcirco prædictum malum non est amplius periculi, quod antea fuit, obiectum, sed est effectus, quem alii periculi exitum, seu periculi terminum vocant: prædictum enim malum, ut, stante periculo, absens erat, ac solummodo impendebat, ita post periculi effectum, præsens efficitur, nec amplius impendet, ut patet ex *Caram. Theolog. Regul. disp. 70. num. 1056. & seqq.*

Præmitto tertio, quod in peri-

periculi descriptione ideo dixi, *quod ex re certo existente certo evenire potest, ac probabiliter eventurum est*, quia, nisi
23. adsit tum certitudo vel Physica, vel moralis, quod existat res, ex qua certo sequi possit malum, tum probabilitas, quod prædictum malum ex prædicta re secuturum sit, nunquam aderit periculum proprie acceptum, de quo hic agitur, cum, ut jam vidimus, ad illius essentiam, & existentiam tam certitudo, quam probabilitas prædicta necessario requiratur; idcirco vero utraque simul ad veri periculi constitutionem necessaria est, quia, si non certum, sed pro-
24. babile tantum sit, quod existat res, vel quod ex ea malum non nisi probabiliter evenire possit, tunc, cum probabile quoque sit, quod non existat res, vel quod ex ea malum evenire non possit, cumque in tali casu cuivis hanc secundam probabilitatis partem amplecti certo liceat, proinde nullum probabiliter periculum adesse dicendum erit cum *Caramd. disp.* 70. *n.* 1058. si vero non certum, sed probabile tantum sit, quod exinde malum eveniat, tunc, si adsit antedicta certitudo ad periculum necessaria, vere, ac integre periculum adesse certo dicendum erit, cum tunc omnes periculi partes adsint, quæ illud complent, licet ipse periculi effectus certus non sit, ut jam dictum est; quia vero in periculo præter ejus existentiam considerari quoque debet ipsius quantitas, & qualitas, quæ ex ejus- 25.
dem circumstantiis colligitur, ut optime docuit *Caramuel. Theolog. fundamental. lib.* 1. *fundament.* 11. *num.* 535. *vers. Igitur*; idcirco Periculum 26.
aliud Physicum dicitur, aliud morale, aliquando leve, aliquando grave, intrinsecum, vel extrinsecum, aliud evidens, aliud probabile, proximum, vel remotum, aliud voluntarium, aliud non voluntarium, aliud absolutum, aliud respectivum, & aliud magis, aliud minus probabile, prout ex substantialibus uniuscujusque periculi circumstantiis, & ipsamet experientia, vel propria, vel aliena diligenter inspecta prudenter elici potest, maxime autem id omne bene perpendi, ac observari debet in periculo peccandi, seu delinquendi, quod proinde semper vel physice, vel moraliter saltem, cum 27.
physice non possumus, vitare debemus juxta illud *Ecclesiastic.*

ftic. cap. 3. *Qui amat periculum, peribit in illo*: probabilitatis autem prædictæ gradus omnes *Caramuel* loco nuper allegato, *num.* 537. *ac duobus sequentib.* ita proponit, ac exponit, ut nil clarius, vel melius addi posse crediderim. Quo ad cætera vero videri potest *Santerna de Assecurat. part.* 4. *Sebast. Medic. de fortuit. casibus, part.* 1. *quæst.* 11. *Vital. Camban. de clausul. Rubric. de metu Carceris, vers. restat videre, num.* 7. *De Ponte conf.* 44. *num.* 12. *Del Riùs ad l. contractus* 23. *de regul. jur. cap.* 21. *Rebuf. ad l.* 71. *de verbor. signif. vers. Usque ad summum pericu-*
28. *lum*; ubi summi periculi nomine mortem appellat, *Barbov. ad Treutler. part.* 1. *disp.* 24. *thes.* 3. *Albertus de Albertis in Paradox. moralib. de ornatu Mulier. disp.* 1. *cap.* 5. *§.* 10. *num.* 152. *& seqq.* ubi asserit, quod ex occasione periculum delinquendi existit, & inde
29. recte inferri potest, quod occasio vere, ac proprie non est idem, ac periculum, nam ea est quid antecedens ad periculum, & hoc ex illa sequitur; illa enim, ut egregie tradit *Pufendorf. elementor. jurisprud. general. lib.* 1. *definit.* 11. *§.* 3.
30. habet se ad suscipiendas actiones tam bonas, quam malas efficacissimi instar stimuli, ut nimis quam vere vulgo jactetur, occasionem facere furem; periculum vero non habet se, nisi ad malum, quod inde sequi potest, ac forsitan sequetur, ac propterea periculum omne ex se non nisi malum esse videtur, cum bonum non 31.
solum sit carere malis, sed etiam carere periculis, ideoque leges publicæ non solum 32.
damna, sed etiam pericula caveant, cum esse actu in periculo probabili malum certum, & actuale sit ex *Caramuele Theolog. fundamental. lib.* 1. *fundament.* 17. *nu.* 637. *vers. hic etiam advertendum*; tutius enim est, inquit *Divus Hieronym. epistol.* 47. perire non posse, quam juxta periculum non periisse, unde nemo præsumitur se velle periculo ex- 33.
ponere, *Tusch. lit. P. conclus.* 281. *& seqq. Sabell. in summa, §. Periculum, nu.* 16. à multis tamen tam occasio delinquendi, quam periculum ex ea proveniens ita quodammodo confunduntur, ut ambo vel pro iisdem, vel pro uniformibus accipi videantur, ut videre est apud *Gabriel. à S. Vincent. de remediis ignorantiæ disp.* 13. *dub.* 13. *num.* 102. ubi ait, *Nota ex communi Theologo-* 34.
rum consensu, quod tenetur quili-

bet

bet homo vitare proximum graviter peccandi periculum, seu proximam occasionem, alias censebitur amare, seu velle tale periculum, simulque malum ex eo probabiliter secuturum, ac proinde graviter peccabit, Fagnan. in cap. innitaris, de constitut. nu. 207. ubi ex *Divo Thoma*, &
35. aliis infert, quod periculo peccati mortalis se exponere peccatum mortale est, cum in moralibus ejusdem malitiæ sit constituere se in morali periculo admittendi criminis, atque illud admittere, ita *Villalobos, Megal. Jo. de la Cruz, & alii cum Mazuchel. de casib. reservat. disp. 2. cap. 4. difficult. 1. nu. 79. & 80. Nidus ad regul. jur. in 6. regul. 5. nu. 25. Fagnan. in cap. Ne innitaris, de constitut. num.* 206. ubi ait, quod Jure naturali, & divino prohibentur omnes exponere se periculo divinæ offensæ, seu propriæ salutis; eodem enim præcepto, quo quis crimen vitare tenetur, obligatur quoque ad proximum illius periculum vitandum ob connexionem quandam moralem, quam periculum habet cum eo crimine, unde volens periculum censetur etiam simul velle crimen ipsum, cum quo nectitur ejusdem criminis periculum; nemo autem ob ullam rem potest se proximo, seu formali peccandi periculo exponere, ut post *Lessium de just. & jur. lib. 4. cap. 3. dub. 14. num. 98. vers. Hoc tamen intelligendum*, & alios passim recte tradit *d. Gabriel, ubi supra, num. 110. in fin. & Florentin. in Theatro contra Theatrum, class. 3. discurs. 7. num. 410. & seqq.* ubi distin- 36.
guit periculum leve à probabili, & à certo, seu evidenti, quod etiam dicitur proximum, & concludit tunc periculum moraliter certum esse, quando est coniunctum certitudine morali cum futuritione ejus mali, cujus est periculum, & *Saccus in fascicul. florum, lib. 1. tract. 3. cap. 3. num.* 29. & 30. ubi dicit, quod con- 37.
stituens se in proximo graviter peccandi periculo, ideo graviter peccat, quia salutem spiritualem contemnere convincitur, qui se probabili ejus amittendæ periculo exponit, ad quod *Suarez, Cajetan. Castro, Navar. Sanchez & Merollam* affert, & asserit, quod 38.
moralis proxima peccandi occasio, vel morale proximum periculum tunc adesse dicitur, quando occasio, vel periculum ex suo genere ejusmodi est, ut frequenter homines similis conditionis ad graviter pec-

peccandum inducat, vel experimento constet in hoc homine talem effectum evenire, pro qua doctrina inter alios adducit *Cordub. in summa, q.* 4. prædictam autem occasionem; seu periculum *Cardinalis de Lugo de Sacramento Pœnit. disp.* 14. *sect.* 10. *num.* 159.
39. appellat proximam, vel proximum; remotam vero, seu remotum, quæ, vel quod ejusmodi non est: rationem autem, cur ita vocentur, hanc adducit, quia in occasione (idemque dicendum de periculo) proxima nihil inter illam, & peccatum mediare videtur propter coniunctionem quandam moraliter necessariam, quam occasio proxima cum peccato probabiliter inde secuturo habere videtur; occasio vero remota non tam coniuncta esse videtur cum peccato, quia mediat inter illam, & peccatum major libertas hominis, per quam peccati futuritio evadit minus verisimilis, ideoque minus propinqua existentiæ actuali: sicuti autem periculum remotum fieri potest ex circum-
40. stantiarum mutatione proximum, sic etiam proximum fieri potest remotum, *Lumbier. observat.* 16. §. 3. *num.* 606. ubi recte concludit periculum, quod in talibus circumstantiis reputatur proximum, si circumstantiæ mutentur, fieri posse remotum, cum diversæ circumstantiæ ad diversum judicium de periculi tum gravitate, seu proximitate, tum levitate, seu remotione prudenter formandum sufficere possint; semper ta- 41.
men exponere se peccandi periculo pertinet ad eandem peccati speciem, ad quam peccatum ipsum, cujus periculo exponitur, prout tradit *d. De Lugo, ubi supra, disp.* 16. *sect.* 12. *num.* 511. eadem enim lex ex *Ovied. de vitiis, ac peccatis, controv.* 3. *punct.* 9. *n.* 145.
quæ directe, primario, & ex- 42.
presse tale malum prohibet, indirecte, secundario, & interpretative prohibet etiam, ne quis se talis mali committendi periculo exponat: unde, licet probabile sit, quod Titius non committat malum illud, cujus committendi periculo se exposuit; non est tamen jam probabile, sed certum, quod, dum ejus mali committendi periculo exponere se voluit, hac ipsa volitione peccavit, prout etiam *d. Ovied. ibid. nu.* 146. *& seqq.* recte subdit periculum proximum illud esse, quod plerumque coniungitur cum effectu illi malo, respectu

cujus dicitur periculum, prædictumque periculum deinde optimè distinguit in absolutum, & respectiuum, nec non in intrinsece malum, & in extrinsece malum, prout ibi sic ea dicuntur, & explicantur. Sicuti ergo certum est, quod
43. omnibus certo libere liceat sequi alterutram ex opinionibus probabilibus, & juxtà illam operari, quando probabilitas versatur circa materiam legis, vel præcepti, tamquam circa obiectum materiale ipsius actionis, quia tunc possum alterutri parti certum assensum præbere, & juxtà illum operari, cum tunc nullum ibi peccandi periculum adesse prudenter opinari valeam, sic etiam certum est, quod, quando probabilitas versatur circa formalem operationis ipsius honestatem, seu bonitatem, tamquam circa obiectum, quod probabilitas ipsa tunc respicit, vel afficit, ut alii dicunt, tunc, cum huic probabilitati certum assensum, qui ad honestè, ac bene operandum necessario prærequiritur, præbere nequeam, idcirco neque juxta ejusmodi probabilitatem honestè, ac bene operari possum, quia tunc per certum assensum, ac judicium prædictum auferre, ac tollere peccandi periculum non possum, & cum hoc periculo, seu dubio, nisi prius deponatur, nemo 44.
licite operari potest, *Fagnan. ad cap. Ne Innitaris, de constitution.* nam unusquisque conscientiam suam securam reddere tenetur, ac propterea elicere debet actus non solum dubie, seu probabiliter licitos, sed certo licitos; nec ulla proinde causa, vel lex præcipit, aut præcipere potest, ut se quis 45.
exponat proximo peccandi periculo; quando enim causa, vel lex instat, ut talem actio- 46.
nem facias, quæ annexum habet proximum peccandi periculum, tunc, quia efficere potes, quod tale periculum proximum, mutatis circumstantiis, fiat remotum, addito nimirum novo, vel certo intensiore proposito non peccandi, aut etiam adhibitis aliis modis, per quos periculum proximum tollas, teneris tum actionem illam facere, tum periculum proximum tollere, ut sic utrique obligationi tuæ satisfacias, nec te unquam proximo peccandi periculo exponas; prout passim Doctores, sed præcipue, ac omnium, quos vidi, præstantissime tradit *Caramuel* tum in *Theolog. Fundamental. fundament.*

ment. 11. *à num.* 518. *usque ad num.* 520. tum in *Theolog. Regular. disp.* 70. *num.* 1056. *& seqq.* tum in *Theologia Præterintent. à num.* 3176. usque ad *nu.* 3200. tum etiam in *Dialexi de non certitud. quæst.* 2. *vers. A. P. Joanne monitus*. Quibus habitis,

47. Dico, quod ad culpam gravem vitandam in periculo occidendi unum pro alio præstari debet ea diligentia, per quam tale periculum fiat non proximum, cum enim tota ratio peccati, seu culpæ in non cavendo periculum ex periculo ipso consurgat, ideoque pro ratione periculi necessaria cautio sit, ac diligentia, *Bassæus* cum multis, quos allegat *in Floribus*, *V. Peccatum* 1. *num.* 12. *vers. Quinto*, *& Gibalin. de Irregularit. cap.* 4. *consectar.* 12. *nu.* 28. *vers. Primo igitur*, cumque tam multiplex, ac varia sit uniuscujusque periculi ratio, ut difficile sit, ne dicam impossibile, culpas omnes vel Civiles, vel Morales, seu Theologicas, quæ in tot, ac tam diversis periculis non bene cavendis committi possunt, invicem distinguere, ut bene advertit *d. Gibalin. scientiæ Canonicæ lib.* 8. *Principio* 7. *num.* 25. *in fin.* idcirco, ut mihi videtur, generaliter loquendo, non nisi generalis conclusio prædicta tradi potest, ita- 48.
ut, sicut ex rerum, ac personarum natura, & circumstantiis, & experientia gravitatem, aut levitatem periculi metimur, sic etiam ex periculi gravitate, aut levitate ipsam culpæ aut veræ, aut præsumptæ, quæ in non bene cavendo periculum committitur, gravitatem, aut levitatem metiri 49.
debeamus; ubi enim est majus periculum, ibi cautius agendum est, *Vela dissertat.* 36. *nu.* 55. *Castejon. in V. Periculum*, *Sabell. in summa*, §. *Periculum*, *n.* 16. Dixi *generaliter loquendo*, quia, cum inferius de particularibus periculis, & culpis singillatim agemus, tunc particularem quoque multiplicis periculi, & culpæ gravitatem, aut levitatem singillatim exponere conabimur. Dixi autem *culpæ aut veræ*, *aut præsumptæ*, quia, licet ignorantia periculi homicidii, quando ea est invincibilis, semper excusset à culpa vera in foro interno, non semper tamen excusat à culpa præsumpta in foro externo, in quo, ut aliquando ex præsumptionibus agitur, ita nonnunquam fit, ut culpæ reus præsumatur in foro fori, 50.
qui re vera culpæ reus non est in foro Poli, ut clare inter alios

tradit *Gibalin. de Irregularit. cap.* 4. *quæst.* 2. *num.* 5. *vers.*
51. *Quarto fieri poterit*, unde mirum non est, quod etiam lex ipsa, quæ in præsumptione fundatur, si præsumptio cesset, nequaquam in foro interiori obligare censeatur, ut ex *Navar. in Manuali*, *cap.* 23. *num.* 62. tradit *Castejon. V. Præsumptio*, *num.* 46. Nec prædictis obstat, quod is, qui est in periculo occidendi unum pro alio, diligentiam ad illud vitandum necessariam scire, ac adhibere debeat, ac proinde,
52. quod ignorantia illum nequaquam excusare videatur, cum scire, ac scire debere paria sint, *l. quod te mihi*, *ff. de reb. credit. & cap. si culpa, de iniuriis*, ubi *Gregor. IX.* expresse ait; *Nec ignorantia te excusat, si scire debuisti ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse contingere*: sicuti pariter imperitia ad proprium munus pertinens nō excusat. *Instit. de lege Aquil.* Hoc inquam non obstat, nemo enim scire debet, aut habet obligationem sciendi, vel certe ex ea non tenetur, nisi quando adest in eo aliqua advertentia, vel scrupulus, aut dubitatio de tali obligatione, nam tunc, cum sit in potestate proxima voluntatis eam pellere ignorantiam, & sufficientem ad id adhibere diligentiam, ut periculum vitet, tunc inquam vere is scire debet, 53.
quia tunc, si velit, scire potest; ideoque tunc eum non excusat ignorantia, cum hæc tunc non invincibilis, sed vincibilis sit, *Raynaud. Moral. discipl. distinct.* 4. *quæst.* 3. *artic.* 6. *num.* 390. *vers. Nulla igitur*, prout ignorantia eum à culpa excusat, quando vere invincibilis est, quo in sensu ignorans dici non potest negligens, cum negligentia non cadat, ubi est impossibilitas, *Medic. de fortuit. casib. part.* 1. *cap.* 9. *nu.* 19. & 20. nimirum, quando vere nulla in eo adest advertentia, vel scrupulus, aut dubitatio circa id, quod tunc scire debet, aut tunc facere tenetur, ut sciat, prout ita inter alios egregie distinguit, ac obiectioni respondet *Gibalin. scientia Canonica lib.* 8. *princip.* 12. *num.* 15. *vers. Respondeo*, & *num. seq.* ad quod facit etiam *Petrus Barbos. in tit. Codicis de Præscription. ad Rubric. nu.* 300. & *seqq.* dum exponit, quænam concurrere debeant ad hoc, ut quis in periculo peccandi à peccato excusetur.

Colligo primo, quod, quando periculum est remotum, sive tale antea fuerit, 54.
sive tale postea factum sit (peri-

(periculum enim remotum non nisi leve periculum est,
54. ut infra videbimus) tunc etiam si malum, cujus periculum remotum est, grave sit, nihilominus nemo illud sub gravi vitare tenetur, & hanc regulam sane certam, extraque omnem controversiam esse tradit *Caspens. de Pœniten. disp.* 4. *sect.* 23. *num.* 195. & *Albertus de Albertis, de ornatu mulier. disp.* 1. *cap.* 5. §. 11. *nu.* 71. ubi *Navarrum, Tanner. Lopez.* & multos alios allegat omnino concordantes, & inde recte subdit, quod alioqui de hoc mundo exire deberemus, si remota peccandi pericula ne-
55. cessario vitare teneremur, ut ait *Paulus* 1. *ad Corinth.* 5. cum Mundus innumeris plenus sit periculis, & quicquid fere in Mundo est, peccandi
56. periculum esse possit. Quod autem remotum periculum, etiamsi gravis mali sit, non nisi leve censeri debeat, prout proximum levis mali periculum semper non nisi leve periculum est, clare patet ex *Caramuel Theolog. Regul. tom.* 1. *disp.* 70. *num.* 1056. *vers. Ut id melius*, & *vers. Materia*: in periculo enim remoto futuritio mali ex eo non est, nisi leviter probabilis, nec habet tantam connexionem, ac dependentiam ab existentia periculi ob majorem hominis libertatem ad tale periculum vitandum, seu ad talis periculi effectum realiter, vel moraliter impediendum, quantam habet periculum proximum, ut supra dictum est, ideoque futuritio mali ex periculo remoto, cum sit leviter tantum probabilis, ac minus verisimiliter secutura, quam futuritio mali ex periculo proximo, æquiparari potest levi malo periculi, seu levi periculi materię, quæ nunquam volun- 57.
tati ita tyrannice prædominatur, ut materia gravis; ideoque fur facilius abstinebit à furto unius quadrantis, quam à furto millium aureorum, ut habetur etiam ex *Basseo, V. Peccatum.* 1. *num.* 7. *vers. sane*, & ex *Alberto de Albertis, loc. cit.* §. 12. *num.* 194. *vers. At contra*;
ibi enim idcirco infert, quod 58.
periculum proximum venialiter peccandi non solum non est necessario vitandum sub mortali, sed neque sub veniali peccato, tum quia talia pericula, cum sint innumera, non sine gravi incommodo sunt inevitabilia; tum quia non tanti refert peccatum leve, ut etiam ejus periculum sub peccati obligatione vitare teneamur.

Col-

Colligo secundo, quod, cum omissio diligentiæ ad periculum cavendum debitæ passim negligentia, seu indiligentia dici soleat, proinde

59. videndum est, quid hic negligentiæ nomine veniat, cum dicitur ***negligenti recte imputari, quicquid ex ejus negligentia evenit***, ut cum *Rota part. 9. recentior. decis.* 184. *num.* 36. & aliis dixit *Maser. de sentent. & ear. honorar. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 28. licet enim negligentia stricte sit defectus voluntatis circa internum actum, qui est electio, cum negligens dicatur

60. quasi non eligens, ut alibi etiam dictum fuit, ideoque differat à pigritia, quæ est circa operis exterioris executionem, à desidia, quæ est circa boni operis continuationem, quasi desistentia, à torpore, qui est circa fervorem executionis, dum bonum opus fit, ab inconstantia, quę est circa stabilitatem voluntatis, & ab omissione, quæ est circa actum ipsum in se consideratum, ut bene docuit *Zecch. in summa, part.* 2. *cap.* 8. *num.* 1. nihilominus hic large accipitur pro quacumque omissione cujusvis actus, qui ad periculum vitandum fieri potuit, ac debuit.

CAPUT SEXTUM.

Quandonam culpabiliter quis cooperetur alteri ad non cavendum periculum occidendi unum pro alio.

SUMMARIUM.

Cooperatio quid sit. num. 1. *Ea esse potest ad bonum, & ad malum. ibid.*

Cooperationem quam varii varie accipiant. num. 2.

Quo in sensu consentiens delinquenti, negligendo dicatur malus, consulendo pejor, cooperando pessimus, auctoritate autem plusquam pessimus. num. 3.

Cooperationis nomen modo stricte, modo late accipi potest. num. 4. *quomodo hic accipiatur. ibid.*

Cooperationis species, seu modi ad novem passim reducuntur. num. 5.

Quinam positive, & quinam negative, seu privative cooperari dicantur. num. 6.

Cooperantes ab aliquibus etiam vocantur concausæ, nec non consortes delicti. num. 7.

Cooperatio ad malum cur aliquando crimen, seu delictum alienum vocetur. num. 8.

Cooperatio ad non cavendum peri-

est. num. 29.

Undenam colligi possit, an, & quando is ad aliquam vel pœnam, vel restitutionem teneatur. ibid.

Quo in sensu vere dicatur, quod cooperans peccanti peccat. num. 30.

An quis teneatur impedire alterius damnum minus cum suo majori, vel æquali. num. 31.

Difficultas impediendi malum alterius pensari debet cum gravitate obligationis illud impediendi, & videndum, quænam præponderet. nu. 32.

Actionis indifferentia, seu bonitas, aut malitia unde sumi debeat. num. 33.

PRÆMITTO primo, quod, licet in præcedenti capite generaliter actum sit de culpa non caventium periculum occidendi unum pro alio; nihilominus hic seorsim de aliorum ad id cooperantium culpa, quæ peculiarem exigit doctrinam, & regulam, specialiter agendum videtur; Coopera-
1. tio igitur ex *Pereyra in Elucidario lib. 2. Elucidat. 10. sect. 7. num. 931.* est *concursus, seu influxus, vel operatio simultanea*, quæ cum esse possit vel ad bonum, vel ad malũ peragendũ, juxta communem Doctorum sententiam ex *Cassian. à S. Elia in Arbore opinion. moral. V. Adiuvo, num. 1. & V. Cooperor, in princip.* hic accipitur 2.
prout ad malum est. Quamvis autem hanc ipsam alii aliter sumant, ut videre est tum apud *Navar. consilior. lib. 5. consil. 54. num. 2.* ubi delinquenti quis dicitur consentire tribus modis, videlicet primo cooperando, secundo non corrigendo, & tertio auctoritatem præstando, tum apud *Gloss. in cap. 1. de offic. deleg. in V. Pœna*, ubi quadrupliciter quis delinquenti consentire, seu favere dicitur, scilicet negligentia, consilio, cooperatione, & auctoritate, seu defensione, ac proinde ibidem additur versus,

Consensus spernit, suadet, juvat, atque tuetur,

in quo prædicti quatuor modi cõsentiendi delinquenti comprehenduntur, nec non apud *Paul. Grilland. de pœnis omnifariam coit. quæst. 10. num. 7. & sequent. Stephan. de Federicis de interpret. leg. part. 4. num. 45. & Paul. Comitol. Responsor. moral. lib. 5. quæst. 8. num. 4. Naldum in summa, V. consensus, num. 1.* qui alios multos allegant, & cum *Glossa* prædicta concludunt, ac explicant, 3.
quo in sensu vere dici possit, quod

quod consentiens delinquenti negligendo malus est, consentiens consulendo pejor, consentiens cooperando pessimus, consentiens autem auctoritate plusquam pessimus;

4. Unde clare patet, quod ab iis omnibus cooperationis nomen non nisi presse, ac stricte sumitur pro eo tantum cooperationis modo, quo quis positive ministerii, & adiutorii opem corporaliter præstat delinquenti; à nobis tamen cooperationis nomen hic late, ac ample accipitur, prout quoscumque modos complectitur, quibus ad alterius delictum aliquis minus principaliter, sive positive, sive privative

5. concurrit, quo in sensu passim à Doctoribus prædicti modi ad novem reducuntur, & his versibus continentur,

Jussio, Consilium, Consensus, Palpo, Recursus, Participans, Mutus, non obstans, non manifestans.

6. Quorum sex priores modi positive cooperantur; alii vero tres posteriores privative, seu negative, ut ex *D. Thoma* 2. 2. *quæst.* 62. *art.* 7. *Covar. ad Regulam Peccatum* 2. *part.* §. 12. *Jo: Medin. C. de restitut. quæst.* 7. *&* 8. *Navarr. in Manual. cap.* 17. *num.* 17. *& seqq.* fuse tradunt inter alios *Less. de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 13. *Megal. institut. peregrin.* 2. 2. *lib.* 2. *cap. quæs.* 1. *Th. del bene de immunit. & jurisdict. Eccles. part.* 1. *cap.* 2. *dub.* 8. *sect.* 13. & de *Parlament. cap.* 3. *dub.* 1. *Carbo de Restitut. qu.* 65. *Coton. controversiar. lib.* 2. *controvers.* 9. *cap.* 2. ubi *num.* 4. prædictos novem cooperationis modos concausas appellat, *Azor. institut. moral. part.* 3. *lib.* 4. *cap.* X. *Gabr. à S. Vincent. de just. & jur. disp.* 6. *quæst.* 17. *Franciscus de Magistris Sylvæ Ecclesiast. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 5. ubi *num.* 6. cooperatores omnes vocat consortes delicti, nec non *Haunold. de jur. & just. tom.* 1. *tr.* 2. *cap.* 3. *controvers.* 7. ubi singillatim explicat, quinam nomine cooperantium prædictorum veniant. Hæc autem cooperatio ad malum, quia non fit à principali delinquente, sed ab aliis ipsum adiuvantibus, ab aliquibus crimen, seu delictum alienum non male appellatur, ut patet ex *Damhouderio in praxi criminal. cap.* 133. *in princip. & num.* 1. ubi, proinde peccata prædicta cooperantium, quæ aliena vocant, novem in species ipse quoque distinguit, de quibus supra diximus. In primis ergo ad casum nostrum adverti debet, quod cooperatio ad

7.

8.

 alie-

alienum periculum occidendi unum pro alio, sicuti plures secum effectus, sic etiam plures malitias habere potest, seu cooperantium culpas; alteri enim cooperari quis potest ad non cavendum periculum occidendi unum pro alio vel in ordine tantum ad ipsum periculum mali prædicti, & sic ad hunc finem solum, &
10. effectum, ut alter culpabiliter subeat periculum prædictum, vel in ordine ad malum ipsum prædicti periculi, & sic ad hunc finem solum, & effectum, ut prædictum malum periculi eveniat, & inde aliquis occidatur; vel etiam in ordine ad utrumque prædictum finem, & effectum, prout colligi potest ex *Boer. decis.* 262. *nu.* 6. ubi propterea ex *Ancharan. Felin.* & aliis
11. subdit, quod male consulens tenetur de omni eo, quod alius ultra consilium delinquit; sicuti negligenti omne
12. id imputatur, quod ex ejus negligentia contingit, ut patet ex late congestis in *Decis.* 284. *num.* 36. *part.* 9. *recentior.* & *ex Pereg. Maser. de sententiis*, & *earum honorariis*, *cap.* 28. §. 2. *num.* 33. & *seqq.* cum juxta Philosophicum axioma, quod reassumunt Jurisperiti in *Emanumissione*, *ff. de Just.* & *Jur.* quicquid est causa causæ, sit etiam causa causati, cum quibus stat etiam *Farinac. quæst.* 13.
129. *num.* 99. *in fin.* & alii apud ipsum ibidem allegati. Immo nonnunquam fieri potest, ut cooperator puniri debeat; 14.
non autem delinquens principalis, ut videre est apud *Raynald. in syntaxi rer. criminal. cap.* 3. §. 10. *num.* 39. nonnunquam autem minus, quam principalis, *Nald. V. aduvare*, *num.* 2. *Lazar. de monitor. sect.* 3. *quæst.* 8. *Cassian. à S. Elia*, *V. Auxiliator*, §. 1. *num.* 8. Unde 15.
nonnunquam maiori pœna punitur mandans delictum, quam mandatarius, ut juxta *l.* 169. *ff. de regul. jur.* bene docuit *Herold.* cum aliis, quos allegat, *de Ratificatione*, *part.* 2. *tit. de obligat. ex delicto*, *nu.* 6. & gravius consulens, quam faciens, *Gail.* pluribus relatis, *lib.* 1. *de Pace publica*, *cap.* 1. *num.* 47. & *Nidus de regul. jur. in* 6. *reg.* 62. *num.* 38.

Præmitto secundo, quod 16.
cooperatio ad delictum, sicuti culpabilis esse potest vel in foro interno tantum, vel in externo tantum, vel in utroque simul, ut patet ex *Molin. de just.* & *jur. disp.* 728. *num.* 3. *Thom. del bene de Parlament. cap.* 3. *dubit.* 2. *num.* 12. *Gibalin. de irregularit. cap.* 4. *num.* 5. *vers.*

Quarto

Quarto fieri poterit, Anton. Volpi resolution. 28. *num.* 34. *& seqq. Daniel. de Nobilibus disp.* 70. *num.* 2. *& seq.* & ex aliis apud prædictos; sic etiam esse po-
17. test aliquando punibilis pœnis vel latæ sententiæ tantum, vel ferendæ sententiæ tantum, vel utriusque simul, ut egregie observat, easque diligenter explicat *Carol. Anton. Thesaur. de pœnis Ecclesiastic. part.* 1. *cap.* 10. *per tot.* ubi *vers. Amplia,*
18. loquendo de mediatore, seu proxeneta, subdit, quod etiamsi quoad pœnas ferendæ sententiæ dicatur ipse quoque facere, seu committere delictum, ad quod mediator extitit; tamen secus est quoad pœnas latæ sententiæ, subiungitque differentiæ rationem esse, quia in pœnis latæ sen-
19. tentiæ strictissima fit interpretatio, ut non fiat extensio etiam ex identitate rationis, prout antea quoque dixerat cum multis dicta *part.* 1 *cap.* 9. immo *Raynaldus in Praxi rer. crimin. cap.* 7. §. 1. *num.* 163. *&*
20. *seqq.* recte infert, quod auxiliatores, consultores, &c. cum vere, ac proprie non comprehendantur sub nomine, ac dispositione assassinii, licet in tribunalibus sæcularibus puniantur, tamquam assassini, in tribunalibus tamen Ecclesiasticis non possunt declarari, & dici tales, quoad effectum, ut priventur immunitate Ecclesiastica, ad quod allegat plurimos idipsum docentes, ex eo quod Bulla Gregoriana privans Immunitate Ecclesiastica assassinos, & nihil dicens de cooperantibus, qui rigorose assassini non sunt, ad hos extendi non debet, cum sit pœnalis, ac odiosa, ac proinde restringenda juxta re- 21.
gulas, quod odia restringi, & favores convenit ampliari, & quod in pœnis benignior interpretatio facienda est, quas fuse declarat inter plurimos alios, quos adducit, *Nidus in suis Commentar. de regul. jur. in* 6. *regul.* 15. *&* 39. ex quibus constat, quod benignior interpretatio pœnæ restrictionem, non extensionem petit.

Præmitto tertio, quod coo-
peratio ad malum, ut inter 22.
alios fusè, ac egregie tradit *Verricel. de Apostolic. missionib. tit.* 1. *quæst.* 33. *num.* 1. *& duobus sequentibus* duplex est, alia directa, alia indirecta; cooperatur directe ad malum, qui ea agit, quæ suapte natura ad malum ordinantur, vel, qui est pars, & socius in male agendo, cujusmodi est præcipere, consulere, stabilire, defendere malum, aut submi-

nistrare materiam mali, quæ nullum usum, præterquam malum, habeat; cooperatio vero indirecta rursus duplex est, alia enim sequitur ad omissionem actus, quando scilicet quis non agit, seu non impedit proximi malum, quod impedire potest, ac debet; alia vero
23. dicitur materialis tantum, quando scilicet quis prævidens malum proximi agit aliquid, quod vere non est ex natura sua ordinatum ad proximi malum, prout est in cooperatione directa; sed illud tamen ejusmodi est, ut alius ex malitia sua illud ordinare possit ad malum usum, quamvis illud, tamquam ex se moraliter bonũ, vel saltem indifferens, ordinari etiam possit ad bonum usum; quælibet
24. autem indirecta cooperatio, ut mala sit, tria requirit; primo, quod cooperans futurum proximi malum prævideat, secundo, quod malum illud impedire possit omittendo actionem illam indifferentem, & tertio, quod teneatur illud proximi malum impe-
25. dire. Quoniam vero fieri potest, quod quis aliquando justam habeat causam non impediendi prædictum proximi malum, ideoque tunc illud impedire non teneatur, ut patet ex *Lessio de just. & jur. lib. 2. cap. 13. dubit. 10. num. 70.* & *Ovied. de vitiis, ac peccatis, controvers. 2. punct. 5. num. 67.* idcirco ad prędictę causæ justę cognitionem valde difficilem 26.
clare habendam (ex juxta prædictos, & clarius ex *Verricel. loc. cit.* potissimum circumstantiæ bene considerandæ, ac invicem conferendæ sunt. Prima est, an cooperatio indirecta ad proximi malum pro- 27.
xima sit, vel remota: secunda est, an virtus me tunc obligans ad impediendum proximi malum sit Charitas, vel Justitia, vel Fides; Justitia enim strictius obligat, quam Cha- 28.
ritas; fides autem strictius quam charitas, & Justitia; tertia est, an proximus actu meo positivo, aut negativo, tamquam oblata ei occasione, usurus sit ad malum ex fragilitate, vel potius ex malitia, idest ex pravo habitu, & ex animo jam ad illud malum parato, ac prompto; quarta, an, me non cooperante, nihilominus illud proximi malum secuturum sit, vel secuturum non sit. Quinta, an proximi malum sit spirituale, vel temporale: si spirituale, an facile, vel difficulter reparabile, vel omnino irreparabile; si vero temporale, an in vita,

an

an in honore, an in bonis, nec non, an damnum passurus sit homo particularis, vel tota Communitas, vel Respublica, & in quibus bonis; sexta, an damnum, quod incurrerem non impediendo proximi malum sit spirituale, vel temporale, & cujus valoris, ac momenti.

29. Dico, quod directe cooperans alteri ad non cavendum periculum occidendi unum pro alio semper culpabiliter cooperatur; indirecte vero cooperans non semper culpabiliter cooperatur; sed tunc tantum, quando prævidet futurũ malum alterius, illudque impedire potest, ac debet, *Verricel. loc. cit. num.* 2. ubi subdit, quod ita sentiunt *D. Thom.* & ejus Interpres, 1. 2. *quæst.* 6. *art.* 3. nec non post *Cajetan. & Navar. ibid. allegatos Salas* 1. 2. *tom.* 1. *tract.* 3. *disp.* 3. *sect.* 4.

30. quo in sensu verum est axioma, quod cooperans peccanti peccat, ut dixit *Emeric. à Rosbac. in pract. cameral. tit.* 1. *cap.* 13. *notabil.* 1. *num.* 8.

Colligo, quod indirecte cooperans alteri ad non cavendum periculum occidendi unum pro alio non tenetur abstinere, & sic impedire alterius malum inde secuturum,

31. quando proprium, seu ipsius malum, seu damnum præponderat curæ, quam habere debet de impediendo malum, seu damnum proximi sui; tunc enim non tenetur impedire damnum minus cum suo majori, vel æquali, ut expresse docuit *Less. ibid.* ad quod facit etiam *Haunold. de jur. & just. tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 3. *controvers.* 7. *num.* 379. ubi ait concurrentes negative ad iniustam læsionem alterius excusari aliquando posse ob difficultatem impediendi malum, quæ pensari debet cum gravitate obli- 32.
gationis, quam habent: prædictæ autem præponderantiæ cognitio sumi debet ex prædictis, aliisque uniuscujusque casus circumstantiis, ex quibus illa pendet: actionis enim indifferentia, vel bonitas, seu 33.
malitia non debet unice sumi ex entitativo, & physico, sed etiam ex ipsius esse morali, quod à circumstantiis actionem concomitantibus formatur, ut bene docuit *Lumbier. in suis observat. moralib. observat.* 13. §. 2. *num.* 461. ex quibus etiam colligi facile potest, an, & quandonam cooperans ad prædictam occisionem unius pro alio ad aliquam inde vel pœnam, vel damnosam restitutionem teneatur, de quibus inferius agendũ erit,

DIS-

DISPUTATIO TERTIA.

QUAM DIVERSIMODE A CULPA EXCUSETUR OCCIDENS UNUM PRO ALIO.

CAPUT PRIMUM.

An à culpa excusetur Minor occidens unum pro alio.

SUMMARIUM.

Opposita juxta se posita clarius elucescunt. num. 1.
Pericula occidendi culpabiliter unum pro alio quam multiplicia sint. num. 2.
Pericula alia ex Personarum, alia ex rerum qualitatibus, & circumstantiis oriuntur. ibid.
Personarum consideratio in omni actu prima esse debet. num. 3.
Ætas, & æternus unde dicantur. num. 4. quid sit. num. 7.
Ævum quid significet. num. 5. in quo differat ab ætate. ibid.
Ætates Mundi quot sint. nu. 6.
Fœtus in utero matris an, & quomodo dici possit homo. n. 8.
Hominis ætas an incipiat ab Animatione in utero, vel ab illius nativitate, aut etiam editione, secto matris utero. num. 9.
Annorum computatio in Ordinando an à die nativitatis, vel baptismi fieri debeat. num. 10.
Dies nativitatis an incipiat à media nocte, vel ab ortu solis? num. 11.
Dies noctidialis quisnam ab antiquis diceretur. num. 12.
Quomodo distinguatur dies naturalis ab artificiali, seu civili. num. 13.
Dies cœptus quandonam haberi debeat pro completo. nu. 14.
Ætas omnis quo in sensu dici possit minor. num. 15.
Minor large dici potest, quicumque minorum privilegio potitur. num. 16. quisnam regulariter in Jure dicatur minor, seu in minori ætate. ibidem.
Ætas ante 25. annum completum cur minor appelletur. num.

foro externo excuſetur. nu.68.

Quoad forum internum, quæ militant contra infantes, multo magis militare debent contra pueros, & puberes omnes. num. 69.

Ubi malitia ſupplet ætatem, ætatis completio non ſpectatur; ſed non proinde culpa ſic augetur, ut pœnam ordinariam in foro externo mereatur. num. 70.

Ut nec dolus, nec culpa præſumitur, niſi probetur, ſic eâ ratione removetur præſumptio culpæ, quâ removetur præſumptio doli. ibid.

PRÆMITTO primo, quod, cum ſuperius dictum ſit, quomodo culpam admittat occidens unum pro alio; nunc è contrario videndum eſt, quomodo vel omnino, vel in parte à culpa excuſetur occidens unum pro alio: nam oppoſita
1. juxta ſe poſita magis eluceſcunt, ac è luce de tenebris rectius judicari poteſt, ut dixit *Conrad. Zabn. de mendaciis lib. 1. cap. 1. in princip.* ſicuti autem
2. caſus culpabiliter occidendi unum pro alio tam multiplices, ac varii ſunt, ut pro diverſitate factorum nec univerſim, nec ſingillatim omnes comprehendi, vel definiri, aut deſcribi poſſint, prout nec leges, aut Senatuſconſulta ita conſcribi queunt, ut caſus omnes incidentes comprehendant, *l. 10. & ibi Zaſius, ff. de legibus*, ſed in illis ſufficit ea, quæ plerumque accidunt, contineri, *l. 3. ff. eodem*, ſic idipſum hic propemodum aſſerendum videtur de caſibus inculpabiliter occidendi unū pro alio, ut colligi poteſt ex *Cruſio de indiciis delictorum, part. 2. cap. 24. num. 2. & ſeqq.* ac inferius ex dicendis apparebit, unde quoque patere poterit, quam innumerus ſit tam variorum periculorum numerus. Sicuti autem occidens unum pro alio occiſionis prædictæ periculum non prævidendo, vel non præcavendo, cum potuit, culpæ reus eſt, ut jam dictum fuit *diſp. præced. cap. 3.* ita, cum periculum vel prævidere, vel præcavere non potuit, a culpa liber eſt. Cum autem ejuſmodi prævidentiam, vel præcautionem in occidente unum pro alio multa, & varia vel penitus impedire, vel aliquatenus imminuere, ideoque culpam ſimul vel omnino excludere, vel leviorem reddere valeant, proinde nunc de iis breviter agemus, ut quando, quomodo, & quantum ſin-

gula occidentem prædictum à culpa excusent, clarius patère possit. Quoniam vero, quæ prædictam facultatem periculum prævidendi, ac precavendi vel omnino tollere, vel saltem diminuere possunt, alia ex persona ipsius occidentis unum pro alio, alia ex aliis vel personarum, vel rerum qualitatibus, & circumstantiis evenire solent, idcirco ab iis, quæ ad ipsius occidentis personam spectant, initium
3. sumemus; cum personarum consideratio in omni actu prima esse debeat, *Setser. de jurament. lib. 1. cap. 4. num. 1.* earumque causa jus omne constitutum sit, *l. 2. ff. de jur. person.* Cum autem inter prædicta, quę ad personam spectant, omnium primum, ac potissimum esse videatur, quod cum persona ipsa oritur, ac proinde innatam illi, vel saltem primam ejusdem ætatem comitari solet, idcirco in primis de minoris ætatis effectu, seu defectu ad rem nostram differendum est; sicuti enim ætas,
4. & æternus ab ævo dicuntur, & contracte idem sunt, ac ævitas, & æviternus, *Balzaran. de feud. lib. 2. tit. 14. ad rubr. nu. 1. Martin. in Lexico Phylologico, V. ætas, & ævitas, Laurent. in Amaltea Onomastica, V. Ævitas, & Pereyra Elucidar. lib. 2. elucidat. 16. sect. 5. num. 1164.* Ævum autem significat tem- 5.
pus perpetuum, seu durationem infinitam à parte post, *Cassian. à S. Elia in arbor. opinion. Moral. V. Ætas, §. 1. n. 1.* sic etiam ætas generaliter accepta durationem longam, nec non quamlibet durationis ipsius partem importat, & non solum ad personas, & res quomodolibet animatas, verum etiam ad res alias inanimatas pertinet, ut ex *l. si quando, C. de oper. publ.* dixit *Pereyra loc. cit.* adeout ætas interdum pro tempore ponatur, *Zacchias Quæstion. Medicolegal. lib. 1. tit. 1. quæst. 1. num. 4.* unde non solum fructus, sed etiam vina ætatem ferre dicuntur, cum durant, ideoque Festus dixit; quod ætas vino accedit, cum illud veterascit, prout etiam Chronologi sex mundi ætates 6.
constituere consueverunt usque ad Christi adventum, ut videre est apud *Azor. part. 1. lib. 6. cap. 55. quæst. 1.* Quia vero nos hic de hominis ætate specialiter agimus, idcirco, quid, & quotuplex ea sit, inquirendum est, ut quænam, & qualis hic minor vocetur, distincte cognoscatur. Ætatem enim tam Jurisperiti, quam Medici diversimode

acci-

accipiunt, ac varię definiunt, ut videre est apud *Zacchiam ibid. num. 2. & seqq.* Alii namque ex Jurisperitis, cum quibus hic tantum agitur, cum *Bald. consſ. 19. num. 3. lib. 5. & Mascard. de probat. concluſ.*
7. 1054. *num.* 58. dicunt ætatem esse quandam temporis mensuram decurrentem à nativitate usque ad obitum: alii brevius ajunt ætatem esse tempus illud, quo homo vivit, ut patet ex *eod. Zacchia ibid. num.* 2. alii autem exactius, ni fallor, ætatem asserunt esse durationem existentiæ in vita humana, ut bene docuit *Pufendorf. elementor. jurisprud. universal. lib. 1. definition. 3.*
8. §. 12. quandiu enim fœtus, licet animatus sit, in utero matris est, vere, ac proprie homo non est in re, sed in spe tantum, cum tunc nondum existat in vita humana, quamvis in ei favorabilibus pro homine habeatur, *Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 4. caſ. 357. num. 7. & Thesaur. decis. 12. num. 7.* ubi hoc pluribus rationibus, & auctoritatibus confirmant, nec non doctissimus *Florentin. de Baptiſmo abortivor. diſp. 1. ſect. 5. num. 3.* proin-
9. deque hominis ætas non ab ipsa fœtus animatione in utero, sed ab illius nativitate, à qua incæpit existere in vita humana, computanda est: & idipsum dicendum est de iis, qui, secto matris utero, editi sunt, *Tiraquel. in l. ſi unquam, in V. ſuſceperit liberos, verſ. Quæro item, quod ſi, num. 139.* ubi pro hac sententia plura jura, & Doctores adducit, *Mandoſ. de ætat. minor. cap. 1. num. 1. & 25. ac ſeq. Molin. de juſt. & jur. tom. 2. diſp. 573. circa princip. Fagnan. in cap. cum in cunctis, num. 134. & ſeq. de Electi on.* ubi etiam à S. Congrega- 10.
tione Concilii declaratum fuisse testatur, quod computatio annorum in ordinando fieri debet à die nativitatis, non autem à die Baptismi. Immo *Zacch. Quæſtion. Medicolegal. part. 1. lib. 1. tit. 1. quæſt. 3. num. 5. & ſeqq.* proinde concludit nativitatis diem esse primum infantiæ terminum, 11.
ideoque in eo, qui nocturno tempore natus est, incipere à media nocte præcedenti, ac durare usque ad mediam subsequentem, itaut dies integer sit spatium 24. horarum, & noctem, ac diem comprehendat: unde ab aliquibus ex anti- 12.
quis Noctidialis appellabatur; licet alioqui dies pro eo spatio accipiatur, quo sol lucet super terram, ut patet ex *Polydor. Ripa de nocturno tempore*

13. *cap. 3. num. 27.* & tunc dicitur dies naturalis, & distinguitur à nocte, nec non à die, quem artificialem, seu civilem passim vocant, ut patet ex *Habnnio ad Uvesembec. in lib. ff. lib. 4. tit. 4. ad num. 3. vers. Proba-*
14. *bilior est distinctio*, ubi etiam habetur, quandonam dies cœptus haberi debeat pro completo, & quando non: rejecta enim distinctione inter res favorabiles, ac odiosas, putat in iis, quæ sunt Juris Civilis, diem cœptum haberi pro completo, non autem in iis, quæ sunt juris naturalis. Ut autem sciamus, quænam hominis ætas à nobis hic minor appelletur, sciendum an-
15. tea est, quod, quamvis ætas omnis, habito respectu ad aliam majorem, vocari possit minor, ac proinde dicatur minor secundum subiectam materiam, & Jurium diversitatem, *Balzaran. de feud. lib. 2. tit. 3. ad Textum, num. 4.* unde, qui ætatem ad aliquid à Jure requisitum non adimplevit, vere minor, seu in minori ætate tunc esse dicitur, *Narbon. de ætate annor. 25. qu. 2. n. 1.* Immo, ut notat *Tusch. in V. minor, conclus. 41. & Baron. de effect. minor. ætat. in prælud. n. 17.*
16. omnes illi, qui minorum privilegiis potiuntur, minores, large sumpto vocabulo, dici possint, prout sunt omnia Collegia licita, & pia, Universitates Mercatorum, Ecclesia, Conventus, seu Monasteria Religiosorum, Pauperes in genere, societas Loci Pii, Hospitale, & Pauperes in eo degentes, Civitas, Respublica, Castrum, Villa, Fiscus, & pia causa, nihilominus in Jure regulariter minor, seu in minori ætate is esse dicitur, qui non habet ætatem requisitam ad negotia quædam pertractanda, pro quibus ei tutor, vel curator idcirco dari solet, *Rebel. de oblig. just. lib. 1. quæst. 8. sect. 1. num. 15.* quænam autem 17.
ætas, seu potius qui ætatis gradus ad prædicta communiter non sufficiat, ac proinde minor appelletur, satis apertum est ex *l. 3. §. minorem, ff. de minorib. l. si maritus, 15. §. minor viginti, & quinque, ff. ad l. Juliam de adulteriis, §. nunc admonendi, instit. quib. alienar. licet, vel non*, & ex innumeris Doctoribus, quos refert, ac sequitur *Narbona ibid. num. 2. 4. & 5.* ubi concludit certum esse, quod tam fœminæ, quam 18.
masculi ante completum annum vigesimum quintum, qui de momento in momentum computari debet, minores appellantur, licet à multis mi-

minores non dicantur, nisi à principio pubertatis usque ad annum 25. completum, ut videre est apud *Sanchez in summa, tom. 2. lib. 4. cap. 35. nu. 3.* & *Sfortiam Odd. de restitution. in integr. part. 1. quæst. 2. art. 5.* ubi prædictas opiniones ad concordiam reducere nititur, dum minorem tum in genere, tum in specie considerans ait in genere minorem
19. dici ab exordio pueritiæ; in specie vero ab initio pubertatis. Sicuti autem varii varie
20. varias ætatis humanæ partiones faciunt, cum aliqui juxta *Leonell. de homin. præced. quæst. 5. art. 3.* in duas tantum partes, seu gradus eam dividant, nempe in Juventutem, & Senectutem, alii in Juniores ab anno 17. usque ad 46. & in Majores, ab anno 46. usque ad vitæ finem ex *Gellio lib. 10. cap. 28.* alii cum *Aristotele in lib. de Juventut. & senectut. cap. 14.* in tres partes, scilicet in Juventutem, Vigorem, & Senectutem; alii in quatuor, nimirum in Pueritiam, seu Impubertatem, in Adolescentiam, in Juventutem, & in Senium ex *gloss. in l. hæreditatũ computationi ff. ad l. falcidiã*, alii cum *Bellon. in §. Is quoque, in institut. part. 2. num. 24.* In quinque, hoc est, Infantiam, Pueritiam, Adolescentiam, Juventutem, & Senectutem; Juvenes autem ex *Varrone* inde appellabãtur, 21.
quod in bellicis usibus Reipub. adiumento forent, & ideo ex Catalogo esse dicebantur; Senes autem ultra Catalogum, quia militiæ tunc inepti habebantur; alii cum *Menoch. de arbitrar. judic. lib. 2. centur. 1. cas. 57. num. 1.* in sex, nimirum Infantiam, Pueritiam, Adolescentiam, Juventutem, seu virilem ætatem, Senectutem, & Decrepitatem, seu Senium. Alii cum *Mandos. de ætate minori cap. 1. num. 27. & Zacch. d. lib. 1. tit. 1. quæst. 2. num. 17.* ubi talem divisionem legibus, & legum peritis magis consonam appellat, in septem, videlicet, in Infantiam, usque ad septimum annum completum; Pueritiam inde usque ad decimum quartum perfectum in masculis, in fœminis vero usque ad duodecimum completum, Adolescentiam usque ad vigesimum quintum, Virilitatem usque ad quadragesimum octavum, Senectutem, usque ad quinquagesimum sextum, & Decrepitatem usque ad ultimum vitæ humanæ, licet non defuerint, teste ipso *Zacchia ibid. num. 7. ac 10.* qui ætatem in novem, ac etiam in duodecim partes distri-

distribuerint, quinimmo in plures, itaut *Vallesf. Controversiar. Philosoph. & Medic. lib. 1.*
22. *cap.* 8. dixerit Ætatum tot esse partitiones, quot scriptores; sic etiam multi diversimode ætatem partiuntur; quamvis enim aliqui cum *Odd.* mox allegato minorem ætatem in duas tantum partes dividant, itaut in specie pubertatem tantum, in genere autem pueritiam quoque comprehendat, prout *Vultejus* quoque *Jurisprud. Rom. lib. 1. cap.* 4. minorem ætatem distinguit in primam, quam Pueritiam vocat, & in secundam, quam Adolescentiam appellat; nihilominus communiter minor ætas tripliciter intelligitur, Primo, quando ætas est minor 25. annis, & major quatuordecim; secundo, quando est minor quatuordecim, sed major septem, & tertio, quando est minor septem annis, ac proinde in infantili ætate, ut videre est apud *Scappum de jure non scripto, lib. 5. rubric. 6. num.* 19. *Baron. de effectib. minor. ætat. in prælud. sub num. 6. & Molin. de just. & jur. tom. 4. tract. 3. disp.*
23. 3. *num.* 1. *& seqq.* prædictas autem minoris ætatis partes, seu gradus multipliciter multi etiam subdividunt, nam Infantilem ætatem, quam *Justinianus in l. cum non solum 8. § ubi autem, C. de bonis, quæ liberis,* primam ætatem appellat, primam nimirum à nativitate; non autem ab usu rationis, quo in sensu locutus videtur *Modestinus l. in sponsalibus* 14. *ff. de sponsalib.* dum ætatis exordium à septennio completo dinumerat, à quo tempore sponsalia contrahi possunt, prout bene *Modestinum* explicat *Narbona de ætate, ann. 7. quæst. 2. num. 3. & seqq.* nonnulli partiuntur in infantiam 24.
in genere, & in infantiam in specie, ut videre est apud *Faram de infantia, cap. 3. num.* 2. ubi infans in genere dicitur, qui minor est septem annis; infans vero in specie, qui adhuc lactat, aut paulo major est: unde infantia in specie, cum duret per unum, aut duos annos ex *d. Fara ibid. cap. 7. num.* 7. comprehenditur sub infantia in genere, quæ durat per septem primos humanæ vitæ annos tam in viris, quam in fœminis juxta communem scribentium scholam, ut cum plurimis aliis asserit *Narbona d. anno 7. quæst. 5. num.* 13. Alii, ut cum *Fara in d. tract. de infantia, cap. 1. num. 7. & cap. 6. num. 5. vers. Sed contra* dupli- 25.
cem infantis Etymologiam statuunt; dicunt enim, quod parti-

particula *In* aliquando in compositione stat negative, aliquando autem affirmative, seu augmentative, prout apud *Passeratium in suo Calepino*, & *Martinium in suo Lexico Philologico* videre est in verbis *incertus*, idest *non certus*, *inhumanus*, idest *non humanus*, & in verbis, *incanus*, idest *valde Canus*, *Incurvus*, *valde curvus*, ita duplicem etiam infantiæ gradum esse putant, primum scilicet quando Infans est vere non fans, seu non loquens, eo quod fari, seu loqui nondum possit, vel nesciat: secundum vero, quando infans est valde fans, seu valde loquax, & admodum verbosus, ideoque infantiam primam mox expli-
26. catam fœtui etiam nondum in lucem edito, & adhuc matris in utero latenti, nedum ipsi jam nato usque ad quartum, seu quintum vitæ annum, quo tempore fari, seu loqui posse, ac scire præsumitur; subsequentem autem infantiam usque ad septennii complementum secundo tantum infantiæ gradui convenire, affirmant. Aliqui etiam juxta infantilium operarum diversitatem, cum aliquæ nullius, aliquæ vero alicujus sint valoris, diversos quoque infantiæ limites constituunt, ideoque primam infantiam, cujus operas nullius esse valoris autumant, non nisi ad primos quinque à nativitate annos extendunt; reliquum vero tempus secundam, & quodammodo diversam infantiam esse putant, ut habetur ex eodem *Fara cap.* 2. *num.* 11. & ex *Narbona de ætate, anno* 5. *quæst.* 3. ubi propterea *num.* 11. omne tempus ante quin- 27.
quennium infantiam inhabilem; reliquum autem tempus usque ad septennium infantiam non inhabilem vocat. Multi quoque in statuendo ultimo infantiæ termino varias abierunt in sententias juxta variam infantiæ acceptionem; quidam enim ultimum infantiæ terminum non 28.
ex septennio, sed ex ipsa expedite fandi, seu loquendi facultate desumendum esse contendunt; quidam vero non ex prædicto tempore, sed ex eo, quo infans somniare incipit; plures etiam ex rationis, ac discretionis adventu, seu earum capacitate, ac usu finem infantiæ dimetiendum putant, ut videre est apud *Mandos. de minori ætate*, *cap.* 3. Unde infantiæ finem distin- 29.
guunt in præsumptum à Jure, & in verum de facto, ideoque juxta fori externi, & in-

terni

terni diverſitatem diverſum pariter infantiæ terminum ſtatuunt: in foro enim fori, ſeu externo ideo cum ſeptennio infantiam expleri, ſeu expirare præſumunt, quia regulariter tunc infantiles defectus, ſeu infantiæ ipſius effectus cum ſeptennii fine finem habere præſumuntur etiam coram Judice Eccleſiaſtico ex *Mandoſ. ibid. cap. 3. num. 11.* niſi contrarium probetur, ſed in foro Poli, ſeu interno infantia tunc vere finem habet, cùm vere humana ratio ſe ſe dilucidius exerit, ejuſque uſus clarius elucere incipit, ſive hoc
30. ante, ſive poſt ſeptennium fiat, prout in aliquibus fit, in quibus malitia, ut vulgo dicitur, etiam ante ſeptennium ſupplet, vel ſuperat, ſive antecedit ætatem, ſeu verius diſcretio prævenit ætatem, & antecedit ſeptennium, prout videre eſt apud *Zambran. in Deciſionib. caſuum cap. 4. dub. 3. num. 3. & ſeqq.* ubi ſupponit, quod nunc, ſicuti vita eſt brevior, ita uſus rationis acceleretur, maxime in bene educatis, & inſtructis, quales eſſe ſolent nobiles, & habitantes in inſignibus civitatibus, & *num. 14.* ſubdit, cur aliquis nonnunquam judicio careat quoad aliqua, non autem quoad alia, nec nō apud *Narbonam de ætate, anno 7. quæſt. 2. num. 9. & ſeqq.* ubi etiam ſigna referuntur, ex quibus manifeſte deprehendi poſſit, an quis, ſive completo, ſive incompleto ætatis primæ ſeptennio, debitum rationalitatis uſum, & exercitium ſortitus ſit; inſuper in foro Poli, ſeu interno, ac proinde quo ad Deum non dicta præſumptio, ſed ſola veritas attenditur, ut egregie tradit *Petrus Maria Paſſerinus in cap. ſi infantis, nu. 5. & ſeqq. de deſponſat. impuberum*, ubi propterea cum pluribus aliis *ibid.* allegatis recte infert,
quod, ſicuti ſponſalia, etiam 31.
non expleto ætatis ſeptennio, vere ſunt valida, ſi diſcretio, & rationis uſus illud antecedat, quamvis invalida in foro externo præſumantur, niſi anteceſſio prædicta manifeſte appareat, ſic etiam poſt ſeptennium vere invalida ſunt, ſi diſcretio, & rationis uſus nondum adſint, quamvis valida præſumi debeant in foro externo, niſi oppoſitum probetur; Septennium autem prædictum debet eſſe de momento ad momentum, ac metaphyſice completum, ubi diſcretio evidenter illud non ſuppleat; quo in ſenſu intelligi debent ii, qui admittunt

ſpon-

ſponſalia valere, ſi celebrata ſint circa quinquennium, vel per aliquot dies ante. Jura
32. enim ex eodem *num.*7.Septennium completum exigunt. Quin etiam, ut aliqui ad ætatis annum decimum cum
33. dimidio in maſculis,& nonum cum dimidio in fœminis infantiam protrahunt, ideoque impuberes infantiæ proximos
34. ipſomet infantium nomine appellant, ut patet ex *Fragoſ. in Regim. Reipub. Chriſtian. part.* 1. *lib.* 5. *diſp.*12.§. 14.*num.* 89.*verſ. Quid ſi infantes*,& *verſ. Nihilominus*, ubi cum multis ibi adductis ait prædictæ ſententiæ non obſtare *tex. in cap.* 1. *de delictis*, quia textus ille non loquitur de infantibus infantiæ primi generis proximis, ſed de proximis pubertati, nec non ex *Montan. de tutel. cap.* 5. *num.* 53. ubi ex *Zaſ. in l. Poſſeſſio*, §. *adipiſcimur*, *ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* infantiæ proximos vocat infantes ſecundi generis, hoc eſt linguæ gnaros, ſed rerum ignaros, nec deſunt, qui ex jure Longobardorum infantiam uſque ad 18. annos extendunt, ut videre eſt apud *Bakaran. de feud. lib.* 2. *tit.* 16. *ad* §. *ſi minori*, *num.* 1. ſic etiam multi eum, qui cogitata, conceptuſque ſuos effari, vel eloqui nequit, cujuſcumque ſit ætatis, 35.
translate infantem dicunt cum *Bonifacio de furtis*, §. *Animo lucrifaciendi*, *num.* 106. ubi etiam jejunitas, ac inopia orationis infantia dicitur, &, quod inenarrabile eſt, verbiſque explicari aut non poteſt, aut non debet, infandum appellatur, nec non ex *Cartagena in expoſit. titul. jur. canon. lib.* 5. *tit.* 11. *verſ. Secunda obſervatio*, cum is non ætatis, ſed cognitionis ratione, ac proinde non corpore, ſed animo infans eſſe videatur, & idcirco multoties quoque apud *Homerum* infantis nomen pro inſipiente accipitur, ut dixit *Zacchias Quæſtion. Medicolegal. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 3. *ſub num.* 26. & *Narbona ipſe de ætate*, *anno* 7. *quæſt.* 1. *num.* 29. non diffitetur infantes aliquando etiam dici, qui ſeptimum, & deinceps annum exceſſerunt; ad quod multos adducit concordantes, ac proinde poſtea ſubdit, quod ſæpe quoque infans pro inculpabili,& innocente ſumitur, ideoque adulti noviter baptizati infantes dici conſueverunt; prout etiam infans 36.
dicitur, quicunq; fandi copiam nõ habet in cura adminiſtrãda, cum ſua non referat, & quaſi pupillus, vel infans ſub cura Tutoris ſit, ut patet ex *Fara*

de Infantia, cap. 2. *num.* 13. & *Scacc. de judiciis lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 717. ubi habetur, quod apud Hispanos, & Germanos filii Regum, vivente, ac regente Patre, vel Fratre natu majore, Infantes vulgariter appellantur, cum administratione careant, nec quoad regendum quodammodo vocem habeant, vel quia ii majoribus subditi sunt, uti naturaliter viris infantes subduntur, quod videtur esse juxta mentem *D. Thomæ lib.* 3. *de regimine Principis, cap. final.* itaut dicti filii coram primogenito fari quasi prohibiti censeantur, & eorum sermo parum attendatur, ut dixit *Mandos. in Commissionum Praxi, commission.* 4. *in V. minores existant*, &
37. *Bonifac. d. num.* 106. ubi subdit, quod pari modo etiam Cardinales, dum os habent à Summo Pontifice clausum, antequam illis aperiatur, fandique facultas concedatur, Infantes dici possunt; prout etiam idcirco idiomate He-
38. bræorum omnis filius, cujuscumque ætatis, aut sexus esset, ad comparationem patris vocatur infans, ut ex *Divo Hieronymo* tradit *Vendramen. in addit. ad Repertor. Inquisitor. V. Infans, in fine*, quod item apud Romanos in usu fuisse dixit *Narbona, ubi sup. ann.* 7. *quæst.* 1. *num.* 42.

Præmitto secundo, quod secundum etiam minoris ætatis partem, hoc est pueritiam diversi quoque diversimodè eam accipiunt, & extendunt, nec non multipliciter nominant, ac distinguunt. Pueri 39.
namque nomen, à quo Pueritia fit, tres habet significationes ex *textu ipso in l. pueri* 204. *ff. de verbor. signif.* Prima est, cum servos omnes domesticos, cujuscumque ætatis sint, pueros appellamus, quo sensu non tam ætatem, quam subjectionis conditionem exprimimus, ut dixi *Narbon. ann.* 18. *quæst.* 3. *num.* 6. Secunda, cum 40.
puerum dicimus ad differentiam puellæ, licet pueri appellatione puella quoque alias contineatur, *l. servis*, *§. sed pueris, de legatis* 3. Tertia vero, cum specificam hominis ætatem indicamus; tribus autem prædictis quartam addit significationem *Balzaran. ad lib.* 2. *de feudis, tit.* 26. *ad §. si minori, num.* 1. nam fideles, inquit, pueri quandoque dicuntur ex *Gloss. fin. in cap. hoc est, de consecratione, dist.* 2. *Lælius Bisciola borar. subcisivar. lib.* 2. *cap.* 17. *in fin.* latiorem aliam attulit significationem, dum dixit, quod antiquitus filii omnes pue-

puerorum nomine vocabantur; *Alciatus* autem omnium latissimam adduxit ad dictam
41. *l.* 204. *de verbor. signif.* ubi Puer aliquando dicitur, cujuslibet ætatis sit, qui puerum se moribus exhibet, prout exprese Puer centum annorum dicitur in *cap. Paulus* 2. *quæst.* 7. & idipsum quoque tradit *Alberic. in Dictionar. V. puer ali-*
42. *quando*, cum enim puer à puritate dicatur, quasi purus aer ex *Archidiacon. de Cleric. ægrot. cap.* 1. *lib.* 6. proinde factum videtur, ut quilibet non propter ætatem, sed puritatem, vel aliam qualitatem pueris similem puer vocari possit; immo nedum infantes, atque majores omnes 25. annis, sed etiam fœtus ipse post completam formationem sæpe puerorum nomine veniant, ut videre est apud *Zacchiam Quæstion. Medicolegal. part.* 1. *lib.* 1. *tit.* 1. *qu.* 4. *num.* 6. *&* *Narbona ann.* 7.
43. *quæst.* 1. *num.* 44. ubi puer pro immaculato, & innocente, accipitur, prout etiam in ordine ad varios effectus pueritia varios habere terminos videtur; habito enim respectu ad specialem postulationis rationem, à nonnullis pueritia ad annum decimum septimum extenditur, ut patet ex *Rebuf. in d. l. pueri* 204. *ff. de verbor. signif.* ubi sic interpretatur *l.* 1. *§. pueritiam, ff. de postulando*, & ex *Reyger. in thesauro juris, V. minor, nu.* 15. ab aliis autem eadem ob alios item respectus modo ad 15. modo ad 16. modo etiam quoad alimenta ad decimũ octavum extenditur cum *Gloss. in cap. in veteri, dist.* 77. & *Alberic. in dictionar. V. Puer*, ubi allegat *l. mela, ff. de aliment. & cibar. leg.* nec non ab aliquibus ad 25. ut patet ex eodem *Alciat.* ubi supra *num.* 3. *& seqq.* & ex *Zacch. ibid. num.* 3. 10. *&* 11. quibus addo *Pereyr. Elucidar. lib.* 2. *elucidat.* 6. *sect.* 5. *num.* 785. ubi ait, quod 44.
pueri ingenui apud Romanos prætexta utebantur usque ad annum 18. & post virilem togam sumebant, quæ & Libera dicebatur. Cum ergo Puer parvus dicatur Pupus, & puella parva vocetur Pupa, *Bonifac. de furtis, d. §. Animo lucrifaciendi, num.* 107. ubi etiam infert, quod hinc nequaquam illepide Pupæ dictæ fuerunt imagunculæ illæ, quas puellæ conficiebant, quibusque lusitare solebant: cumque à Pupo diminute fiat Pupulus, ac Pupillus, ut patet ex *Rebuf. ad l. Pupillus* 239. *vers. Inde pupillus, ff. de verbor. signif. & V. pupillus*, & pupillus vocetur etiam Impubes, nec

non Orphanus à Græcis, teste *d. Rebuf. ubi sup. verf. secundo*,
45. quamvis inde factum videtur, ut aliquando tam puer, seu impubes, quam pupillus, & orphanus pro eodem usurpentur, licet vere juxta communem Jurisperitorum sententiam, & praxim non parum inter se differant, cum proprie accipiuntur; licet enim non solum Impubes, sed etiam Pupillus, & Orphanus juxta propriam illorum significationem desinant esse tales, cum incipiunt esse puberes, ac proinde quilibet eorum ante pubertatem vere puer, ac impubes dici possit; dici tamen nequit Pupillus, nisi Impubes sit, ac extra patriam potestatem; prout nec Orphanus dici potest, nisi & Impubes, & Parentibus orbatus sit, ut clare patet ex *Fagnan. in cap. significantibus, num.* 29 *de Offic. deleg.* ubi post *Menoch. de Arbitrar. in addit. ad lib.* 2. *cas.* 66. *num.* 7. ac alios multos, quos allegat, prædictam differentiam egregie probat.
46. Scuti autem Pueritia inter infantiam, & Pubertatem media est, sic etiam ipsamet à multis in medio quodāmodo dividitur, priorque illius medietas vocatur pueritia infantiæ proxima, quia minus distat ab infantia, quam à pubertate, posterior vero pubertati proxima, ideoque masculus dicitur infantię proximus ab anno septimo usque ad decimum cum dimidio, & fœmina infantiæ proxima ab anno septimo usque ad nonum cum dimidio; postea vero masculus usque ad totum annum Decimum quartum dicitur pubertati proximus; fœmina vero usque ad duodecimum expletum pubertati proxima, ut patet ex *Gloss. in §. Pupillus omne*, *V. infantiæ proximus*, *instit. de inutil. stupul.* quam *Glossæ* opinionem secuti sunt *Bald. in l. non tantum, ff. de excusat. tutor. Bartol. in l.* 1. *num.* 6. *ff. de novat*, eamque communem dicit *Cæval. in specul. opinion. commun. contra commun. quæst.* 292. *in princip.* & *Zacch. ubi supra*, *lib.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 5. *num.* 11. Ab aliis pueri tunc tantum dicuntur pubertati proximi, quando à pubertate distant per annum tantum; ab aliquibus etiam, quando ab ea distant solummodo per sex menses; à nonnullis quoque, cum à pubertate non nisi per mensem distant: immo quidam pueros pubertati proximos esse negant, nisi à pubertate per tres tantum dies distent, ut fuse tradunt *Menoch. de arbitrar.*

trar. lib. 2. cent. 1. cas. 57. Farinac. part. 3. prax. crimin. quæst. 92. num. 9. & seqq. Zacch. d. lib. 1. tit. 1. quæst. 5. num. 12. & seqq. Narbona ibid. anno decimo cum dimidio, quæst. 2. Calvin de Æquitate, lib. 3. cap. 251. per totum, nec non *Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 104. nu. 37. & seqq.* ubi tamen *num.* 40. cum pluribus aliis jure opti-
47. mo concludit, quod in hoc tot opinionum, ac sententiarum conflictu verior est sententia eorum, qui Judicis arbitrio relinquunt, qua ætate masculus, & fœmina impuberes dici debeant infantiæ, aut pubertati proximi, id enim, cum à Jure præscriptum non sit, merito Judicis arbitrio relinquitur juxtà *l. 1. ff. de jur. deliber.* qui non tam annorum numerum, quam impuberum malitiam, seu discretionem, ac regionis qualitatem, cæterasque facti, ac personarum circumstantias diligenter inspiciat, ac perpendat, indeque rem ipsam æstimet; prout etiam præter *Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 1. cas. 57. nu. 44. ac seqq.* nec non alios, quos allegat *Sanchez*, ubi supra, hanc eandem sententiam tenent, ac veriorem esse tradunt *Mayner. de regul. jur. in l. Pupillum num. 4. Coras. Miscellaneor. jur. civil. lib. 6. cap. 23. num. 8.* ubi ex *Jo. Fabro* idcirco subdit, quod plerique maioris industriæ, malitiæque in decimo anno visuntur, quam sint alii in quartodecimo, *Covarruvias in Epitom. ad 4. lib. Decretal. part. 2. cap. 5. Franc. Vivius commun. opinion. 676. num. 2. cap. 251. Jo: Harpprecht. in §. in summa sciendum 18. num. 4. instit. de oblig. quæ ex delicto nascunt. Barbos. ad cap. continebatur, nu. 6. de desponsat. impuber.* ubi plurimos alios secum affert, *Carleval. de judiciis, lib. 1. tit. 3. disp. 7. num. 34. Scacc. de judiciis, lib. 2. cap. 7. nu. 721. & seqq. Carpzou. rer. criminal. part. 3. quæst. 143. num. 33. Antonel. de tempore legal. lib. 2. cap. 1. num. 9. Aylon. ad Gomez resolution. de delictis, cap. 1. nu. 57.* ubi approbat sententiam *Pichardi in §. in summa instit. de oblig. quæ ex delicto nascunt. nu. 5.* docentis Judicis arbitrio relinqui, quando dicatur puer pubertati proximus, *Zacchias d. lib. 1. tit. 1. quæst. 5. num. 24. & seqq.* ubi egregie infert, quod, cum temperaturæ, regionis, morum, victus, & institutionis varietas in particularibus personis pubescentiam, simulque pubescentiæ proximitatem & retardare, & accelerare possit, Judex in 48.
arbi-

arbitrando, an quis pubertati proximus sit, medicos simul adhibere debet, ut bene sibi caveat, cum quo stat etiam *Narbona d. anno decimo cum dimidio, quæst. 2. num. 9. & seqq.* ubi hanc sententiam dicit esse innumerorum scribentium, & eorum, qui rem aptius pensitant, prædictamque sententiam novissime quoque amplexus est *Vulpin. in succo Farinacii, part. 10. quæst. 92. nu. 5.* cum sibi placere dicat, quod in hoc attendi debeat natura, & vivacitas impuberis illius, de quo tunc agitur, nec non *Setser, de jurament. lib. 4. cap. 2. num. 13. vers. Pubertati proximum*, ubi sibi rectius, ac verius videri ait, quod prædictæ controversiæ decisio judicis arbitrio relinquatur, cum ad generalem regulam trahi nequeat, nec expressa lege definiatur.

Præmitto tertio, quod tertia, & ultima minoris ætatis pars, seu tertius minoris ætatis gradus diversimode quoque appellatur, & exponitur; sicuti enim tam, qui septem annis minor, ac proinde infans est, quam, qui infante major est, sed intra decimum quartum annum, si mas sit, vel infra duodecimum, si fœmina sit,
49. impubes generaliter loquendo dici potest, seu non pubes; ut patet ex *Vultejo jurisprud. Roman. lib. 1. cap. 4. num. 23. & seqq.* quia tam ille, quam ista infra prædictos annos pube, seu barba, vel pilorum veste tam superiori, quam inferiori caret, ideoque non modo impubes, sed imberbis etiam, ac investis, & investiceps vocatur ex *Bonifac. loc. cit. & Montan. de tutelis cap. 5. num. 122. & seqq.* ubi è contrario Vestiiceps dicitur, qui Pubertate vestitus est; specialiter autem, ac proprie loquendo, ut habetur ex *Zacch. quæstion. Medico-legal. lib. 1. tit. 1. quæst. 5. num. 5.* is tantummodo impubes vocatur, qui est inter infantiam, & pubertatem, quia tunc non modo pubes non est; prout etiam pubes non est infans ipse; sed insuper pubertati proximus est, quod ad puberem proprie dictum requiritur; sic ex adverso Puberum ætas, quæ pubertas appellatur, cum tunc pubes, seu lanugo prædicta in pudendis, aliisque corporis partibus primò erumpat, ac emitti, vel oriri soleat, ut ait *Bonifac. de Furtis*, ubi supra, *num. 108.* quæ maturi- 50.
tatis signum ex *Altenstig. in Lexico Theologico, V. Pubes*, atque ex *Basset. in Institut. Justinian. tit. quib. mod. tutela finiatur, vers. Dicebatur*; & ex Impube-

pubere puberem, & secundum aliquos adolescentem facit, licet à multis multipliciter dividi soleat, ut videre est apud *Sabell. in summa diversor. tractat. §. Pubertas* 58. *nu.* 2. ubi ea dividitur in plenam, pleniorem, & plenissimam; regulariter tamen cum *Vul-*
51. *tejo, loc. cit.* Pubertas duplex tantum est; ideoque alia plena nuncupatur; alia vero dicitur non plena, seu non prorsus plena, vel simplex, seu prima pubertas, quod placuit etiam *Narbon. ibid. ann.* 18.
52. *quæst.* 1. *nu.* 2. ubi subdit, quod plena in masculis, ineunte anno 18. in fœminis vero 14. exorditur, & cum 25. finitur; non plena vero incipit à pueritiæ fine usque ad prædictum plenæ initium; ideo autem tunc temporis plena dicitur, ut illi, qui lentius, seu tardius pubescunt, tanto tempore ad pubertatis habitudinem deveniant, prout post *Costam selectar. interpretat. lib.* 2. *cap.* 12. dixit *Corduba de Lara in l. si quis à liberis, §. utrum, num.* 7. *ff. de liber. agnoscen.* Certum enim est, quod secundum naturæ regulas alii tardius, alii citius pubescere incipiunt; licet, secundum jus commune ad sedandas lites, quæ ex incertitudine oriebantur, masculi, & fœminæ prædictis respective annis pubescere præsumantur, nisi oppositum probetur, ut patet ex *Zacch. d. lib.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 6. *num.* 68. & 75. nec non ex *Narbon. ibid. anno* 18. *quæst.* 1. *num.* 3. Cur vero 53.
fœminæ citius, quam masculi pubescant, vel pubescere præsumantur, tam quoad animi, quã quoad corporis perfectionem (dum ratio contrarium suadere videbatur, ut longius fœminis, tamquam levioris judicii, & prudentiæ tempus poneretur, ut bene advertit *Campanil. in diversorio jur. canon. rubr.* 11. *cap.* 19. *num.* 41.) plures à pluribus afferuntur rationes: multi enim cum *Crusio de indiciis, part.* 1. *cap.* 97. *num.* 15. hoc naturæ vitio, non virtuti adscribunt, fructus namque, quo excelsioris sunt naturæ, serius maturescunt, *Soto de just. & jur. lib.* 7. *quæst.* 3. *art.* 2. *part.* 4. *conclus.* *Quod citius crescit, citius finitur, Bald. in l.* 2. *C. de his, qui veniam ætat. impetr.* Quæ à natura parum curantur, cito augescunt, *Arnis. de jur. connubial. cap.* 2. *sect.* 2. *num.* 22 Parva, & molliora poma citius matura fiunt, quam robusta: plantæ, quæ cito crescunt, cito deficiunt; firmiora diutius, infirmiora celerius perficiuntur

tur

tur: quod cito fit, cito perit, *Macrob. Saturnal. lib. 7. cap. 7.* & mala herba citius crescit, ut facete dixit *Accurs. ad princip. instit. de nupt. Scalona de testamentis lib. 1. cap. 5. §. 1. num. 25. & seqq.* nec non *Dauth. de testament. sub num. 146. vers. ergo in masculis*, ubi subdit etiam, quod prædictum pubertatis
54. discrimen inde fit, quia ætatis mutatio in fœminis per sexennium, in masculis per septennium fit, quod etiam valde placuit *Narbonæ de ætate, anno 17. quæst. 1. num. 13.* & secum affert *Cujac. ad l. 5. ff. qui testam. fac. poss.* nec non *Borchol. in princip. instit. quib. mod. tutela finitur, n. 2.* & alii cum *Jo. Andr. in cap. litteras de desponsat. impuber. & Mayner. in l. omnis definitio num. 12. de regul. jur.* dicunt, quod mulier citius maturescit, quia citius senescit, & citius moritur. Sed vera, & legitima ratio, ut egregie cum *Soto loc. cit.* tradit *Gutierr. in Repetit. Authent. Sacramenta Puberum, C. si adversus venditionem, num. 2. Dauth. de testament. sub dict. num. 146. vers. ergo in masculis, Pichard. instit. lib. 2. tit. 12. §. Præterea 5. num. 11. Zacch.* ubi supra, *num. 52. Narbona loc. cit. ann. 14. quæst. 5. num. 10. & seqq.* & novissime *Christophorus Chlingensperger in Collegio instit. lib. 1. tit. 22. quæst. 3.* videtur esse, quia fœminæ illam animi, & 55.
corporis perfectionem, qualis qualis illa sit, quæ fœmineo sexui congruit, & illis in suo genere contingere solet, cum sit minor perfectione masculorum, citius acquirunt, quam masculi in suo genere suam, quæ, cum fœminarum perfectione major sit, majus etiam temporis spatium requirit, ut ab istis acquiri possit: unde fœminæ, habita sui sexus ratione, eam perfectionem in duodecimo ætatis anno habere putantur, quæ in eis satis esse creditur; sed masculi, licet eandem in eodem anno perfectionem habeant; eam tamen nondum habent, quæ legitime in ipsis requiritur, ac præstantior, quam in fœminis esse debet, cum masculi fœminis præesse, fœminæ vero masculis subesse debeant, & major perfectio ad gubernandum, quam ad obediendum, majorque virtus ad agendum, quam ad patiendum exigatur, ut ex se, ne dum ex auctoribus prædictis patet. Quamvis autem fœminæ citius; masculi vero tardius pubescere incipiant, ut jam dictum est; pubertas tamen æque in fœminis, ac in masculis usque ad vigesimum quin-

quintum annum expletum perdurat, *l. cum filio* 50.*ff. de legat.* 3. *Gutier. loc. cit. num.* 3.
56. ubi ait inter masculos, & fœminas quoad pubertatis exitum nullam esse differentiam, quia utrique per 25. annum egrediuntur ex minori ætate, ac majorem ingrediuntur, *Narbona* cum multis *ibid.num.* 17. *& anno.*25.*quæst.*1.*num.*12.
57. *& seqq.*ubi ætatem 25.annorum legitimam vocat,nec non perfectam, plenam,integram, ac majorem. Quæ tamen epitheta, nec non alia ejusmodi non semper 25. annum completum significant, sed solum, quando subiecta materia id patitur; nam pro subiectæ materiæ varietate diversimode illa sumuntur, ac declarantur, ut clare demonstrat *Mandos. de ætate minori cap.* 5.
58. *num.* 115. prout etiam aliquando juxta subiectam materiam in favorabilibus fieri solet, quod annus 25. cæptus habetur pro completo ex *eodem, ibid.* Quibus stantibus,
59. Dico primo, quod infans ante completum septennium occidens unum pro alio à culpa in foro externo in totum excusatur: quilibet enim in dicta ætate præsumptione Juris, & de Jure carere censetur rationis usu ad culpam in delictis admittendam necessario, Textus est expressus *in l. infans* 12. *ff. ad l.Cornel. de sicar.*& est communis Doctorum sententia, ut patet ex *Petro à Placha in Epitom. Delictor. lib.*1.*cap.* 32. *num.* 1. *&* 2. *Clar. Criminal. quæst.* 60. *nu.* 2. *Bajard. in addition. ad d. quæst.* 60. *nu.* 8. *Gomez. variar. resolut. tom.* 3. *cap.* 1. *num.* 57. *vers. Quibus sic visis, Mandos. de ætate minor. cap.* 3. *num.* 11. *Centulin. cum multis ab eo adductis in addition. ad Farinac. consilior. lib.* 1. *cons.* 1. *§. Levis Pecuniaria, vers. Infantes autem, Menoch. de arbitrar. lib.*2. *cas.* 329. *num.* 1. *Barbos. in cap.* 1. *num.* 2. *de delictis Puerorum, Layman lib.* 1. *tract. de legib. cap.* 10. *nu.* 5. *Cabal. de omni genere homicidii, num.* 179. *& seqq. Farinac. in Praxi criminal. quæst.* 92. *nu.* 46. *&* 50. ubi longum concordantium agmen allegat, *Carpzou. rer. crimin. part.* 3. *quæst.* 143. *num.* 10. *& seqq. Joseph Ricc. de public. judiciis in genere, quæst.* 38. *num.* 2. ubi plures alios allegat, *Reyger. in Thesauro Jur. V. infans, num.* 3. *Setser. de jurament. lib.* 4. *cap.* 2. *ubi num.* 9. ait infantem homicidam innocentia consilii excusari, cum in Parvulis, ut dixit *Marcian. in l. sed, & si* 55. *in fin. de fideicommissar. libertat.* nulla

deprehendatur culpa, *Haunold. de jur. & justit. tom. 6. tract. 3. cap. 10. controvers. 2. nu. 519.*
60. ubi subdit, quod infantes à parentibus, aut instructoribus non puniuntur in pœnam culpæ, quæ in eos nō cadit; sed eo fine, quo equus calcaribus, & canis flagellis castigantur, ut scilicet afflictionis apprehensione faciant, quod exigitur, vel intermittant, quod improbatur.

61. Dico secundo, quod etiam puer infantiæ proximus occidens unum pro alio in foro externo à culpa in totum excusatur, cum enim tunc etiam præsumatur non consentire, juridicam proinde tunc nullo modo culpam admittere, neque tunc in foro externo ex delicto obligari censetur. Dixi autem tam in præcedenti, quam in præsenti conclu-
62. sione *in foro externo*; forum enim (quod non à fando, neque à Foroneo Rege, qui primus Græcis legem dedit, ac judicia instituit, ut dixit etiam *Ageta de foro feudali, assertione* 1. sed inde appellatum docuit *Alciatus lib. 2. dispunct. cap.* 24. quia, ut à negotiatoribus res venales, sic à litigantibus controversiæ illuc feruntur) aliud est externum, seu contentiosum, & humanum, vel coram hominibus, quod etiam forum fori appellatur, & in Ecclesiasticum, ac sæculare dividitur; aliud autem est internum, seu divinum, vel coram Deo, quod etiam forum Poli, vel Cælitum, seu animæ, vel conscientiæ vocatur, & eorum alterum valde ab altero differt, licet in aliquibus casibus utrumque simul conveniat, 63.
ut videre est apud *Parlador. quotidian. differētiar. cap.* 12. §. 1. sicut corpus, & anima magnam inter se habent coniunctionem, & affinitatem. Cum ergo forum externum sit Judicium, in quo tractantur causæ in ordine ad externam Reipublicæ, sive Ecclesiasticæ, sive Laicæ administrationem; forum vero internum sit Judicium, quod intus in mente hominis, ubi conscientia residet, exercetur, ut optime tradit *Pereyra Elucidarii lib. 2. Elucidat. 17. sect. 8. num.* 1215. inde fit, ut forum externum nedum sit diversum ab interno, sed etiam diverso modo procedat, nam forum externum sequitur præsumptiones, & iis innititur in ferendo sententiam, ut communiter tradunt Doctores ad *l. fin. C. quod met. caus. l. si extraneus, ff de condict. cav. dat. & cap. quia verisimile*,

mile, de præsumpt. Forum vero internum inhæret nudæ, ac puræ veritati, ac proinde in eo locum non habent præsumptiones, neque leges, quæ in præsumptione fundantur, ut etiam communiter docent *Gutierrez Canonic. quæstion. lib. 2. cap. 18. num. 66. Menocb. lib. 1. præsumpt. 80. num. 1. Gratian. discept. forens. cap. 33. num. 25. Moneta de commutat. ultim. volunt. cap. 5. num. 248. Mancin. Genial. disquisit. cap. 127. num. 2.* & plures alii cum *Pasqualig. de bis, qui sunt in peric. mortis, qu. 108. num. 7.* Quamvis igitur nedum puer infantiæ proximus, verum etiam infans aliquando ante septennium in rei veritate aliquem usum rationis habeant, ac proinde tunc in foro interno, seu conscientiæ, atque coram Deo vere peccare possint; nihilominus in foro externo ob teneram eorum ætatem à culpa excusantur, quamvis doli capaces sint; tunc enim nedum ipsimet infantes, sed simul etiam infantiæ proximi, (prout proxime accingendus habetur pro accincto, *l. penult. de testam. milit.*) in Jure censentur adhuc eo rationis usu carere, quæ ad culpam in deli-
64. ctis admittendam pro foro externo leges requirunt, ideoque pro infantibus reputantur, ita *textus in §. Pupillus, vers. 1. Instit. de inutil. stipul. & in §. penult. Instit. de oblig. quæ ex delict. Gloss. in l. Pupillus in princip. 21. ff. ad l. falcid. Dec. in l. si pupillus 149. ff. de regul. jur. Gomez variar. resolut. tom. 3. de delictis, cap. 1. num. 57. vers. & idem est, Mauritius de restitut. in integr. cap. 161. Farinac. criminal. part. 3. quæst. 92. num. 54. Ayllon. in addit. ad d. Gomez tom. 3. cap. 1. num. 57.* ubi multos idipsum tradentes adducit, *Thesaur. de pœnis Ecclesiast. part. 1. cap. 17. in princip. Fragos. in Regimine Reipub. Christianæ. part. 1. lib. 5. disp. 12. §. 14. nu. 90. vers. Nihilominus*, ubi concludit, quod in infantibus, & infantiæ proximis non datur, vel saltem nullus consideratur dolus, & ad opposita bene respondet, *Ognat. de contract. tom. 1. disp. 4. sect. 3. num. 45. cum pluribus ibid. allegat.* quibus addi possunt *Bacchovius*, atque *Habnius ad Uvesembec.* quos adducit *Masur. Labio in homicida excusato, cap. 40. num. 14.* ubi concedunt infantiæ proximos infantium privilegio gaudere, idque omnino justum esse dicunt.

Dico tertio, quod tum puer pubertati proximus, tum puer adhuc minor occi- 65.

dens unum pro alio in foro externo regulariter non excusatur in totum à culpa, sed tunc ob minorem ætatem culpa etiam minor esse censetur, quod enim in ea ætate committitur, ætatis vitio magis, quam malitiæ, ac improbitati adscribendum videtur, cum ejusmodi ætas nondum
66. habeat plenum rationis Judicium, neque Consilium ex *Aristotele Politic. lib.* 1. *cap. ult.* ad quod etiam facit *textus ipse in l.* 1. *ff. de minorib.* & id aperte docent *Clar. d. quæst.* 60. *nu.* 3. *Gomez. dict. lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 1. *num.* 58. 59. *&* 62. *Farinac. d. quæst.* 92. *nu.* 171. *Tiraq. de pœn. temper. caus.* 7. *num.* 1. *&* 8. *Menoch. de Arbitrar. lib.* 2. *cas.* 329. *num.* 2. 6. 7. *&* 19. *Thesaur. decis. Pedemont.* 161. *per tot. & ibi addentes circa medium*, nec non *Carol. Anton. Thesaur. ejus nepos de pœnis Ecclesiastic. part.* 1. *cap.* 17. *vers. Respondeo* 11. ubi ait, quod tenera minorum ætas culpam etiam minuit, quibus ahæret *Conciol. in resolution. criminal. §. minor, Resolution.* 1. *num.* 1. *& seqq.* ubi hanc opinionem esse veriorem, & magis communem, immo communissimam asserit, & *Fulvius Majoran. in Opopraxi crimin. lib.* 1.
67. *cap.* 14. *num.* 41. ubi subdit, quod minor ætas intrinsece minuit delictum. Dixi autem *regulariter non excusatur in totum*, aliquando enim fieri potest, ut, peculiaribus facti, personarum, & circumstantiarum qualitatibus bene consideratis, quis in prædicta 68.
etiam ætate à culpa in foro externo in totum excusetur, ut tum ex prædictis, tum ex inferius dicendis aperte constabit.

Colligo primo, quod, quæ 69.
superius dicta sunt quoad forum internum de infantibus, & infantiæ proximis, eadem etiam, multoque magis impubertati proximis, & puberibus ipsis, ac minoribus ipsis locum habere debent.

Colligo secundo, quod, 70.
quamvis aliquando malitia suppleat ætatem, ac ætatis completio tunc non spectetur, *Mendran. de consensu connubial. cap.* 7. *num.* 2. *Narbona ubi supra, anno* 15. *quæst.* 9. *nu.* 12. nihilominus nunquam in minori ætate sic augetur ob id delinquentis culpa in foro externo, ut ordinaria delicti pœna is puniri debeat: semper enim in ea ætate ob animi levitatem, ac mentis inconstantiam fragile, ac infirmum est consilium, ut innuitur *psal.* 24. *Delicta juventutis meæ, & igno-*

ignorantias meas ne memineris. Sicuti autem nec dolus, nec culpa præsumitur, nisi probetur, sic ea ratione, qua removetur præsumptio doli, eàdem ratione removetur etiam præsumptio culpæ, ut bene tradunt *Ubertus de Cremona, & Ziliolus inter consilia criminalia Divers. tom.* 1. *cons.* 11. *num.* 4. & 5.

CAPUT SECUNDUM.

An à culpa excusetur senex occidens unum pro alio.

SUMMARIUM.

Senex dicitur, quasi se nesciens. num. 1. *seu quasi seminex, hoc est semimortuus, ibid. secundum aliquos deducitur à sensu. num.* 5. *& secundum alios à sex. num.* 6. *ut juvenis cito mori potest, ita senex diu vivere nequit. num.* 1. *æquiparatur infirmo, nec non mortuo. num.* 2.

Senectus est Morbus naturalis, qui caret medicina, semper fit major, semperque periculosior. num. 3.

Senex cur dicatur homo, & non homo, aut etiam semihomo. num. 4. *nemo ita senex est, qui adhuc per quinquennium, vel saltem per annum vivere non speret. ibid. senex cur bis puer vocetur. num.* 7. & 12.

Senectutis mala solita. num. 8.

Senes quomodo ad finem properent, simulque ad initium reverti videantur. num. 9. *cur pueris mire delectentur. n.* 10. *an pares pueris. num.* 12.

Parium idem est judicium. n. 11.

Animi vires, ac virtutes cum ætate crescere præsumuntur. num. 13.

Senis umbra cur plus valere dicatur, quam juvenis gladius, vel eloquentia. num. 14.

Senes cur Præsbiteri nominentur. ibid.

Nomen Seigneur, Segnor, aut Signor an ductum sit à nomine Senior. ibid.

Senior cur Deo similior dicatur. ibid.

Senator à Senectute derivatus. ibid.

Seniores cur minus, quam juniores in delictis à culpa excusandi videantur. num. 15.

Senectus præsumptionem bonitatis tribuit. ibid. multiplex esse dicitur. num. 16. *quid sit. num.* 17. *aliter consideratur quoad singulares personas, & aliter quoad humanam speciem in universum. nu.* 18. *Undenam ea tum acceleretur, tum retardetur. num.* 19.

Qui-

†

PRÆ-

1. PRæMITTO primo, quod, ſive ſenex dicatur quaſi ſe neſciens, ex *Tiraquel. de pœnis temperand. cap.* 8. *num.* 6. *Conr. Zabn. de mendac. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 108. ſive quaſi ſeminex, hoc eſt ſemimortuus (nex enim mortem ſignificat) cum omnes fere vires in ſene intermortuæ ſint, ut ex *Ludov. Gomeſ. in Regul. Cancellar. de Infirm. Reſign. quæſt.* 7. *verſ. nam ut bone*, *Prukman. conſ.* 19. *nu.* 5. *&* 6. *vol.* 1. *Paul. Rub. de teſtament. in prælud. num.* 353. vel eo quod, exacta majore ætatis ſuæ parte, jam morti propinquior, ac prope interitum ſit, *Scoppa ad Gratian. Deciſ. obſervat.* 199. *num.* 7. *& ſeqq.* ubi *num.* 13. ſubdit, quod juvenis cito mori poteſt, & ſenex diù vivere nequit; immo æquiparetur nedum infirmo
2. ex *Scanarol. de viſitat. Carcerator. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 28. cum
3. ſenectus ipſa ſit morbus naturalis, qui caret medicina, & ſemper fit major, ſemperque periculoſior, *Caram. Theolog. regular. diſp.* 36. *concluſ.* 2. *num.* 402. ſed etiam mortuo, ideoque dicatur homo, & non homo, quia, cum ſit ſemimor-
4. tuus, & homo mortuus non ſit homo, conſequenter eſt homo, & non homo, aut etiam Semihomo, *Paul. Rub. ibid. num.* 354. *&* 356. licet nemo ita ſenex ſit, qui quinquennalis vitæ ſpem ex Juris præſumptione ſibi non polliceatur, vel ſaltem ſperet adhuc per annum vivere, *Giurba* cum multis, quos refert, *in conſuetud. meſſan. cap.* 2. *Gloſſ.*
14. *nu.* 3. ſive deducatur ſenex 5.
à ſenſu, cum in ſenibus ſenſus diminuatur, ac præ veſtutate deſipiant ex *Scacc. de judiciis*,
lib. 2. *cap.* 8. *num.* 236. ſive à ſex, 6.
unde ſenis, & ſenarius numerus, cum ſenectus ſexta ſit hominum ætas ex *Martinio in Lexico Philologico*, *V. ſenium:* certe ſenex ob magnam ſenſuum, ac Judicii diminutionem, quam ætas illa ut plurimum patitur, à multis nec ſentire, nec ſapere, ſed potius
deſipere, ac repueraſcere cen- 7.
ſetur, ideoque bis puer appellatur, ut patet ex *Rebuff. in l.* 101. *ff. verum eſt*, *verſ. morbus ergo*, *ff. de verbor. ſignif. Cruſ. de indiciis delictor. part.* 1. *cap.* 27. *num.* 19. *& ſeqq. Mancin. de triplici juris collat. lib.* 2. *cap.* 191. *Ricc. de public. judiciis*, *qu.*
38. *num.* 20. & paſſim ex pluri- 8.
bus aliis concorditer aſſerentibus, quod in ſenibus non ſolum cadunt capilli, defluunt dentes, caligant oculi, obturantur aures, incurvatur dor-

dorsum, trepidant genua, palescit facies, cutis arescit, corpus decrescit, vires cum vita sensim expirant, ideoque sensus omnes habescunt, sed obscuratur etiam intellectus, deperditur memoria, deficit Judicium, singulæque corporis, ac animi functiones ita debilitantur, ut rursus ad in-
9. fantiam revolvi, ac iterum ad initium reverti videantur, quamvis ad finem properent, unde *Scacc. de judiciis lib.2.cap.*
10. *8.num.* 248. dixit, quod pueris senes ideo mire delectantur, quia similes, plenum siquidem consilium, ac Judicium, quod pueri nondum habuerunt, jam senes sensim amiserunt, ut optime docuit *Fragos. de Regim. Reipub. Christian. part.* 1. *lib.* 5. *disp.* 12. *num.* 94. hincque tam senum, quam puerorum ætatem convenire sentiunt etiam Philosophi, ac Physici, ut ex *Archidiacon. in cap. tanta, nu.* 4. *dist.* 86. refert *Scaccia dict. cap.* 8. *num.* 236.
11. *&* 248. ac propterea senes, ac pueros, cum parium idem sit Judicium, *l. si socer, ff. solut. matrim. Bald. in l. Conventicula, C. de Episcop. & Cler.* omnino æquiparandos, ac in delictis à culpa eodem modo excusandos esse multi censuerunt, quos refert *Narbon. de ætate, ann.* 70. *quæst.* 11. *num.* 1. *& duob. seqq.* unde *Reyger. in Thesaur. jur. V. senectus* infert, 12.
quod senectus est altera Pueritia.

Præmitto secundo, quod ex adverso multi quoque censent senes minus, quam pueros à culpa in delictis excusandos esse. Senectus enim, ut ex *Divo Hieronymo ad Nepotianum de vita Clericor.* & ex pluribus aliis fuse tradit *Tiraquel. de jur. primogenior. in Præfat. num.* 85. *& seqq. Melch. Phoeb. Lusitan. decis.* 66. *nu.* 6. *&* 7. & *Barbos. in cap. dudum num.* 5. *de Electione, & Electi potest.* ætate fit doctior, usu 13.
tutior, processu temporis sapientior, & in universum animi virtutes, ac vires cum ætate crescere præsumuntur, itaut, quo quisque senior est, eo prudentior habeatur, eique idcirco magis credendum sit, ut patet ex *Jo. Le Cirier. de Primogenitura, lib.* 2. *quæst.* 3. *nu.* 38. cum plus valere credatur senis 14.
umbra, quam juvenis gladius, vel eloquentia, ut videre est apud *Jo. Torre* in præclarissimo illius tractatu de *successione in Majoratibus, & Primogenituris Italiæ, part.* 3. *decis.* 5. *num.* 35. nam juxta Socratis sententiam ab *Alcibiade in Platonis Symposio* relatam tunc

tunc mentis oculus acute cernere incipit, cum primum Corporis oculus deflorescit, ideoque senes, in quibus ob multam, longamque rerum experientiam cum ætate crescit etiam intellectus, sapientia, & prudentia, ut dixit *Fara de essentia infantis, cap. 30. nu.* 13. non immerito prudentiores, astutiores, callidiores, cautioresque redduntur, ideoque Præsbiteri, hoc est, seniores nominantur non tantum propter senilem ætatem, sed potius propter sapientiam, & bonitatem, cujus præsumptionem tribuit senectus, ut videre est apud *Marantâ in d. Medulla decreti, lit. S. vers. senes Præsbiteri, & vers. senectus Præsumptionem*; & apud *Gibalin. de usur. lib. 4. cap. 3. art. 2. num. 6.* nec non apud *Raynaud. de virtut. & vitiis lib. 4. sect. 3. cap. 8. num. 429. & seqq.* ubi propterea tradit, cur homo, quo senior est, eo similior Deo sit, & subdit improbandum non esse, quod *Bodinus lib. 3. de Republ. cap.* 1. asserit, Gallicum scilicet Domini nomen *Seignevr* à seniore dictum fuisse ad significandam authoritatem, ac veluti potestatem senum, à quibus Dominorum nomen prisci Galli dictum voluerunt, & cum *Bodino, & Maranta* concordat etiam *Gibalin. ibid.* dum cum *Hotoman. disput. de feud. cap. 3.* dicit, quod vox *Segnor*, aut *Signor*, quasi senior Dominum significat ex nativa earum gentium lingua, a quibus feuda instituta fuere; sicut etiam Senatoris nomen *Festus*, & alii à Senectute derivant, unde senes, cum plus cognoscant, & melius sciant, ac propterea minus delinquere debeant, consequenter etiam à culpa tunc in delictis minus excusandi videntur, cum tunc excusationis ratio cessare videatur, ut patet ex *Luc. de Penn. in l. 1. C. de Consul. lib. 12. Chassen. in Catalog. glor. Mundi part. 10. considerátion. 29. Sforz. Odd. de restit. in integrum, part. 2. quæst. 80. nu. 16. Carpzou. rer. crimin. part. 3. quæst. 144. num. 7.* 15.

16. Præmitto tertio, quod, quamvis Senectus ab aliquibus cum *Cardin. Jacobat. de Concil. lib. 1. art. 2. num. 20. & Maranta in Medulla Decreti lit. S. V. senectus alia* multiplex esse dicatur, scilicet Naturæ, gratiæ, culpæ, & æternæ gloriæ; hic tamen accipitur, quatenus ex Medicorum sententia, ut videre est apud *Zacchiam Quæstion. Medicolegal. lib. 1. tit. 1. quæst. 9. num. 13. &* Fa-

Fagnan. ad cap. cum ſis, nu. 11.
17. *de converſ. coniugat.* eſt frigidum, & ſiccum corporis temperamentum ex annorum multitudine proveniens; quia vero prædictum ſenectutis temperamentum quoad ſingulares perſonas, de quarum ſenectute in individuo agitur,
18. & à curis, & morbis, & à victus ratione, & à laboribus, & à Parentum origine, aliiſque hujuſmodi cauſis, & dif-
19. ferentiis tum accelerari, tum retardari poteſt; aliquando enim quis in quinquageſimo anno ſenior eſt, quam alius in ſexageſimo propter diverſas corporis affectiones, ut bene advertit *Panormit. in cap. Quoniam frequenter, num.* 18. *Ut lite non conteſtata. Leo in Praxi Pœnitentiariæ, part.* 1. *in Commutatione voti ſepulchri Dominici, V. propter ætatem, verſ. igitur ſequuti*; & *Homobon. de humanæ vitæ ſtatibus part.* 1. *cap.* 3. *verſ. quoad ſenectutis ſtatum*, prout etiam aliqui ante juſtos annos cani ſunt, & ideo Præcani appellantur, alii autem in ſenectute ipſa nondum cani ſunt; immo aliquando pro rerum agendarum diver-
20. ſitate idem homo uno, eodemque tempore in una, eademque ætate & ſenex, & non ſenex judicatur, teſte *Zacch. d. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 9.
num. 37. proinde in ſingulari- 21.
bus perſonis quandonam ſenectus incipiat, certa omnino regula præſcribi nequit, ſed Judicis arbitrio ſtandum eſt, ubi nihil à Jure cautum fuit, *Innocent.* & cum eo communis opinio *in d. cap. Quoniam frequenter num.* 3. *Ut lite non conteſtata*; loquendo autem in uni- 22.
verſum quoad humanam ſpeciem, & de perſonis in genere, ſenectutis initium tum à Jure pro varietate reſpectuum ad varios effectus, tum ab auctoribus quoad omnia 23.
in genere diverſimode conſtituitur: nam in Jure, quia diverſi effectus diverſam expetunt ætatem, *Oinotom. in §. item major, num.* 6. *inſtit. de excuſat. tutor.* reſpectu munerum publicorum perſonalium, in quibus corpus ipſum, & labor ejus verſatur, ſenex judicatur, nec invitus ad ea trahi poteſt, qui eſt major 55. annis; reſpectu vero tutelæ, ſeu curæ pupillorum ille ſolum dicitur ſenex, qui eſt major 70. annis, & ſic de ſimilibus aliis, ut videre eſt apud *Hojedam de Beneficior. incompatibilitate, part.* 1. *cap.* 17. *num.* 18. & patet ex *textibus*, qui ad id probandum *ibid.* adducuntur; ab auctori- 24.
bus autem de ſenectutis initio

in

in universum, & respectu cu-
jusvis effectus in genere lo-
quentibus diversum quoque
senectutis initium juxta di-
versas ipsorum opiniones assi-
gnatur; aliqui enim cum
Hyppocrate dicunt senectu-
tem incipere ab ætatis huma-
næ anno quadragesimo com-
pleto; alii à quadragesimo
quinto cum *Varrone*; alii à
quadragesimo sexto cum *Ser-
vio Tullio*; alii à quinquage-
simo cum *Galeno*, tunc enim
dimidia hominum ætas est
ex *Bartolo*, cum centum an-
25. nos vivere præsumantur; alii
à sexagesimo cum communi
sententia; alii autem à septua-
gesimo cum *Accursio*, ut refert
*Scaccia de judiciis, lib. 2. cap.
8. num. 235. & seqq. Narbona
de ætate, ann. 50. quæst. 2. Fer-
mosin. ad text. in cap. fin. Ut lite
non contestata, quæst. 2. num. 1.
& seqq.* Porro in non levi hoc
tot opinionum conflictu id
non levis est momenti pro
earum concordia, quod non
solum à multis traditur, sed
etiam communiter approba-
tur, & in ipsa senectutis parti-
tione consistit: passim enim,
ut videre est apud *Menoch. de
arbitrar. lib. 2. cas. 59. Zacch.
quæstion. Medicolegal. lib. 1. tit.
1. quæst. 9. num. 21. & seqq.
Tusch. lit. S. conclus. 103. nu. 3.
& seqq. Fagnan. loc. citat. num.
13.* & *Sabell. in summa diver-
sor. tract. §. senectus, nu. 2.* nec
non apud alios ab ipsis allega- 26.
tos senectus tres in partes
dividi solet, in Primam, Me-
diam, & infimam (sic enim
eas nominat *Narbona d. ann.
50. quæst. 2. num. 11.*) Prima est
(loquendo de viris; mulieres
enim decennio antequam viri
senescunt, juxta *Narbonam*,
ubi supra, *ann. 50. qu. 2. nu. 15.*
ac proinde senectus in mulie-
ribus incipit ab anno quadra-
gesimo) ab anno 50. ad 60. &
hæc viridis, alias cruda sene-
ctus appellatur. Media, seu
secunda est à 60. anno ad 70.
quæ proprie senectutis nomen
habet. Infima vero, seu tertia
est ab anno 70. ad extremum
vitæ terminum, quæ ultima, 27.
decrepita, deplorata, ac præ-
cipitata ætas, ac senium pas-
sim vocatur; eamque *Fagnan.
ubi supra, num. 14. à Jo. Andr.*
quiescientium ætatem nuncu- 28.
pari affirmat, cum ejusmodi
ætas eos, ut plurimum ab
omnibus, & quibuscumque
muneribus civilibus, atque
personalibus liberos, & im-
munes reddat, *Narbon. d. ann.
50. quæst. 2. nu. 14.* licet aliqui,
ut refert *ibid. Zacch. num. 26.*
Senectutem in duas tantum
partes dividendam esse cen-

fuerint, quarum prior à quadragesimo anno incipiat, & ad 60. extendatur; Posterior autem à 60. ad vitæ finem perveniat: alii vero priorem partem à 50. inchoandam, & in 60. vel 65. terminandam, reliquum autem tempus vitæ posteriori parti concedendum esse putaverint: Quibus præmissis,

29. Dico primo, quod propter senilem ætatem regulariter in foro externo à culpa in totum non excusatur occidens unum pro alio, ratio autem est, quia
30. senex, prout etiam quilibet homo in dubio præsumitur sanæ mentis esse, *Bruneman. in l. senium 3. num. 2. C. qui testament. facere poss.* ubi ad hoc allegat *Struv. syntag. jur. civil. exerc. 32. th. 6. Manticam de coniectur. ultim. volunt. lib. 2. tit. 5. num. 3. Reusn. de testam. part. 2. cap. 15. nu. 16. Barry de success. lib. 1. tit. 7. num. 4.* quibus addo *Paul. Rub. de testament. cap. 13. num. 90. & seqq.* ubi cum *Bald. Sallicet. & Castrens.* subdit, quod præsumptio sanæ mentis militat in quantæcumque ætatis sene, etiamsi esset 100. annorum, & quod *Rota Romana* prædictos sequuta est etiam pluries, ut patet ex *Burat. decis. 256. num. 2. vers. præsumptio sanæ mentis*, ac proinde, cum in sene regulariter cesset excusationis causa, mentis videlicet infirmitas, consequenter cessat etiam in illo effectus, scilicet excusatio illius à delicti culpa, prout clare dixit *Clar. §. fin. quæst. 60. num. 6. Bonacos. commun. opinion. crimin. part. 1. V. senectus non excusat. Gomez, de delictis, cap. 1. num. 68.* ubi resolutive dicit, quod senex 31.
potest delinquere, ac tenetur ex delicto, quia, licet ei deficiant corporis vires, non tamen ei deficit mens, & Judicium, *Farinac. in praxi crimin. quæst. 92. num. 35. in fin.* concludens, quod senes, nisi deliri sint, ac mente careant, propter senium excusari minime debeant, *Molin. de just. & jur. tom. 4. disp. 37.* ubi *num. 2.* statuit circumstantiam sene- 32.
ctutis non minuere in sene culpam delicti, *Carpzou. rer. criminal. part. 3. quæst. 144. num. 12.* ubi format, ac firmat hanc regulam, quod senectus regulariter neminem excusat, & *num. 36.* subdit, quod senes, & si mitius puniantur, non 33.
tamen in totum excusari debent, cum in casibus tantum à Jure expressis privilegiati sint, *Giurb. in consuetud. Messan. cap. 2. gloss. 14. num. 11.* prout neque in totum excusan-

santur, quando senes non dolo, sed culpa delinquunt, ut accidit in occidente unum pro alio, *Farinac. ibid. num.* 28. Hinc

34. Dico secundo, quod senex ad infantilem, seu puerilem mentis infirmitatem reversus, & occidens unum pro alio à culpa, sicut infans, & puer excusatur; quemadmodum enim senex tunc æquiparatur puero, vel etiam infanti pro majori, vel minori mentis infirmitate, qua senex laborat, sic etiam à culpa vel à tota, vel tanta æque, ac infans, vel puer excusari debet, cum

35. æquiparatorum eadem sit dispositio, *Vaz. Barbos. de principiis, lit. A. num.* 67. ubi multi alii concordantes.

36. Dico tertio, quod quinam senex, quando, & quantum, ejusdem qualitatibus, ac circumstantiis ad rem hanc facientibus bene perspectis, æquiparetur puero, vel infanti, itaut occidens unum pro alio à culpa æque, ac puer, aut infans excusetur, Judicis

37. arbitrio relinquitur. Generaliter enim in casibus, in quibus nulla extat expressa juris constitutio, ut in casu nostro, prudenti Judicis arbitrio locus est, ut videre est apud *Menoch.* qui multos alios allegat, *de Arbitrar. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 59. *sub num.* 3. *Hojed. de benefic. incompatibil. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 18. *Giballin. de verbor. signif. lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 354. *Maschard. de probat. conclus.* 1295. *num.* 8. *Gratian. disceptation. forens. cap.* 328. *num.* 2. *&* 3. ubi subdit, quod de hoc summaria erit cognitio, & *cap.* 506. *num.* 23. *& seqq.* & hoc ipsum dixit etiam *Giurba in consuetud. Messanens. cap.* 2. *gloss.* 14. *num.* 11. *Barbos. de Episcop. allegat.* 41. *num.* 28. ubi propterea subdit, quod senectus, & morbus à pari procedunt, *Monet. de distribut. quotid. part.* 2. *quæst.* 7. *nu.* 8. *Maranta in Medulla decreti, lit. S. V. senectus vero. Joseph. Ricc. de public. judiciis in genere, quæst.* 38. *num.* 21. *in fin. Bellegrand. rer. crimin. tract.* 4. *qu.* 19. *nu.* 2. ubi ad arbitrium prudentis relinquit, quis senex sensu, & intellectu diminutus sit, *Sebast. Medic. in tract. mors omnia solvit, part.* 1. *num.* 140. ubi ait, 38.
quod, ut infirmitas, sic etiam magna senectus morti similis dicitur, sed quod ambæ tamen Judicis arbitrio judicantur, *Crus. de indiciis delictor. part.* 1. *cap.* 27. *num.* 26. *& seq.* ubi proinde subdit, quod Judex discrete arbitrari debet, an senex vigore rationis adhuc præ-

præſtet, vel recta in illo ratio vacillet, hebetetque, *Zacch. d. lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 7. 37. & 44. ubi ait, quod ob individuorum varietatem, & pro rerum agendarum diverſitate ſatius eſt hoc Judicis arbitrio definiendum relin-
39. quere, nam ſenes aliqui etiam ſeptuaginta, octuaginta annorum, & ſupra ſunt robuſti, perſpicaces, & ſapientes; aliqui vero ſecus, teſte ipſamet experientia; immo idem homo aliquando uno, eodemque tempore in una, eademque ætate quoad unum effectum eſt ſenex, non autem quoad alium, ideoque tunc ſenex, & non ſenex judicatur.
40. Colligo, quod, cum decrepita ætas (quam, ut pote malis refertam, malam appellat *Turneb. adverſ. lib.* 17. *cap.* 21. *in princip.* alii autem defectam vocant, quia in ea homines ab omnibus neceſſariis operationibus deficiunt) ut plurimum incipiat vel à ſeptuageſimo, ut multi tenent, quos refert *Narbona*, *ubi ſupra*, *ann.* 80. *quæſt.* 1. *num.* 1. vel probabilius ab octuageſimo vitæ anno, ut ipſe *Narbona ibid. num.* 2. cum *Oinotom. Balzaran.* & aliis docuit; cumque decrepiti ut plurimum repueraſcere, vel etiam ad infantiam reverti ſoleant, propterea ut plurimum tales etiam cenſeri poſſunt, niſi adhuc in ea ætate, (prout, teſte *Fagnan. ad d. cap. cum ſis, de converſ. coniugat. num.* 20., aliquibus evenit, & 41. mihi metipſi ex Dei dono id eveniſſe nonnulli affirmant) aperte iis corporis viribus, ac ea mentis ſanitate polleant, quæ nullam cum infantibus, ſeu pueris æquiparationem ad prædictum effectum admittant.

CAPUT TERTIUM.

An à culpa excuſetur mulier occidens unum pro alio.

SUMMARIUM.

Mulieris nomen quam diverſimode accipiatur. num. 1.

Fœmina in brutis mulier aliquando vocatur. num. 2. *an dicatur à fœtu, vel à fœditate. num.* 3.

Mulier an dicatur à mollitie, quaſi mollior, ſeu mollis aer. ibid. an vero à molendo. nu. 6. *vel à malitia. ibid.*

Vir à virtute dicitur. num. 5. *vel à vi, & cur. ibid.*

Mulier in multis eſt deterioris conditionis, quam vir. num. 7.

in

omnia paribus, peccet, ac delinquat. num. 33.

A Jure cur mitior in mulieres animadversio præcipiatur. num. 34.

An plus peccaverit Adam, quam Eva. num. 35.

Mulieres aliquando sunt viris perfectiores. num. 36.

Quandonam in muliere non culpa, sed bona fides præsumatur. num. 37.

An in casu doli præsumpti mulier plus excusetur, quam in casu doli veri. num. 38.

1. PRÆMITTO primo, quod, licet Mulieris nomen diversimode accipiatur, ac proinde aliquando significet fœminam nuptam, seu non virginem, aliquando virginem quoque viri potentem, & aliquando fœminam omnem, quamvis infantem, ut patet ex *Gloss. ad cap. Mulier* 32. *quæst.* 2. *in V. Mulier, Rebuf. ad l. mulieris appellatione* 13. *ff. de verbor. signif. Pereyra Elucidar. lib.* 1. *Elucid.* 13. *sect.* 2. *num.* 363. *vers. Mulier*, ubi etiam subdit, quod *Plinius lib.* 10. *cap.* 64.
2. pro fœmina in brutis mulierem dixit; hic tamen à nobis sumitur, prout omnes quidem, sed humani tantum generis fœminas continet. Quicquid autem sit, an fœmina dicatur à fœtu, ad quem facta est, vel à fœditate, qua fœmineus sexus abundat, & 3.
an mulier dicatur à mollitie 4.
mentis, & corporis juxtà *Varronem*, quasi mollier, seu mollior, aut mollis aer, quia mobilis, seu mutabilis, ac fragilis 5.
est, prout vir à virtute dicitur, quia respectu mulieris corporis, & animi virtute fortis, atque constans est, aut etiam à vi, quia major in maribus vis existit juxta *Lactantium*,
vel etiam mulier dicatur à 6.
molendo juxtà *Passeratium*, eo quod molatur, & permolatur, vel potius à malitia, juxta *Tuillium ad Emblema* 196. *Alciati, V. molli etiam*
pede, certe mulier in multis, 7.
& à multis ob fœminei sexus imbecillitatem, ac fragilitatem inferioris, simulque deterioris, quam vir conditionis esse dicitur, *Dec. in l. fœminæ, num.* 43. *ff. de regul. jur.* ideoque
in ea, ut in rustico præsumitur 8.
simplicitas, *Bald. in rubric. C.*
de rer. permut. circa finem, atque 9.
minori æquiparatur, *Surd. decis.* 62. *num.* 38. unde olim fœminæ ante legem Claudiam sub continua tutela in-
star furiosorum, ac demen- 10.
tium continebantur, *Connan. commentar. jur. civil. lib.* 9. *cap.*

4. *nu.*

4. *num.* 9. *Revard. de jur. ambiguitat. lib.* 2. *cap.* 10. *Passarell. de donat. lib.* 1. *quæst.* 10. *nu.* 63. ubi etiam *num.* 13. asserit ex Platone Fœminam esse dimidium naturæ, ac subdit se non mirari, quod nunquam in lege antiqua ad testificandum admitteretur, atque ob prædictam fœminei sexus imbecillitatem, nec non consilii, & prudentiæ inopiam mulieres à *Jodoco Dambauder. de tutor. & curator. munere, cap.* 9. *nu.* 97.
11. dicuntur esse de iis rebus, quæ servando servari non possunt; sexus enim Mulierum, inquit *Chrysostom. homil.* 23. *in Matth.*
12. incautus, & mollis est: incautus, quia non omnia, quæ videt, aut audit, cum sapientia, aut ratione considerat: mollis autem, quia facile flectitur vel de malo ad bonum, vel de bono ad malum, adeout mu-
13. lierum proprium sit decipi, ut ex eodem *Chrysostomo* dixit *Jo. Stephan. Menoch. instit. politic. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 3. ipse-
14. que Plato dubitarit, utro in genere rectius poneret mulierem, rationalium animalium, an brutorum: *Cujacius* autem aperte *observat. lib.* 21. *cap.* 6. affirmavit fœminam proprie non esse hominem, cui etiam adhærere videtur cum multis ab eo relatis *Reyger. in Thesauro juris, V. Mulier, num.* 1.

Præmitto secundo, quod 15.
alii aliter de Muliere loquuntur, eam enim non solum vere, ac proprie hominem esse affirmant, & prædictam *Platonis* dubitationem, atque *Cujacii* sententiam falsitatis, ac temeritatis arguunt, ut videre est inter alios apud *Hannium Encyclopediæ juris universi part.* 1. *tit.* 8. & *Setserium in tractatu de juramentis, lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 8. cum Deus summus omnium Creator hominem fecerit alium masculum, alium fœminam, adeoque ratione sexus homines recte dividantur in masculos, & fœminas, *l. maximum vitium, C. de liberis præteritis*, sed etiam addunt, quod mulier ad 16.
perpetranda scelera viris non cedit ingenio, immo, quod culpæ symbolum est, prout patet ex *Passarell. de donat. lib.* 1. *quæst.* 10. *num.* 3. & 4. Quamobrem mirum non est, quod fœminæ nedum grammaticæ, sed & aliis liberalibus artibus operam navarent tum apud Romanos, ut refert *Passarell.* ubi supra, *lib.* 2. *quæst.* 5. *nu.* 33. tum apud alias gentes, ut patet ex *Tiraquel. de legib. connub. l.* 11. *num.* 30. ubi quampluri- 17.
mas nuncupatim, ac per ordinem alphabeti refert, ac alias

prope infinitas omittit, quarum nomina incognita sibi esse fatetur. Quis enim, inquit, eas omnes singillatim recensere posset, quæ viros ipsos doctrina vel vicerunt, vel æquarunt? quis finis, modusve huic rei foret? quin
18. immo dari etiam in muliere virtutem hæroicam ex Theologorum sententia tenendum est, ut expresse tradit *Jacob. Pignatel. Consult. Canonic. tom. 2. consult. 8. num. 2. & seqq.* hinc aperte constare videtur mu-
19. lierem non esse rationis expertem, sed culpæ, ac doli capacem, ac proinde mulieri
20. non magis succurri, quam viro, nisi in casibus à Jure expressis, ut dixit *Tiraquel. de utr. retract. part. 2. §. 4. gloss. 7. n. 13.* unde masculinum regulariter comprehendit fœmininum, *Gamma decis. 337. num. 5.* etiam in pœnalibus, *Goeddeus in l. 1. num. 53. & seqq. de verbor. signif.* prout idcirco pœna quoque *l. si quis in tantam, C. unde vi* locum sic habet in fœmina, ut in masculo, *Suarez in Thes. commun. opin. V. mulieres, n. 251.* & regulariter Mulieres, æque ac masculi ligantur statutis generaliter, ac indefinite loquentibus, *Setser. loc. cit. nu. 15.*
21. nam generaliter leges pœnales fœmininum genus comprehendunt sub masculino, *Matthæu. & Sanz de re crimin. controv. 29. num. 74.* nec desunt, qui viros quidem fœminis calidiores, fœminas autem 22.
viris callidiores appellant, cum mulieres in genere calliditate, versutia, & sagacitate viros vincant, *Lancellot. Gallia de statut. V. Uxori, quæst. 4. num. 74. Fenzon. ad statuta Romanæ Urbis, cap. 151. num. 34. Crus. de indiciis delictorum, part. 1. cap. 39. num. 10. & 11.* ubi 23.
addit, quod fœminæ idcirco etiam citius, graviusque delinquere præsumuntur, *Raynald. in syntaxi rer. crimin. lib. 1. cap. 13. §. 2. num. 224.* ubi pariter testatur mulieres esse viris astutiores, prout *Aristot. lib. 8. de animal.* eas viris malitiosio- 24.
res dixit, *Euripedes in Medea* sapientissimas malorum omnium artifices appellavit. *Homerus* autem apud *Just. Lips. in commentar. ad Senec. de constantia, cap. 1. num. 116.* sic omnia claudit. *Nil gravius, nil improbius, quam fœmina, vivit*. Mulierum vero pro- 25.
prietates, & nequitiæ describuntur à *Divo Antonin. in Alphabeto*, quod posuit in *summa, part. 3. tit. 1. cap. 25. vers. est enim Mulier*, & ab *Alberico in Dictionar. V. mulier, vers. Mulier ad hominem, & vers. sequ.*

nec

nec non à *Crusio in d. tract. de indiciis delictor. part. 2. cap. 26. num. 74. & 75.*

Præmitto tertio, quod, quamvis aliquãdo, & in aliquibus aliqua ex prædictis tam pro, quam contra mulierum excusationem à culpa in delictis vera esse censeantur; nihilominus vere non omnia,
26. nec in omnibus mulieribus, neque semper vera censenda sunt. Sicuti enim, ut egregie dixit *Lel. Mancin. de triplic. jur. collat. lib. 1. cap. 4.* Adami pars est Eva, prout Costa humani corporis portio est, sic viri, &
27. mulieris una est natura, prout totius, & partis una est ratio. Immo viri, & mulieris nomen quoque commune videtur, cum *Geneseos* 2. de Muliere dicatur. *Hæc vocabitur Virago, quoniam de Viro sumpta est.*
28. Cum igitur mulier perinde, ac vir eàdem massa constet, & ab eodem opifice non minus, quam vir ad imaginem Dei condita sit quoad rationem, & intellectum, non tamen quoad subiectionem, quam mulier viro, qui mulieris caput est, præstare debet, prout id bene explicat *Cened. in collectan. ad jus Canonicum, collect. 35.* quæ est ad *text. in cap. hæc imago Dei 33. quæst. 5. Grysald. in Decisionib. fidei Cathol. in V. Mulier, nu. 1. & 10.* ubi etiam illorum hæresim damnat, qui dicunt mulieres in sexu muliebri non ingressuras esse Cœlum, *Maranta in Medulla decreti, V. Mulier, vers. Mulier ad imaginem*, quicquid aliqui in contrarium dixisse videantur cum *Tatiano Encratitarum, seu Abstinentium hæresis authore*, qui mulierem opus 29.
diaboli esse dixit, ut patet ex *Theatro vitæ humanæ, volum. 5. lib. 4. tit. de Christianæ religionis hæreticis, vers. Encratitarum;* proinde, quod mascula voce 30.
conceptum est, ad fœminam non minus, quam ad marem pertinere debet, nam, teste *S. Basilio homil. 10. in Genesim*, ad verba illa *masculum, & fœminam fecit eos*; honor utrique naturæ nihilo dispar, æquales virtutes, utrique in agone virtutis decertandi propositum, par præmium, consimilis utrique decreta peccati condemnatio. Unde ut plurimum filiorum appellatio filias comprehendit, mulorum mulas, servorum servas, puerorum puellas, Patronorum Patronas, & sic de similibus, ut videre est apud *d. Mancin. loc. cit. num. 5. & seqq.* ubi subdit se dixisse *ut plurimum*, quia interdum, quæ masculis aliquo modo

conveniunt, fœminis communicari ulla ex parte non possunt; à quibus dissentire non videtur. *Decius* cum multis aliis ab eo relatis in *d. l. fœminæ, nu. 86. ff. de regul. jur.* dum asserit, quod extra casus, in
31. quibus expresse à Jure inter masculos, & fœminas differentia constituitur, regulariter à pari procedunt masculus, & fœmina. Quibus stantibus
32. Dico, quod mulier Occidens unum pro alio juxta personarum, & circumstantiarum diversitatem à culpa vel tota, vel tanta, regulariter autem, plusquam vir, excusatur; Mulier enim ob infirmitatem sexus, ac debilitatem
33. judicii vel nullo modo, vel levius, quam vir, cæteris per omnia paribus, peccat, ac delinquit, ut habetur ex *D. Thom. quæst. 163. art. 1. & in 4. sententiar. d. 35. quæst. 4.* & ibi *D. Bonavent. Tiraquel. de temper. pœn. caus. 20. & l. 1. Connubial. num. 69. Simanc. in Catholic. instit. tit. 37. num. 3. Homobon. de casib. reservat. part. 2. cas. 2. tit. Quæ pœnitentiæ iniungendæ, vers. cæterum, Coras. de jur. civ. in artem redigendo, lib. 1. cap. 23. vers. Pœnæ quoque, Zacch. Quæstion. Medicolegal. lib. 2. tit. 1. quæst. 5. num. 13. 18. & seqq. Quesada controvers. forens. cap. 26. num. 50. & seqq.* ubi pluribus rationibus, & auctoritatibus id probat, ac propterea infert, quod Jure, ac merito in *text. l. fin. ad l. cornel. de sicar. C. Theodos.* mitior 34.
in mulieribus animadversio præcipitur ob prædictam scilicet sexus, ideoque ingenii, & judicii infirmitatem, qua legislator fieri autumat, ut fœminę scelera minora committant, ac levius delinquant, unde cum *Divo Thoma* dixit *Crusius de indiciis part. 1. cap. 16. nu. 7.* quod plus peccavit Adam, 35.
quam Eva, quia ille natura erat perfectior, quam Eva. Dixi *regulariter*, quia, sicuti nonnunquam, ut optime dixit *Cæl. Rhodigin. lection. antiqu. lib. 7. cap. 54.* in ipsa fœminei sexus imbecillitate tam insignis rerum excellentia se promit, ut viros quoque, quamtumvis peregregios docere possit, & ideo tunc fœminæ 36.
sunt viris perfectiores, & minus excusabiles, quia gravius peccant; sic etiam è contrario nonnunquam ita nuda, & mera est simplicitas, quam fœminei sexus imbecillitas 37.
inducit, ut nō culpa, sed bona fides tunc præsumi debeat ex *Bald. in l. fin. C. de jur. deliber. & in l. 8. C. de Imp. & aliis substituit.* Col-

Colligo, quod, cum hic agatur de occidente unum pro alio, ac proinde non de dolo vero, sed de negligentia in prævidendo, ac præcavendo dictam occisionem unius pro alio, & consequenter ad summum agatur de dolo præsumpto, inde fit, ut
38. mulier non solum ratione muliebris sexus, sed etiam ratione operis tanto magis excusari debeat ad Judicis arbitrium, si non à tota, saltem à tanta culpa, quanta esset in viro, & in casu veri doli; ut expresse tradit inter alios *Farinac. quæst.* 97. *cas.* 10. *num.* 16. *&* 18. ubi sic in practica servandum esse putat, & *Matthæu. de re crimin. controvers.* 29. *num.* 71.

CAPUT QUARTUM.

An à culpa excusetur hermaphroditus occidens unum pro alio.

SUMMARIUM.

Hermaphroditus unde dicatur. num. 1. *primus hermaphroditus quisnam fuerit. num.* 2.

Androgynus unde nomen habeat. num. 3. *Androgyni populi quinam sint. num.* 4. *utriusque sexus sunt. ibid. In Androgynis dextra mamilla virilis est, sinistra vero muliebris. nu.* 5. *Androgyni nomen ex quibus componatur. num.* 6. *quomodo dici possint Virifœminæ, & distinguantur in manifestos, & occultos. ibid.*

Hermaphroditi fuerunt olim in prodigiis, postea in deliciis. num. 7. *dicuntur ab aliquibus marifœminæ. num.* 8. *certe dantur etiam in avibus, & quadrupedibus. num.* 9. *apud nos rari sunt, alicubi autem frequentes. num.* 10. *sunt utriusque sexus, & magis proprie, quam alii non hermaphroditi. num.* 11. *diversimode utrumque sexum participant. ibid.*

Hermaphroditus non est simpliciter vir, neque simpliciter mulier. num. 12. *An sit monstrum. num.* 13. *an constituat novam speciem à sexu masculino, & fæminino diversam. num.* 14. *est homo mixtus, seu persona mixta. n.* 15. *num detur hermaphroditus neuter, & quis ejusmodi sit. ibid. an contineatur in statutis sub simplici nomine mulieris, vel in feudis sub nomine masculorum. num.* 16.

Quænam sit causa cur nascantur hermaphroditi. num. 17.

Qua-

PRÆMITTO primo, 1.
quod Hermaphroditus, hoc est, virili, ac muliebri sexu à natura donatus dictus est ab *Hermes*, quo nomine Mercurius à Græcis nuncupabatur, & ab Aphrodite, quod est Venus, quia primus Hermaphroditus, ut Poetæ fingunt, Mer- 2.
curii, & Veneris filius fuit, de quo *Coras. in l. cum quæritur, ff. de statu homin.* Alio autem nomine dicitur Androgynus, 3.
Archidiac. in cap. hæc imago 33. *quæst.* 5. *circa medium*, vel ab Androgynis Africæ Populis, qui omnes utriusque sexus 4.
sunt, masculini scilicet, ac fœminini, eisque dextra ma- 5.
milla virilis est, sinistra vero muliebris, prout videre est inter alios *Plin. lib.* 7. *cap.* 2. & 3. cui adhærent *Majol. de Irregularit. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 1. *Gibalin. in simili tractat. cap.* 3. *quæst.* 2. *num.* 17. & *Marchin. de Sacramento ordinis tract.* 1. *part.* 4. *cap.* 2. *num.* 16. vel à binis 6.
Græcis vocibus, ex quibus componitur, & quæ junctim marem, & fœminam significant, ut patet ex *Perott. Cornucop. lib.* 1. *in Epigram.* 2. *Martial. pag.* mihi 142. *vers. ab hoc Hermaphrodito*, ubi subdit her- 7.
maphroditos olim in prodigiis, postea in deliciis fuisse

ex

ex *Caram. in Critica Philosophica, part. 11. parall. 5. num. 782. vers. Quinta conclusio, &* 783. ubi propterea Androgyni vocantur virifœminæ; & distinguuntur in manifestos, & occultos, nec non habetur, quomodo inter se distinguantur, & ex *Gaspar. Scott. in mirabilib. naturæ, & artis lib.*
8. *3. cap. 10. in princip.* ubi propterea Androgynos, quasi Marifœminas dictos arbitratur. Dari autem ejusmodi Androgynos, seu Hermaphroditos certo certius est, ut inquit *Thom. Hurtad. tractat. varior. part. 2. tract. 12. cap. 1. §. 15. difficult. 3. num. 937.* ubi cum
9. pluribus aliis concludit dicendo, quod, cum in irrationabilibus avibus, & quadrupedibus authores id fateantur, cur in hominibus id negandum? quod tamen, sed male negarunt aliqui, quos refert, ac reprobat *Habnn. ad Uvesembec. ff. lib. 1. tit. 5. de statu hominum, num.* 3. Unde *Gaspar Schott. ibid.* fuisse olim, & etiam num reperiri passim hujus generis homines variis ex historiis affirmat, ac varia illorum exempla refert, prout idipsum fuse tradit *Verricell. de Apostolic. Missionib. tit. 14. quæst. 196. dub. 1.* ubi *num. 2. & seqq.* ex multis etiam recentioribus asserit, quod licet, apud 10. nos rari sint hermaphroditi, aliqua tamen loca iis abundant, ibidemque floridam Americæ Provinciam, & Virginiam exprese præ cæteris nominat, ac subdit, quod non solum homines, sed etiam bruta utriusque sexus frequentissime observare licet, ac subinde Equos, sues, lepores, capras, immo & pisces aliquando hermaphroditos fuisse narrat.

Præmitto secundo, quod, quamvis hermaphroditus sit utriusque sexus, & hoc magis proprie, ut inquit *Fagnan. in cap. Omnis, de Pœnit. & Remiss. num. 18.* verificetur in hermaphrodito, quia verba illa utriusque sexus in aliis intelliguntur distributive, at in hermaphrodito verificantur copulative, cum habeat utrumque sexum; diversi- 11. mode tamen, ac proinde vel magis fœmineum, vel magis virilem, vel æqualiter unum, & alterum habent, *Nicolius Canonicar. institut. lib. 1. tit. 20. num. 5.* Hinc Hermaphrodi- 12. tus neque simpliciter vir, neque simpliciter fœmina, sed vel perfecte, vel imperfecte utrumque est, ut habetur ex *Gibalin. de irregularitate, cap. 3. consectar. 6.* ubi recte infert

13. infert, quod Hermaphrodi-
tus, cum habeat formam hu-
manam, inter monstra censeri
non debet, licet à *Marchin.*
loc. cit. num. 15. monstrum ap-
pelletur; prout neque consti-
14. tuit novam speciem à sexu
masculino, & fœminino diver-
sam, *Hum. Encycloped. part.* 1.
tit. 8. *num.* 13. sed hominem
15. mixtum, seu personam mix-
tam, ut dixit *Tiraquel. de legib.*
connubial. gl. 5. *nu.* 70. & *Roxas*
de incompatibilitate, part. 2. *cap.*
3. *num.* 27. ubi etiam uterque
subdit, quod proinde Herma-
phroditus nõ continetur tam-
16. quam mixtum sub simplici
nomine mulieris in statutis,
neque sub nomine masculo-
rum in feudis, ad quod multós
allegant. An autem detur
etiam hermaphroditus neu-
ter, idest nec masculus, nec
fœmina, ideoque nullius se-
xus, prout ejusmodi dicuntur
esse anguillæ, ostreæ, & apes,
videri potest apud *Verricel. de*
Apostolic. Mission. quæst. 196.
dub. 3. *num.* 30. Quænam autem
17. sit causa, cur Androgyni, seu
Hermaphroditi nascantur,
multiplex à multis asseritur.
Aliqui enim cum Astrologis
ad syderum influxum refe-
runt, alii post mensium flu-
xum à primo congressus die
ad quintum masculos, ad
octavum fœminas, & ad duo-
decimum Hermaphroditos
procreari affirmant; alii her-
maphroditos inde fieri pu-
tant, quià concipiuntur in
septimo matricis sinu, vel
receptaculo, quod est in ejus-
dem matricis medio, si enim,
inquiunt, semen sit multum,
& intret in omnes matricis
cellulas, septem filii generan-
tur, & septimus est Herma-
phroditus, quia in medio ge-
neratur. Alii ad seminis na-
turam id referendum esse
putant, quando scilicet semi-
nis natura non ita calens est,
ut marem generare possit, nec
ita frigida est, ut in fœminam
dehiscere valeat, tunc enim fit
Hermaproditus, qui utrum-
que sexum participat. Alii
vero cum communiori Philo-
sophorum, & Medicorum
sententia causam æquali semi-
num parentis utriusque vigori
attribuunt, ut videre est apud
Gaspar. Schott. ubi supra, vers.
Præterea, & Roxas ibid. num. 7.
8. *&* 9.

Præmitto tertio, quod,
cum ex prædictis, & præcipue
ex *Matthæo, & Sanz. d. con-*
troverſ. 28. *num.* 6. *& seqq.* satis
appareat quatuor omnino 18.
Androgynorum, seu herma-
phroditorum differentias esse;
prima scilicet eorum, in qui-
bus

bus sexus masculinus fœmineo prævalet; secunda in quibus fœmineus masculino; tertia in quibus uterque æqualiter perfectus est, inter quos, an aliquis inveniatur, qui gignat, & pariat, immo, qui se ipsum gravidaverit, conceperit, & pepererit, videatur *Verricell. ubi supra, quæst.* 303. *nu.*
19. 5. *&* 6. & quarta, in quibus uterque æqualiter imperfectus est, proinde illi, in quibus nulla sexus distinctio apparet, pro Eunuchis, de quibus in sequenti capite agetur, habendi sunt, ut expresse docet *Zacch. quæstion. Medicolegal. tom.* 1. *lib.* 7. *tit.* 1. *quæst.* 8. *nu.* 13. ubi subdit, quod isti Eunuchi non tam pro Eunuchis, quam pro fœminis habendi sunt tam in favorabilibus, quam in
20. odiosis. Quinam vero sexus prævaleat in hermaphroditis, vel æqualis sit, nec non ex quibus ejusmodi sexus eminentia, vel æqualitas, aut etiam æqualium sexuum perfectio, vel imperfectio desumi debeat, patere potest ex *Zacch. d. cap.* 8. *num.* 15. 16. *&* 17. *Matthæu, & Sanz. d. controvers.* 28. *num.* 12. *& Verricell. d. quæst.* 196. *dub.* 3. ex quibus
21. habetur, quod proinde in prædictis tum matronarum peritarum, tum medicorum judicio standum est, quibus nota sunt signa, ex quibus prædictarum differentiarum cognitio pendet, prout idipsum cum aliis Doctoribus docuit etiam *Marchin. de ordine, tract.* 1. *part.* 4. *cap.* 2. *num.* 3. & *Gibalin. ubi supra, vers. Quod si dubium.* Quibus observatis,

Dico, quod hermaphroditus occidens unum pro alio, 22.
ut fœminini sexus naturam, & qualitates plus, vel minus juxta casuum varietatem Judicis arbitrio participat, ita juxta prædictam varietatem, & participationem plus, vel minus à culpa Judicis arbitrio excusatur: hermaphroditus enim, cum non sit simpliciter vir, neque simpliciter fœmina, sed vir simul, & fœmina, vel homo mixtus, proinde, licet vir sit, non desinit tamen 23.
esse fœmina, & consequenter in se ipso, sicuti viri qualitates, sic etiam simul mulieris imperfectiones habet, juxta quas, ut pote vere mulier in delictis eam meretur excusationem, quam fœminei, ideoque infirmi sexus participatio in hermaphroditis manens judicis arbitrio postulat, quod patere videtur ex iis, quę videri possunt apud *Roxas de Incompatibilitate, part.* 2. *cap.* 3. *num.* 27. 55. *& seqq. Verricel. d. quæst.*

d. quæst. 196. *dub.* 9. *num.* 66. ubi propterea infert, quod hermaphroditus in odiosis, prout in casu nostro, non est vir,
24. quando enim (inquit ille) quis participat duorum qualitates, tunc participat utriusque favores, sed non odia, ad quod etiam facit, quod absolute hominis appellatione non venit hermaphroditus, etiam si sit paritas in utroque sexu, *Pereyra Elucidarii lib.* 3. *elucidat.* 6. *num.* 1721. ubi alios refert.

Colligo idipsum etiam, quod de hermaphroditis su-
25. pra diximus, dicendum pariter esse de iis, qui ex fœminis fiunt masculi, vel è contrario, & ab uno sexu in alium transeunt: non enim in iis vera est conversio unius sexus in alium, sed nova masculini, vel fœminini sexus, qui antea latuit, eruptio, unde vere a nativitate fuerunt hermaphroditi, & in iis eadem militat ratio, ut egregie docet *Del Rio disquisit. Magic. lib.* 2. *quæst.* 22. ubi concludit, quod uterque sexus in iis semper fuit, sed unus ocultatus, alter manifestatus, *Verricel. d. quæst.* 196. *dub.* 10. *num.* 85. ubi plures alios allegat, & novissime *Petrus Firmianus in Gyge Gallo*, §. *Androgyni, vers. subito eventu.*

CAPUT QUINTUM.

An Eunuchus Occidens unum pro alio à culpa excusetur.

SUMMARIUM.

Eunuchi, & Hermaphroditi an sibi invicem opponantur. nu. 1.

Semiviri quinam appellentur. num. 2.

Inter mares, & fœminas an detur tertium genus hominum. ibid. An inveniatur homo, qui nec vir, nec fœmina sit. ibid.

Eunuchi, Spadonis, Execti, Ectomiæ, Castrati, Thlibiæ, Thlasiæ, ac Evirati nomina quid significent, & unde dicantur. num. 3.

Quinam hic sub Eunuchi nomine comprehendantur. num. 4.

Eunuchi nomen tam in sacris, quam prophanis litteris æquivocum est, num. 5. *aliquando illud magis officii, quam vitii nomen est. ibid.*

Imperatores olim an Eunuchis Cubiculariis uterentur. nu. 6.

Eunuchus olim cur lecticustos dictus sit, num. 7. *cur lactuca. ibid.*

Eunuchismus triplex est, Naturalis, Factitius, seu artificiosus, & Spiritualis, seu Mysticus. num. 8.

An aliqui re vera nascantur Eu-

1. PRæmitto primo, quod, cum superius de iis actum sit, qui & viri, & fœminæ sunt, ac Hermaphroditi nuncupantur, nunc ex adverso de iis agendum est, qui nec viri, nec fœminæ sunt, ac Eunuchi vocantur, ut videre est apud *Amayam observation. jur. lib. 3. cap.*
2. *6. num.* 38. ubi Eunuchos appellat Semiviros tertium ge-
3. nus hominum inter fœminas, & mares, nec fœminas, nec viros. Eunuchi autem, Spadonis, Execti, Ectomiæ, Castrati, Thlibiæ, Thlasiæ, & Evirati vocabula minutim Enucleata videri possunt apud *Theophilum Raynaud. de Eunuchis in Prolusione*, ubi plures eorum Ethymologias, acceptiones, ac distinctiones
4. recenset, sed in fine concludit, quod Eunuchi nomine, ut pote maxime universali, ac omnes reliquarum vocum recensitarum notiones sub ambitu comprehendente frequentius utetur, prout idipsum etiam à nobis hic fiet, cum sub eo, tamquam sub genere variæ species aliis vocibus designatæ contineantur, ut notavit *Pancirol. in Thesauro Juris, lib. 2. cap.* 275. indeque factum est, ut Eunuchi nomen tum in profanis, tum in sacris litteris, ut patet ex *Matth.* 19. æquivocum sit. 5.
Aliquando enim Eunuchus magis officii, quam vitii nomen est, *Alciat. in l. Spadonum*, 28. *de verbor. signific. Petr. Gregor. Syntagm. lib. 7. cap. 2. num.* 20. *Amaya, d. cap. 6. num.* 15. quia Imperatores olim Eunu- 6.
chis cubiculariis usos fuisse patet ex *l. 4. C. de præpos. sacr. cubic. lib.* 12. & ex *Cujac. lib.* 14. *observation. cap.* 24. nec non olim Matronarum, ac puellarum pudicitia Eunuchorum fidei custodienda credebatur, cum nihil periculi ab Eunuchis impendere videretur, & hinc Eunuchus lecticulos 7.
dictus est, *Raynaud. in d. Prolusione num.* 2. cur autem Pythagorici Eunuchum lactucam appellarent, videatur *Zacch. Quæstion. Medicolegal. lib. 3. tit. 1. quæst. 5. num.* 48. *vers. Tritum est*. Generaliter autem sub Eunuchi nomine tres Eunuchorum species distinguuntur, quorum aliqui dicuntur nati, alii facti, alii vero mystici, vel, ut alii dicunt, aliqui à natura, aliqui à violentia externa, aliqui vero ab intrinseca voluntate, adeout primus Eunuchismus, ut dixit *Raynaud. ibid. cap. 2. num.* 1. vocari possit 8.
naturalis, secundus factitius, seu artificiosus, tertius autem spiri-

spiritualis; seu mysticus, de quo ultimo hic non agitur, sed de primis duobus tantum, qui ad præsentem quæstionem faciunt.

9. Præmitto secundo, quod, etsi rarum sit Eunuchos nasci, re vera tamen aliqui nascuntur tales, vel quia in iis pars aliqua ad sexum necessaria deficit, vel quia iis mala prædictarum partium conformatio perinde se habet, ac si eæ deficerent, vel etiam, quia in iis temperies adeo frigida, vel adeo calida est, ut eos reddat inhabiles æque, ac si partibus ad sexum necessariis carerent; ad prædictum autem naturalem Eunuchismum reducitur quoque casus

10. illorum, qui ex morbo arte non inducto membrum aliquod ad sexus habilitatem necessarium amiserunt, vel illud tam male affectum habent, ut sit inutile, quamvis ante morbum inutile non esset, quo in sensu *Gallus in apicibus legum*, *ad l. si quis posthumus*, *de liber. & posthum. pag. mihi* 129. dixit, quod senes, qui non possunt generare, possunt etiam dici spadones. Sicut autem partis alicujus ad sexuum usum necessariæ nativus defectus, vel frigiditas, vel nimia quandoque caliditas hominis sexum inhabilitans naturalem Eunuchismum inducit; sic etiam ars prædictum partis alicujus necessariæ defectum, vel intemperiem justo frigidiorem, vel justo calidiorem inducens factitium, seu artificiosum Eunuchismum naturali similem inducere potest, ac plerumque inducit, sive utriusque testis ablatione, sive contusione, sive contritione, quæ homines tunc Thlibias, & Thlasias dictos, & de quibus egi in tractatu de *Pollut. Eccles. disp.* 7. *cap.* 16. *num.* 1. & 2. ad naturale officium inhabiles reddunt. Dixi vero *utriusque* 11.
testis ablatione, si enim alicui testis unus tantum adimatur, vel contundatur, aut conteratur, & alter supersit bene affectus, tunc ille non est perfecte Eunuchus, sed potius Semieunuchus, quia tunc, sicut non intercluditur prolis susceptio, ita nec fit perfectus Eunuchismus, qualis est in utroque teste carentibus, qui 12.
propterea castrati, idest casti nati, vel casti facti dicuntur, ut tradit *Amaya ibidem nu.* 71. *vers. At vero*, & *Alciat. in l. Spadonum* 128. *num.* 4. *de verb. signif.* licet aliam Castrati Ethymologiam afferant alii, ut videre est in *tract. de Pollut. Eccles.*

Eccles. loc. cit. quæ fusius etiam explicata videri possunt apud *Zacch. d. l. 2. tit. 3. quæst. 7. num. 6. & Raynaud. ibid. cap. 2. §. 1.*
13. *&* 2. ubi etiam disceptatur, an in mulieribus vel naturalis, vel artificiosus Eunuchismus locum habeat.

Præmitto tertio, quod,
14. cum omnia in terris permixta sint bonis, & malis, ideoque nihil hic sit purum, sed omnia mixta commodis, & incommodis, quod recte illustrat *Divus Bernardus initio sermonis de Processione in Ramis Pal-*
15. *marum*, propterea mirum esse non debet, si etiam in Eunuchis bona, & mala deprehendantur tum in anima, tum in corpore. In primis enim mitiorem concupiscentiæ rebellionem, indeque sedatiorem animi temperiem ad alias item virtutes non modice aptatam, nec non tum voluntatem à turbidis affectibus liberiorem, tum intellectum in plerisque purgatiorem sortiuntur, adeout propterea non solum multi floruerint in Ecclesia eximiæ doctrinæ, ac
16. Sanctitatis Eunuchi, quos longa serie recensuit *Raynaud. loc. cit. cap. 3. §. 1. num. 4. & 5.*
17. verum etiam apud Persas litterarum Doctores Eunuchi fuerint, teste *Platone, lib. de legib. 3. orat. 31.* nec non pluris æstimentur Servi Eunuchi, quam cæteri, ut patet ex *Vulpian. in l. si servus 27. §. & si puerum 28. ff. ad l. Aquil.* & ex *Justinian. in l. ult. C. communia de legat. & l. 1. §. ne autem quantitas 2. C. de communi servo manumisso.* Quibus accedit *Quintilian. declamat.* 340. & *Claudian. lib. 1. in Eutrop. vers.* 45. si enim
attendantur Eunuchorum 18.
apud antiquos ministeria, officia, & occupationes, certo Eunuchi pretiosiores, & honoratiores aliis servis habebantur, quia benevoli, fideles, & accurati rerum, ac domorum sibi creditarum custodes credebantur, ideoque *Plinius lib. 13. cap. 4.* dixit Eunuchos olim regnasse, quia plurimum auctoritatis apud Reges habuerunt. Si vero attendatur in Eunuchis non pretium, nec officium apud divites, & opulentos, de quibus hactenus, sed corporis habitus, 19.
absque dubio Eunuchus dici potest morbosus, ut habetur ex *l. si autem 7. ff. de ædilit. edict.* & clare docuit *Agellius Noct. Attic. lib. 4. cap. 2.* ratio autem est, ut *Idem ibid.* subdit, quod morbus sit habitus cujusque corporis contra naturam, qui usum ejus facit deteriorem vel in toto corpore, vel in parte corpo-

corporis: certum enim est, quod homo, abscissa virilitate, mollior, debilior, infirmior, ac proinde deterior redditur; unde *Lucian. in Dialogo Eunu-*
20. *chus* refert Eunuchos à Stoicis, & Proculianis habitos, & appellatos fuisse imperfectos, quia calor omnis ad virilem virtutem requisitus una cum testibus ipsis deficit in Eunuchis, licet alioquin omne ani-
21. mal, ut dixit *Bald. in l. 1. num. 2. C. de Eunuchis*, excepto homine, per Eunuchizationem in melius tendere soleat; in homine siquidem maxima sane, ac pene incredibilis est testiū vis non modo ad fœcunditatem, sed etiam ad temperamenti, habitus, & substantiæ propriæ, nec non morum, & ingenii alterationem, adeout *Galenus lib. 1. de semine* alterum innati caloris fontem, quo universum corpus calefecit, in testibus statuat; iis enim deficientibus, ejus quoque temperies immutatur, & ex calida in frigidam statim convertitur, unde mirari nemo
22. debet, quod testes à *Baldo in d. l. sin autem* dicantur esse pars corporis necessaria, seu principales corporis partes, tantoque corde ipso præstantiores, quanto species individuo nobilior est. Hinc passim apud Medicorum Principes habetur, quod Eunuchismus in animi quoque damnum resul- 23.
tat, dum corpus effœminat; cum propterea Eunuchi fœmineas plerasque affectiones participent, simulque perinde fiant, ac si etiam senes essent, quia non modo mente, sed toto etiam corpore debiles evadunt, & in fœmineum cor- 24.
poris habitum transeunt, quibus idcirco fœminea quoque appellatio congruit, prout *Catul.* Eunuchos Cybeles Sacerdotes masculino nomine Gallos dictos Gallas appellat ob effœminationem, & Horatius eam ob causam Pedatium quendam eviratum, Pedatiam vocat, ut bene advertit *Raynaud. ubi supra, cap. 3. §. 2. num. 17.*

Dico, quod Eunuchus oc- 25.
cidens unum pro alio à culpa sive tamquam mulier, sive tamquam puer, sive plusquam vir Judicis arbitrio aliqualiter excusatur, & multo magis excusari debet mulier ipsa, si est Eunucha, cum tunc neque integre mulier sit, ut videre est apud *Hurtad. resolut. moral. tom. 2. lib. 3. de Residentia Matrimoniali, resolut. 8. §. 1. num. 3. & seqq.* quæ proinde tunc dici posset semimulier, etiam si non sit hermaphrodita: sicuti enim

enim Eunuchus, ut jam vidimus, non est integre vir, sed potius semivir, immo vir eviratus, & effœminatus, quia fœmineum corporis habitum, simulque fœmineas affectiones, seu verius imperfectiones, odia, & incommoda participat; sic etiam vel fœminarum, vel puerorum, vel aliarum ejusmodi personarum perfecta corporis, ac animi virilitate carentium favores, & commoda participare debet, ideoque in delictis aliquam mereatur excusationem, prout ex iis, quæ superius singillatim de pueris, senibus, ac mulieribus dicta sunt, abunde constare potest.

Colligo mirandum non esse, quod ex prædicto Eunuchorum in fœmineum habitum transitu ea etiam exteriora signa proveniant, propter quæ ipsemet etiam hominum oculus, dum fœmineam
26. Eunuchi faciem intuetur, anceps quodammodo fiat, num ejusmodi persona vir sit, vel mulier; passim enim, ac palam inter alia evidens esse videtur,
27. quod Eunuchi æque, ac fœminæ imberbes sunt, & utrisque flaccida est pinguedo, membra debilia, venæ parvæ, cutis levis, imbecillus arteriarum pulsus, ubera prope similia, & vox acuta, unde *Macrobius lib. 7. Saturn.* dixit tantam esse in Eunuchi, ac Mulieris 28.
voce similitudinem, ut mulier ne, an Eunuchus loquatur, nisi quis videat, ignoret; ob eandem autem Eunuchorum, & fœminarum tum in voce, tum in facie similitudinem, providi quidam Cœnobiarchæ, ne fœminarum memoriam Eunuchina facies fratri- 29.
bus suis renovaret, Eunuchos suis è cœtibus excluserunt, & in eos cooptari vetuerunt, refertque *Simon. Majol. de irregularitate lib. 1. cap. 27. num. 5.* Eunuchorum Monasterium 30.
idcirco constitutum fuisse, ne Eunuchi fœmineo sui vultus obiectu viris periculum crearent.

CAPUT SEXTUM.

An morbo affectus occidens unum pro alio à culpa excusetur.

SUMMARIUM.

Inter Morbum, & Vitium quam multiplex à multis discrimen afferatur. num. 1.

Morbus quomodo hic accipiatur. num. 2.

Ex morbo animi aliquando provenit

 num.

RÆMITTO primo, quod, sicuti à sterili sterilium Eunuchorum materia, de qua in præcedenti capite actum est, nunc ad amplum, & fœcundum morborum campum accedimus; sic etiam in primis ample, ac distincte à nobis explicandum est, quinam morbi, & quandonam iis affectos à prædicta culpa excusare valeant: quicquid enim sit de differentia inter morbum, & vitium, cum aliqui 1.
dicant illum esse temporalem, istud perpetuum: alii eum esse corporis; istud animi: alii eum esse specificum; istud generale: alii eum esse totius corporis; istud partis tantum: alii eum esse in iis, quæ homini ad esse simpliciter inserviunt; istud vero in iis, quæ ad bene esse: alii eum esse vitio gravius; istud morbo levius; & alii aliter, ut patet ex *Zacch. Quæstion. Medicolegal. lib. 2. tit. 3. quæst. 2. Pereyra Elucidarii lib. 1. Elucidat. 7. num. 123. & seqq.*

seqq. Haunold. de jur. & just. tr.
2. 10. *cap.* 1. *num.* 269. hic à nobis morbi nomen generaliter accipitur, itaut sub se contineat quemcumque affectum pręter naturam, qui usum, ministeriumque hominis impediat, vel depravet, ideoque comprehendit omnę vitium sive animi, sive corporis, sive
3. utriusque. Sicuti autem morbus, seu infirmitas animi aliquando talis est, ut ex ea proveniat infirmitas, seu morbus corporis, *Sebast. Medic. in tractat. mors omnia solvit, part.* 1. *num.* 134. sic etiam morbus, seu infirmitas corporis aliquando talis est, ut ex ea proveniat infirmitas animi, *Forcatul. Necyomant. dialog.* 35. *nu.* 7. ubi ait dementiam aliquando fieri ex morbo corporis penetrante animam, ut contingit phrenetico in febri, *l.* 1. §. *interdum, ff. ædilit. edict. Pompejus Sacch. in Medicina Theorico-Practica, consultat.* 11. ubi egregie declarat, quomodo ratiocinatio lædatur, vitiato spiritu animali: immo *D: Hieronym. in quadam epistolą* recte
4. quoque infert, quod ipsamet nimia corporis debilitas vires etiam animæ frangit, & mentis quoque ingenium marcescere facit, quibus pariter accedit *Zacch. Quæstion. Medico-legal. lib.* 2. *tit.* 3. *quæst.* 3. ubi ait, quod, ut sæpe morbi, qui proprie sunt animi, à corporis temperatura originem ducunt, ita etiam frequenter ex 5.
animi passionibus multi in morbos corporis incidunt. Quamvis autem corporis, & animi morbis addi etiam possit moraliter loquendo morbus animæ, qui prædictis omnibus gravior est, & peccati nomine vocatur, prout egregie tradit cum multis aliis *Raynaud. Moral. disciplinæ, distinct.* 4. *quæst.* 3. *art.* 7. *nu.* 403. ex quo patet, quod, sicuti sæpe corporis, & animi morbus mortem præbet, indeque morbus dicitur; sic etiam peccatum morbus animæ recte dici potest, cum mortem, & quidem æternam pariat, ideoque mortiferum, seu lethiferum appelletur; nihilominus, cum prædicti animæ morbi in casu nostro à culpa non excusent, sed eam potius augeant, non de iis, sed de corporis tantum, ac animi morbis hic à nobis agitur: cum igitur corporis, & animi morbi pluribus ex causis proveniant, nempe vel à natura, vel ab ætate, vel ab aliquo affectu præternaturali humanas actiones lædente, ut bene innuit *Martin. jurisprud. criminal. disserta-*

(right margin numbers in second column: 6. at "sit moraliter loquendo mor-"; 7. at "sæpe corporis, & animi mor-"; 8. at "morbus dicitur; sic etiam pec-"; 9. at "ætate, vel ab aliquo affectu")

sertation. 4. *cap*. 1. *sect*. 2. *num*. 3.
cumque superius de naturæ
defectu in fœmineo sexu, nec
non de puerilis, ac senilis ætatis
imbecillitate actum sit,
nunc de reliquis corporis, ac
animi morbis, qui à prædicta
culpa excusare valeant, agendum
est; unde

Præmitto secundo, quod in
casu nostro, sicuti ad culpam
requiritur, quod actio occidendi
unum pro alio sit libera,
prout in præcedenti *capite* 3.
num. 65. dictum fuit, ac proin-
10. de, quod prædictus occisor
potuerit, ac debuerit præcavere,
ne occideret unum pro
alio, sic etiam ad eum à culpa
excusandum requiritur, ut
morbus ejus, (sive fuerit a
natura, sive contra naturam
advenerit, hoc est, sive sit à
nativitate, sive post eam) ita
eum tunc læserit, ut prædictam
præcautionem tunc
adhibere vel non potuerit, vel
non debuerit; horum enim
altero deficiente, culpa etiam
ipsa simul deficit, ut ex prædictis
patet: nunc ergo videndum
remanet, quinam morbi
potissimum sic lædere soleant,
11. ut iis læsi prædictæ occisionis
periculum vel cognoscere, vel
cavere nequeant, ideoque à
culpa immunes sint, ad quod
propterea non sufficit quicumque
morbus, quamvis
alias gravis, (prout est linguæ
defectus, surditas, cæcitas, vel
alia similis corporalis infirmitas)
nisi ejusmodi sit, ut vel
periculi cognitionem, vel ad
illud vitandum potentiam
auferat, vel impediat in eo, qui
tali morbo laborat. In primis
autem ejusmodi esse dicitur
morbus omnis, qui rationalem
facultatem sic lædit in homine,
ut minus recte, & ex naturæ
instituto operationibus 12.
suis fungi conspiciatur. Cum
autem in quacumque dementia
lædatur ratio, & rationalis
animæ functiones multipliciter
lædi possint, itaut vel nullo
modo, vel debiliter, vel depravatæ 13.
inde fiant, ut multiplici
etiam nomine læsiones prædictæ
appellari soleant, ut inferius
apparebit, idcirco eas
omnes, quocumque modo,
aut tempore, seu morbo eveniant,
communi, ac generico 14.
dementiæ, vel amentiæ nomine
vocabimus cum *Zacch. Quæstion. Medicolegal. lib*. 2. *tit*.
1. *quæst*. 1. *num*. 5. & 14. nec non
Scalona de testamentis, *lib*. 2.
cap. 7. §. 3. *num*. 53. & *seqq*. eo
quia sic læsi sine mente, vel 15.
mentis integritate, seu lumine
mentis esse videantur, quæ
homines ab ipsis bestiis discriminat,
ac secernit, & eos in
pro-

proprio, ac naturali hominum statu constituit; licet enim aliqui, ut videre est apud *Pereyram Elucidarii lib.* 2. *Elucidat.* 4. *num.* 670. discrimen
16. ponant inter dementem, & amentem, quod ille sit, qui non cogitat, quid agat, aut loquatur; iste vero, qui prorsus insanit; nihilominus apud *Tullium* 3. *Tusculan.* Dementia ab amentia non distinguitur, sicut nec demens ab amente, quia tam amens, quam
17. demens dicitur, qui à mente sua discessit, & quasi deorsum à mente est, vel mentem diminutam habet, vel est quasi sine mente. Dementiæ igitur no-
18. men prædicto modo, nempe generalissime sumptum tria in se subalterna dementiæ genera continet, prout tripliciter quoque rationalis animæ functiones lædi possunt. Primo ex diminutione rationis quoad ejus operationes, quando scilicet ob spirituum paucitatem, vel crassitiem, aut turbiditatem mens assequi nequit ea omnia, quæ tunc essent assequenda, vel difficulter movetur ad operandum, unde
19. fatuitas, vel stupiditas, aut stultitia cum suis aliis speciebus nascitur; fatuus namque dicitur ex *Paul. Rub. de testam. cap.* 12. *num.* 34. qui non caret intellectu, sed integrum animi vigorem non habet, ac proinde quasi puer fatue loqui- 20.
tur, & fando se fatuum probat, prout à fando nomen accepit: quæ quidem fatuitas aliquando gravis, aliquando levis est, (unde ab aliquibus 21.
levi fatuitate læsi dicuntur semifatui) nec semper eadem permanet. Stupidus dicitur, 22.
qui propter stuporem non movetur, à stupore autem 23.
stultitia dicta est juxta *Bartol. in tractatu de testib. num.* 98. quia stultus stupenda non stupet, & non stupenda stupet, quem sequitur *Pereyra Elucidarii lib.* 2. *Elucidat.* 4. *sect.* 4. *num.* 671. ubi subdit, quod stultitia importat hebetudinem mentis; sed à fatuo 24.
stultus discernitur: fatuus enim cognoscitur ex verbis; stultus autem ab operibus, ut habetur ex *Pacian. de probationib. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 11. Secundo ex rationis depravatione, quando nempe spiritus non secundum totum, sed secundum partem pravi sunt, ideoque rationalis animæ functiones non debito, neque consueto stylo celebrantur, unde oritur delirium: delirare siquidem est desipere, hoc est 25.
à recto ordine, & quasi lira aberrare. Tertio autem ex

ratio-

rationis deperditione, quando
26. nimirum prædictæ functiones rationis ita deperduntur, ut nequaquam, & nullo prorsus modo ab ejusmodi amentibus celebrentur, unde mania, seu furor cum suis ejusmodi comitibus generari solet: ideo autem dixi *fatuitatem*, *delirium*, *& maniam cum suis uniuscujusque speciebus*, *seu comitibus*, quia sub unoquoque ex tribus prædictis dementiæ generibus plures, ac diversæ species, seu modi continentur, adeout *Paul.Rub. ubi supra*, *n.* 1. dixerit cum *Sapiente in Eccle-*
27. *siast.cap.* 1. stultorum infinitum esse numerum, plena esse omnia, eorumque species esse fere innumerabiles, & excogitata vocabula ad eas exprimendas non sufficere: unde *num.* 24. subdit, quod celebrem illum pictorem imitari opus est, qui, cum in exigua tabella decem millia militum armatorum pingere deberet, eorum octo tantum penicillo expressit, cæterorum vero galeas confusim adumbravit. Fatuitatis
28. itaque generi nō modo subest stupiditas, stoliditas, & stultitia, ut jam dictum est, verum etiam hebetudo, ex qua ho-
29. mines redduntur inhabiles ad ea intellectu assequenda, quæ cæteri homines vel ex se, vel ipsa dictante natura, vel pauxilla adhibita opera, facillime consequuntur; ejusmodi autem hebetudine laborantes 30.
sæpe olim Boeti, & Boeticum habere ingenium dicebantur ex *Horat.Epistolar.lib.*2. postea vero vulgus metaphorice, ac per contemptum eos passim sine cerebro, absque memoria, Turdos, Bardos, Buccones, Bucculentos, Moriones, Sanniones, Fungos, Blennos, Maccos, Caudices, Asinos, Stipites, Plumbos, Babosos, Musiones, Grossos, Grossolanos, Crassos, seu crassæ farinæ, vel crassæ Minervæ homines appellavit, prout videre est apud *Zacchiam*, *Pereyram*, *Rubeum*, *& Scalonam* nuper allegatos, nec non apud *Dauth. de testament. num.* 220. ubi fatuos vocat etiam semi- 31.
stultos, semimentecaptos, quia neque communi modo prudentes sunt, neque omnino mentecapti, sed medium quodammodo locum obtinent, & *num.* 221. in margine subdit tot esse fatuitatis prædictæ genera, ut innumerabilia sint; immo concludit dicendo, quod, cum nullus sine crimine vivat, nec sine aliquo 32.
prudentiæ defectu sit, nos omnes, & singuli aliquam fatuitatis particulam habemus; sub deli-

delirii autem, nec non ſub ipſius maniæ genere tam multæ, ac tam variæ ſpecies à prædictis auctoribus afferuntur, ut, cum minime ad rem noſtram facere mihi videantur, prout inferius apparebit, eas innuere potius, quam exponere ſatius putem, ſtante maxime ſumma opinionum diverſitate, quæ in ipſis delirii, & Maniæ ſpeciebus nedum explicandis, verum etiam appellandis reperitur; nam etiam Medici, nedum Juriſconſulti noſtri, cum omnes
33. delirii, ac Maniæ ſpecies idem ſint quoad effectum, qui eſt depravatio, vel deperditio recti uſus rationis, vel circa omnia, vel circa quædam tantum obiecta, & cum aliquibus intervallis, vel ſine ullis; licet quoad earum eſſentiam, cauſas, & curationem valde inter ſe diverſæ reputentur, ut patet ex *Scalona ibid. num.* 51. unam idcirco pro altera ſæpe uſurpant, & eandem ſpeciem pluribus interdum nominibus appellant, ut afferit *Zacch. d. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 4. eaſdemque voces pluriſariam inter ſe confundunt: inſuper non raro inter illos contentio eſt, num hæc, aut illa dementiæ ſpecies alicui fatuitatis, vel delirii, vel maniæ generi, vel etiam earum nulli ſubſit; itaut vel novum illa, vel nullum omnino dementiæ nomen ſubire debeat: quin etiam nonnunquam unum, idemque alicujus dementiæ nomen alteri potius dementiæ, vel omni penitus dementiæ convenire volunt, ideoque nihil fere, niſi dubium exhibent, ut apud eos videre eſt, dum acriter diſputant, an ſub demen- 34.
tium nomine veniãt, nec non, qualiter, & quandonam inter ſe differant Delirantes, Furentes, Inſani, Agonizantes, Mentecapti, Phrenetici, Melancholici, Lunatici, Hypocondriaci, Lethargici, Cataleptici, Comatici, Epileptici, Apopletici, Eplileptici, Lypothymia laborantes, Maniaci, Paraphrenetici, Venenati, Lymphatici, Hydrophobici, Phanatici, Siderati, Engaſtrimythi, Energumeni, Lycantropi, ſeu Cynanthropi, Dormientes, & Noctambuli, Ebrii, & Ebrioſi, Meticuloſi, Doloroſi, Iracundi, Verecundi, & Amoris oeſtro, aliiſque ſimilibus paſſionibus agitati, quæ rationis uſum lædere, vel impedire conſueverunt.

Præmitto tertio, quod, etſi 35.
Prodigus dicatur, quaſi procul à regimine poſitus ex *Jaſon. in l. is, cui 6. in princip. ff. de verbor.*

verbor. obligat. nec non tripliciter quis prodigus esse possit,
36. nimirum vel in bonis animi, hoc est in moribus, & fama, vel in bonis corporis, hoc est in valetudine, & vita, vel in bonis fortunæ, hoc est in rebus, & facultatibus, ideoque prodigo facultatum administratio decreto Judicis interdicatur, *l.* 40. *de regul. jur.* quia, licet sermone videatur sapiens, factis tamen est insipiens, cum neque modum, neque tempus, neque finem expensarũ habeat, *l.* 1. *de curat.*
37. *furiosor.* ac propterea furioso æquiparatur, *l.* 12. §. 2. *de tut. dat. l.* 70. §. 4. *de fidejuss.* a quo prodigus parum quoad usum recti Judicii, & rationis distare videtur circa facultatum suarum administrationem, in quibus proinde profundendis discretione caret, ac furiosum
38. facit exitum; nihilominus extra prædictorum bonorum administrationem prodigus potius pupillo, vel minori æquiparatur, quam furioso, *Jo: Baptista Castillion. in addit. ad Alberic. in dictionar. V. prodi-*
39. *gus*, ubi addit: *Nota quod prodigus æquiparatur pupillo in contrahendo, non in delinquendo*, nec non *Herold. de ratification. in introductione, part.* 2. *cap.* 2. *num.* 37. unde prodigus in acquirendo, & delinquendo pro eo habetur, qui alios sibi obligare, atque capitalem sententiam mereri potest, ut cum *Harpreċt.* §. 3. *num.* 11. & 31. *instit. de curator.* dixit etiam *Chlingesperger in Collegio institut. lib.* 1. *tit.* 23. *quæst.* 1. *object.* 4. quibus etiam adhæret, & plurimos alios concordantes allegat *Sabell. in summa diversor. tractat.* §. *Prodigus, num.* 9. ubi ait, quod prodigus, si delinquat in committendo, sicut quilibet alius, obligatur ad pœnas pecuniarias, & afflictivas juxta facti, & personarum qualitatem: licet ergo ali- 40.
quando prodigus in bonum sensum accipiatur ex Jure Canonico, nec non *Horat.* 1. *carm. od.* 12. & insignem, ac liberalem significet, ut bene advertit *Passarel. de donationib. lib.* 1. *quæst.* 11. *num.* 1. proprie tamen, & in Jure Civili prodigus dicitur, qui bona propria dissipando prodigalitatis vitio laborat: 41.
prodigalitas enim sumitur pro animi morbo, quo quis, veluti ambitiosa phrenesi, vexatus proprii Patrimonii eversor fit, *Passarel. ibid. num.* 2. unde à *Scalona loc. cit. num.* 2. dicitur esse intemperans rerum suarum profusio; ut quis enim sit 42.
prodigus, requiritur, quod is bona sua dilaceret, ac profundat

dat sine causa, *Dauth. ubi supra num. 222. vers. ad Prodigalitatem*. His autem attentis,

43. Dico, quod, sicuti ex prædictis dementes omnes, cujuscumque speciei sint, vel modi, consideratis considerandis, ad Judicis, ac peritorum arbitrium, vel infantibus, vel impuberibus, vel minoribus juxta personarum, factorum, & circumstantiarum varietatem æquiparari possunt; sic etiam iidem occidentes unum pro alio Judicis arbitrio juxta prædictam rerum varietatem, vel omni, vel aliquo, vel nullo modo, prout superius à nobis *cap.* 1. de minoribus dictum

44. fuit, à culpa excusari debent, cum æquiparatorum, & æquipollentium natura sit, ut de iis idem sit Judicium, & dispositum in uno ad aliud æquiparatum extendatur, *Salgad. 2. part. de retent. cap.* 31. *nu.* 2. 4. *& seqq. Comitol. respousor. moral. lib.* 1. *quæst.* 104. *num.* 12. *Cassian. à S. Elia in Arbor. opinion. V. Æquipollens, num.* 4. & à pueris ad fatuos in delictis arguere liceat, ut patet ex *Thesaur. decis.* 92. *nu.* 2. *Zacch. d. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 7. *num.* 26. & aliis passim.

45. Colligo, quod ea, quæ de amentibus à culpa excusandis dicta sunt, intelligi debent de iis, qui occidunt unum pro alio, dum actu dementia vexantur, ac sanæ mentis non sunt; non autem de iis, qui occidunt unum pro alio vel ante dementiam, vel post illam, vel eo tempore, quo habent dilucida intervalla, seu inducias, vel amentiæ intermissionem; cum enim tunc sanæ mentis sint, eos neque præcedens, neque subsequens, sed tantum actu præsens dementia à culpa excusare potest, *Crus. de indiciis delictor. part.* 1. *cap.* 28. *num.* 8. *& seqq. Setser. de jurament. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 11. *& seqq.* ubi etiam subdit, quod in casu dubio, an

46. actus factus sit ab amente tempore amentiæ, vel tempore intermissæ amentiæ, tunc videndum erit, utrum, quod factum est, more sapientis factum fuerit, an non: priori casu præsumetur factum tempore sanæ mentis; posteriori autem, tempore amentiæ, quod etiam ab *Hering. de fidejussor. cap.* 7. *num.* 116. *Herold. de ratificat. part.* 2. *cap.* 2. *nu.* 21. & à pluribus aliis approbatur. Quod si, pensatis omnibus circumstantiis, adhuc dubium

47. remanet, an quis occiderit unum pro alio, dum erat sanæ, vel insanæ mentis, hoc est, an tempore amentiæ, vel extra

illud, præsumi debet, quod amentiæ tempore id fecerit, cum hoc sit favorabilius, ita *Cabal. casu* 297. *num.* 39. ubi enim constat quem aliquando fuisse amentem, semper præsumitur amens, nisi probetur contrarium, ideſt, quod tunc fuerit sanæ mentis, quia passiones hujusmodi præsumuntur durare, nisi contrarium probetur, *Farinac. in Praxi, quæst.* 94. *num.* 12. *Conciol. resolution. criminal. V. furiosus, resol.* 1. *num.* 6. ubi cum multis asserit hanc esse communem opinionem, & cum *Cabal. ubi supra, num.* 41. ita servari testatur, *Ayllon. ad Gomez tom.* 3. *de delictis, cap.* 1. *num.* 70. *& seqq.* ubi plures alios allegat, quibus addi potest *Bellegrand. in methodo rer. criminal. tr.* 4. *quæst.* 19. *num.* 5. ubi ait, quod in dicto dubio mentis impos præsumi debet ad arbitrium, &c. & quod semel amens per aliquod tempus, ideſt mensium, non horæ, aut diei, etiam in futurum talis præsumitur, dummodo tamen amentiam præcessisse probatum fuerit, ut bene advertit *Gomez ibid. num.* 71. *& Conciol. loc. cit. nu.* 14. ubi subdit amen- 48.
tiam probandam esse per eum, qui eam allegat, cum quibus stat etiam *Ayrer. de homicidio, part.* 2. *num.* 174. *&* 175. quia, inquit, natura non patitur repentinam mutationem, &, amentia probata, ea durare præ- 49.
sumitur, donec contrarium probetur. Quomodo autem lucida intervalla in aliquibus dementiis, & non in aliis contingant, & quomodo læsio mentis contingere possit so- 50.
lum circa unum aliquod obiectum, non autem circa alia, egregie tradit *Baldell. Theolog. moral. lib.* 1. *disp.* 12. *per tot.* maxime verò *num.* 12. *&* 20. prout *Mascard. de probat. vol.* 2. *conclus.* 526. fuse tradit, quibus signis dementia probetur.



DIS-

DISPUTATIO QUARTA.

QUID MEREATUR OCCIDENS UNUM PRO ALIO.

CAPUT PRIMUM.

Occidens unum pro alio, an, quia tunc illicite alium occidere voluit, licet illum non occiderit, ideo, præciso effectu præter intentionem secuto, pœnam aliquam mereatur.

SUMMARIUM.

Sola delinquendi voluntas an tam in foro fori, quam in foro poli pœnam mereatur. num. 1.
In delictis quoad eorum pœnam in foro fori tria regulariter considerari solent, & quæ sint. num. 2.
Delictum pure mentale in foro fori an puniatur. num. 3.
Ecclesia ipsa non judicat, nisi de exteriori. num. 4.
An, & quando quis hæreticus esse possit coram Deo, non autem coram Ecclesia militante. num. 5.
Jus Pontificium, ac Cæsareum pro quibusnam hominum actionibus conditum sit. ibid.
Qui male cogitat, non alium, præter se ipsum lædit. ibid.
Actus externi ad homicidium committendum directi, ac ordinati alii aliis propinquiores, ac remotiores sunt. num. 6.
An quis aliquando licite, aliquando illicite aliquem occidere possit. num. 7.
Licitum dicitur, quod à lege prohibitum non est; illicitum vero, quod à lege prohibitum est. num. 8.
An, & quomodo, quæ à Jure civili permissa sunt, dici possint licita. ibid.
Num licita in foro humano licita etiam sint in divino. ibid.
Quomodo, quod erat homini licitum, fiat ei per legem illicitum. num. 9.
Nihil esset illicitum, si nulla esset lex. num. 10.
Quomodo non probibitio sit quædam

PRÆMITTO primo, quod in foro quidem poli, seu conscientiæ, & coram Deo sola voluntatis deli- 1.

deliberatio illicite aliquem occidendi, & si ad nullum actum externum processerit, omnino sufficit ad lethifere peccandum, ex quo proinde æternam inferorum pœnam quis meretur, ut patet ex *text. & gloss. in cap. Unum, §. criminis, 22. distinct.* nec non ex communi Doctorum sententia, & ex *Evangelio* ipso *Matth.* 5. prout egregie inter alios advertit *Gomez variar. resolut. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 30. & *Vilosa de fugitivis, cap.* 8. *num.* 23. *& seqq.* sed
2. certe in foro fori res aliter se habet, nam in delictis, & in ordine ad eorum pœnam tria regulariter ex *d. Vilosa, ibid.* considerari solent, videlicet animus, factum, & delictum: animus, ut quis intendat delinquere: factum, ut sequatur delictum; delictum, ut per legem sit punibile. Unde in foro fori, prout etiam dixi *disput.* 2. *cap.* 2. *num.* 73. *& seq.*
3. delictum pure mentale, hoc est simplex cogitatio, seu nuda voluntas delinquendi, si pro consummatione delicti ad nullum actum externum processit, non punitur, *l. cogitationis, ff. de pœnis, Magon. decis. florentin.* 88. *num.* 10. *& seqq. Menoch. de arbitrar. cas.* 360. *num.* 2. *&*
4. *seqq.* adeoque ipsamet Ecclesia non judicat, nisi de exteriori, *Gibalin. de irregularit. cap.* 2. *quæst.* 2. *nu.* 4. ubi cum *Covarr. in regula peccatum* 2. *part. relection. num.* 4. asserit, quod interna, nisi aliquo modo prodeant in actum exteriorem, subducuntur humanæ cognitioni, atque adeo ipsius Judicio, quod etiam dixit *Megal. Praxis criminal. cap.* 6. *num.* 1. *Bellegrand. in methodo rer. criminal. tract.* 10. *quæst.* 26. *nu.* 5. & hoc ipsum fuse, ac docte explicat *Valente in concordia juris Pontificii cum Cæsareo, ac Theologica facultate, tit.* 2. *disp.* 4. *quæst.* 1. *sect.* 6. *& seq.* sed ante omnes prædictos idipsum docuerat cum pluribus aliis *Felin. in tract. de conatu, sub num.* 4. ubi propterea recte infert, quod, 5.
licet sola voluntas, vel credulitas constituat aliquem hæreticum coram Deo; nihilominus Ecclesia militans, ex quo ei de prædicta credulitate, vel voluntate non constat, eum pro hæretico non habet: *Felinum* autem, ac multos alios concordantes pro dicta sententia *Decianus* ipse allegat *tract. criminal. lib.* 9. *cap.* 28. *n.* 4. eandemque amplectitur, ac bene comprobat *Thesaur. de pœnis Ecclesiasticis, seu Canonicis, part.* 2. *V. curia, cap.* 10. *vers. unde sit*, ac plures alios allegat, nec non *Vilosa d. cap.* 8. *num.*

num. 26. ubi concludit hanc esse veriorem prædictorum rationem, quia scilicet Jus Pontificium, & Cæsareum conditum est pro ipsis hominum actionibus, quæ ab eis extrinsecus geruntur, non autem pro iis, quæ intrinsecus apud eos sine alterius læsione sunt meditata: cum nudæ voluntates (ut ait *Cato*) apud homines neque legibus, neque pœnis obnoxiæ fiant, quia earum fini, qui est pacem inter homines retinere, non opponuntur, ne is, qui male cogitat, alium lædat, nisi se ipsum. In casu ergo nostro, cum agatur de foro fori, ac de occidendi voluntate, quæ ad aliquem actum externum in occisionem ipsam directum,
6. ac ordinatum processit, licet intentum finem consecuta non sit, videndum erit, an, quia prædictorum actuum exteriorum alii aliis prædictæ intenti finis consecutioni propinquiores, vel remotiores sunt, quilibet occidendi conatus, seu quilibet actus externus ad aliquem occidendum directus, etiam non secuta dicti finis adeptione, pœnam aliquam vel ordinariam, vel extraordinariam mereatur. Dixi autem ideo *pœnam aliquam*, &c. quia postea videbimus, an occidens unum pro alio ideo pœnam etiam aliquam mereatur, quia re ipsa hominem eo actu occidit; quamvis non eum ipsum, quem occidere volebat.

Præmitto secundo, quod, 7.
cum quis alium aliquando licite, aliquando illicite occidere possit, hic tantum agitur de illicite alium occidere volente; inferius autem videbi- 8.
mus, quid dicendum sit de licite alium occidere volente; sicuti autem licitum id esse dicitur, quod à lege non prohibetur, *gloss. in V. si convenerit, ff. de pignorat. act. & in l. nec non §. 2. ff. ex quib. caus. major. Novarin. Axiomat. Physico-Theologicor. part. 3. axiom.* 182. ideoque non illa tantum licere dicuntur, quæ neque divina, neque humana lege sunt interdicta; sed etiam illa, quæ legi quidem divinæ naturali, aut positivæ adversantia sunt, at ea jus civile permittit, hoc est, in foro humano neque prohibet, neque punit; & si in foro divino dicta permissio, & impunitas allegari nequeat, ut bene advertit *Pufendorf. Elementor. Jurisprud. lib.* 1. *definit.* 14. *§.* 2. *vers. Porro*, sic etiam illicitum id esse, ac illicite fieri dicendum est, quod à lege prohibitum est; Homo 9.
enim

enim in non prohibitis habet
Jus faciendi, quod voluerit,
cum nihil sit illicitum, nisi
per legem aliquam illicitum
reddatur: quando enim lex
prohibens supervenit, tunc
hominem prædicto Jure pri-
vat, ideoque homo per legem
Jure illo privatus debet om-
nino aut ab actu per legem
prohibito abstinere, aut certe
actum illicitum committere,
prout ingeniosissime, atque
clarissime demonstrat *Cara-
muel de non certitudine, in Pro-
dromo, num.* 24. ubi propterea
doctissime infert, quod præ-
ceptum non occidendi, pro-
prie loquendo, non tollit in
homine libertatem natura-
lem, seu potentiam realem,
nec etiam libertatem, seu po-
tentiam moralem occidendi,
cum adhuc homo libere pos-
sit occidere, & non occidere,
sed solum aufert ab homine
prædictum Jus, & potestatem
licite occidendi, quam habe-
ret, si præceptum tali Jure, ac
potestate hominem non pri-
vasset. Cum ergo licitum
dicatur illud, quod lege non
prohibetur, propterea *Cara-
muel ibid.* optime concludit,
10. quod nihil esset illicitum, si
nulla esset lex: ipsamet enim
non prohibitio, ut inquit
ibidem Caramuel, tametsi rea-
liter sit quid negativum, vir- 11.
tualiter tamen est quædam
concessio, vi cujus homo ha-
bet Jus licite faciendi, quod
voluerit; prout etiam egregie
tradit *David Mevius in Nucleo
juris naturalis, & gentium, in-
spection. 2. §. 6. num.* 1. ubi dicit,
quod, quæ à lege jubentur,
vel prohibentur, necessario
fiunt, vel omittuntur; quæ
vero nec jubentur, nec pro-
hibentur, voluntarie fiunt,
vel omittuntur, quia humano
arbitrio relicta sunt; & natu- 12.
ralis ratio reductive quodam-
modo licentiam faciendi, vel
omittendi concedere videtur,
unde licita vocantur, prout
idem *Mevius ibid. Inspection. 6.
§. 18. num.* 3. ideo recte subdit
ea improprie tantum licita
dici, quæ vere divinis, aut
humanis legibus contraria
sunt; licet nullam in foro
humano pœnam habeant.
Immo, ut actus sit illicitus,
debet esse certo interdictus,
cum actus probabiliter tan-
tum interdictus non modo 13.
probabiliter, sed certo licitus
sit, ut patet ex *Caramuel. de
non certitudine, num.* 694.

Præmitto tertio, quod Ver- 14.
bum *mereri*, licet plerumque
accipiatur, ut ordinatur ad
bonum, seu præmium; quan-
doque tamen sumitur etiam,

prout

prout ordinatur ad malum, seu pœnam; ac proinde ab *Altenstaig. in Lexico Theologico,*
15. *V. Meritum* dicitur esse vocabulum indifferens, cum quo *Martinius* etiam consonat in *Lexico Phylologico*, *V. mereor*, ubi subdit *sed mala meremur*, quod scolasticis scriptoribus est demereri, prout idipsum antea quoque docuerat *Alberic. in Dictionar. V. merita*, ad quod refert *l. majorem*, *C. de fal. & l. si filia*, *C. de inoff. testam.* nec non *l. 1. de exhiben. reis*, adeo ut postea *Pereyr. Elucidarii lib. 1. elucid. 8. sect. 3.*
16. *num.* 151. dixerit merita sumi pro delictis, pro quibus quis pœnas meretur, unde *Rebuf. in l. 198. vers. nempe mereri, de verbor. signif.* pariterque *Brisson. & Calvin. in Lexico juridico*, *V. mereri*, recte asserunt, quod *Mereri* significat dignum esse, & quod tam, qui præmio, quam qui pœna dignus est,
17. mereri dicitur; quia vel bene, vel male meretur, & inde bonum, vel malum meritum appellatur.
18. Dico, quod occidens unum pro alio, quia illicite alium occidere voluit, simulque, ut eum re ipsa occideret, ad actum aliquem externum processit, ideo, licet eundem non occiderit, pœnam inde aliquam, præciso etiam omni alio effectu, regulariter meretur; & ratio est, ut optime dixit *Cantera quæstion. criminal. cap. 7. de homicidio, num. 26. vers. aut loquimur*, quia iste 19.
conatus deductus est ad actũ exteriorem, ex quo fit, ut etiam in foro fori sit delictum, saltem inchoatum; conatus enim criminis crimen est, *Matthæus de criminibus in Prolegomen. cap. 1. num. 6.* & occisio cœpta, licet non perfecta, quædam tamen occisio est, *Cutel. de Immunit. lib. 1. quæst. 4. num. 11.* sed omnes leges tam Jure naturali, quam divino, & humano proclamant delicta esse punienda, ergo iste conatus puniri debet aliqua pœna, saltem extraordinaria Judicis arbitrio; hinc *Felin. in d. tract. de conatu, num. 1.* asserit, quod regulariter solus conatus sine effectu pœnam meretur, idque probat etiam auctoritate multorum *text. Gloss. Abbat. Bartol. & Baldi*, ac aliorum, quod postea etiam docuerunt *Nevizan. Sylvæ nuptial. lib. 4. num. 46. vers. Quinto limita. Covarr. in Clementin. si furiosus, de homicidio, part. 2. in initio, num. 6. vers. Tertio est omnino considerandum*, ubi asserit hanc conclusionem 20.
esse de mente omnium, qui de

de conatu scripsere, quia
(inquit) conatus ad exterio-
rem operationem deductus
dubio procul delictum est, &
ad sceleris audaciam pertinet,
quæ Reipublicæ est pernicio-
21. sa; unde recte subdit, quod
consuetudo, quæ leges cona-
tum punientes abrogasse dici-
tur, plane intelligenda est
quoad pœnam ordinariam
delicti consummati; non au-
tem quoad extraordinariam,
qua judicantis arbitrio cona-
tus ipse puniendus est, *Clar.
pract. criminal.* §. 1. *lib.* 5. *qu.* 92.
22. *num.* 4. ubi dicit, quod regula-
riter non debet Judex cona-
tum impunitum relinquere,
sed semper aliquam pœnam
extra ordinem infligere, *Fa-
rinac. prax. Criminal. part.* 4.
quæst. 124. *num.* 4. ubi regulam
constituit affirmativam, quod
scilicet affectus, seu conatus
punitur, etiam effectu non
secuto, ad quod quampluri-
mos allegat, quibus addi pos-
sunt *Villagut. de extensione
legum, tit. de extension. pœnal. in
materia conatus, conclus.* 2. *n.* 39.
*Ayllon. in addition. ad Gomez,
de delictis, cap.* 3. *num.* 31. ubi
ait, quod, quando à volente
alium occidere deventum
est ad actum externum, sed
effectus non fuit subsecutus,
de consuetudine reus mitiori,

& extraordinaria pœna pu-
niendus est, *Carpzou. pract.
criminal. part.* 1. *quæst.* 2. *nu.* 43.
ubi habetur, quod præsertim
in delicto homicidi affectus,
seu conatus, etiam effectu
non secuto, ad aliquem exter-
num actum perductus pœ-
nam meretur, *Campana reso-
lut.* 1. *num.* 7. ubi asserit hoc in
Praxi servari, & generaliter
tradit, quod, quotiescumque
delictum, ubi consummatum
sit, pœnam corporalem mere-
tur, conatus impunitus esse
non debet, *Haunold. de jur. &
just. tom.* 6. *tract.* 2. *cap.* 2. *n.* 305.
ubi concludit, quod dolosus 23.
occidendi animus, ex quo
aliqui externi actus ad eum
finem apti secuti sunt, pu-
niendus est, sed gravius in
uno, quam in alio, conside-
ratis considerandis, Judicis
arbitrio, *Anton. de Ballis va-
rior. tractat. lib.* 4. *quæst.* 1. *num.*
37. *Sabell. in summa diversor.
tractat. tom.* 1. §. *affectus, nu.* 3.
ubi tradit, quod quælibet
attentio, seu conatus ad delin-
quendum est punibilis pœna
arbitraria, dummodo non sit 24.
in levibus delictis, *Bellegrand.
in methodo rer. crimin. tract.* 10.
quæst. 26. *num.* 1. ubi dicit cer-
tum esse apud omnes, quod
affectus, seu conatus pœna
dignus sit; quamvis effectus

non sit secutus; quali vero, vel quanta, controversum est, ut videbimus capite sequenti, quod etiam novissime approbat, & innumeros alios concordantes refert *Nidus de regul. jur. in sexto, regul. 38. num. 17. & seq.* ubi contrariis quoque respondet.

25. Colligo, quod in prædicta conclusione ideo dixi *regulariter*, &c. quia fieri etiam potest, ut prædicta conclusio aliquo in casu pro multiplici localium consuetudinum, occurrentium casuum, & probabilium opinionum varietate fallat, seu locum non habeat; *Brederodius* enim *in libro sententiar. & regular. jur. V. Cona-*
26. *tus, in fin.* dicit, quod in Gallia conatus homicidii sine effectu non punitur. Præterea, cum
27. de modicis non curet lex, & minima non sint in consideratione, ac proinde parum, & nihil in Jure æquiparentur, immo parum pro nihilo reputetur, itaut pari passu ambulent, & moraliter paria esse dicantur ex *cap. re vera, de consecrat. dist. 2. cap. temere, & ibi gloss. V. præteriit, dist. 31. cap. licet causam, de probat. l. si oleum, §. ult. ff. de dolo, l. Senatus 8. de legibus, l. in rebus, §. possunt, ff. commodati*, & in aliis ejusmodi expresse tradunt

cum multis aliis, quos allegant, *Barbos. in collectan. doctor. ad Proœmium Decretal. num. 50.*
& seq. ubi etiam subdit, quod 28.
modica non nocent, *Paul. Rub. de validitate legali, cap.*
34. num. 3. & seqq. ubi propterea infert, quod parum scire, & nihil scire paria sunt, & æqualis est utriusque conditio; 29.
Caram. Theolog. regul. disp. 63. num. 954. & seqq. ubi generaliter resolvit, quod minima, 30.
licet Physice aliquid sint, moraliter tamen nihil esse censentur; nam moraliter loquendo nihili similia reputantur, prout unum communis chartæ folium physice aliquid est, moraliter vero nihil esse creditur; quibus addi etiam possunt quamplurimi alii, quos citat, ac sequitur regulariter loquendo *Valent. in concordia juris Pontificii cum Cæsareo, Proœmial. prolus. cap. 2. num. 14. & Casteyon. in alphabet. juridic. V. minima*,
cumque ipsemet conatus occidendi aliquem aliquando 31.
minimus esse possit, nec non ipsius homicidii consummationi remotissimus, idcirco etiam ejusmodi conatus, quamvis physice sit aliquid,
nihilominus moraliter nihil 32.
est, etiamsi de pœnalibus agatur, ac proinde nullam ali-

aliquando pœnam mereri vi-
33. detur; quemadmodum etiam delicta ipsa omnino consum-
34. mata, nedum inchoata tantum, prout est conatus ad delictum consummandum, si minima sint, in consideratione non sunt, ideoque ubi agitur de Jure communi, ut in eis, pœna remittitur, sic impunita relinquuntur, ut patet ex traditis, & allegatis à *Simon. Vaz. Barbos. in principiis, seu locis communibus*, *l.* 12. *num.* 29. nec non ex iis, quæ adducit *Ciazz. disceptation. criminal.* 12. *num.* 1. *& seqq.* itemque *disceptation.* 20. *num.* 6. *ac seqq.* Neque
35. desunt alii, qui aperte asserunt conatum ad occidendum, etiamsi deductus sit ad actum exteriorem, non esse puniendum aliqua pœna, quando eum, qui talem actum fecit, pænituit incæpti, ac proinde ulterius prosequi noluit ad occidendum: tunc enim ejus pœnitentia delictum quodammodo delevit, quod tali actu exteriori ad occidendum ordinato commiserat, prout expresse tradit *Felin. in d. tract. de conatu*, *num.* 2. *vers. fallit primo. Ardizon. de feud. cap.* 85. *vers. si vero*, ubi dicit, quod tunc ob misericordiam subvenitur, & parcitur, *Cantera Quæstion. crimin. cap.* 8. *num.* 26. *vers. aut non est conatus*, ubi alios citat, *Anton. de Ballis*, *d. lib.* 4. *quæst.* 1. *num.* 38. ubi testatur hoc à Doctoribus communiter approbatum esse, nec non *Guazzin. ad defens. reor. defension.* 33. *cap.* 24. *nu.* 9.
ubi multos allegat, licet alii 36.
teneant, quod prædicta pænitentia sufragetur ad mitiorem pœnam, non autem ad omnem pœnæ remissionem, ut videre est apud *Pitigian. in prax. Crimin. tit. de defens. reor. cap.* 5. *vers. dico sexto*, & *Farinac. quæst.* 123. *à num.* 150. *& quæst.* 124. *nu.* 159. quem sequitur *Bellegrand. d. tract.* 10. *qu.* 26. *num.* 7. ad quod proinde videndus est *Villagut. de extensione legum in materia conatus*, *conclus.* 2. *num.* 25. ubi fuse hac de re agit: sicuti enim conatus ad delinquendum, ut pote delictum, pœnam, sic etiam conantis pœnitentia veniam nonnunquam, vel pœnæ mitigationem aliquam mereri videtur. Sed, cum hic non agatur de dicta pœnitentia conantis, nisi forte, postquam is fecit, quicquid potuit, & per ipsum non stetit, quin sequeretur optatus effectus (quo in casu pœnitentia nil juvat in foro externo) ideoque nihil de ipsa hic amplius addam.

CAPUT SECUNDUM.

An occidens unum pro alio, quia tunc alium occidere conatus est, licet illum nō occiderit, ideo Civilem consummati homicidii pœnam mereatur.

SUMMARIUM.

Utrum conatus delinquendi sine consummatione delicti sit ordinarie, vel extraordinarie puniendus, ardua, & brocardica quæstio est. num. 1.

An, & quomodò pœna conatui à Jure communi indicta differat ab ea, quæ de consuetudine universali servatur. num. 2.

Consuetudo non nisi extraordinarie puniendi conatum sine effectu an sit de naturali æquitate. num. 3.

Delictum consummatum semper gravius puniri debet, quàm inchoatum. num. 4.

Consuetudo universalis non puniendi conatum æque, ac delictum consummatum cur non indigeat probatione. num. 5.

An conatus ad crimen atrox ordinarie; ad non atrox autem extraordinarie puniendus sit. num. 6.

Conatus remotus etiam in atrocissimis extraordinarie tantùm punitur. num. 7.

Lex, quæ principaliter delicto pœnam imponit, an accessorie conatui quoque pœnam aliquam imponat. num. 8.

Lex eandem pœnam expressè imponens tam conatui, quàm delicto completo data dicitur. num. 9.

Quomodo nisus, seu nixus, & conatus inter se differre dicantur. num. 10.

An conatus sit aliquid amplius, quam nuda voluntas. ibid.

Statutum de conatu loquens intelligendum est de conatu proximo, nisi expressè de remoto etiam loquatur. num. 11.

Conatus, cui lex expressè certam pœnam constituit, an idcirco transeat in delictum speciale, atque consummatum. num. 12.

Cur aliqui in crimine læsæ Majestatis, & oppugnatæ Patriæ conatum ordinaria delicti pœna; non autem in atrocissimis aliis criminibus puniendum esse dicant. num. 13.

An, quod dicitur de pœna conatus contra Principem, vel Rempublicam, idem etiam dicendum sit de aliis capitibus l. 1. ff. ad l. Juliam Majestat. *num. 14.*

Legibus, Statutis, & Constitutionibus quibuscumque nomina-

minatim, ac expresse conatum, ac delictum consummatum punientibus, à generali consuetudine derogatum esse communior, & æquior est opinio. num. 15.

Iniustum est, quod quis de delicto, quod non fecit, æquè puniatur, ac si illud fecisset. num. 16.

Delictum, quod est in fieri, puniri non debet æquè, ac delictum, quod est in facto. ibid.

Quandonam pœna conatui à Jure imposita minui à Judice possit, & quandonam minui possit, ac debeat. n. 17.

An eadem ratio militet in pœna conatus à statuto imposita, quæ militat in pœna conatus à Jure imposita. num. 18.

An Judex possit pœnam conatus à statuto impositam minuere, etiamsi Jurasset servare statuta. num. 19.

Occidenti unum pro alio Judex ob illius conatum occidendi alium, quem non occidit, regulariter extraordinariam tantum pœnam imponere potest. num. 20.

An Judex etiam inferior possit ex justa causa pœnas à legibus indictas augere, vel minuere. num. 21.

Cur leges, statuta, & arbitrium reliquerint Judici augendi, & minuendi pœnam juxta facti contingentiam. num. 22.

Undenam introducta sit prædicta generalis consuetudo arbitrariè puniendi delicta. ibid.

Habere delictum non consummatum pro consummato est ex fictione Juris, non ex facti veritate. num. 23.

Attentare est fictè facere. ibid.

Attentatio sine consummatione delicti una est ex multis causis minuendi pœnam ejus. num. 24.

Cur hodie pœnæ omnes, licet à Jure determinatæ sint, in Judicis arbitrio esse dicantur. num. 25. & 27.

Lex pœnam statuens delicto cur idcirco Judicis arbitrium ad eam augendam, vel minuendam non tollat. ibid.

An pœna ex arbitrio nonnunquam ad mortem extendi possit. num. 26.

Pœnæ arbitrariæ ex justa causa impositæ succedunt loco ordinariarum. num. 27.

Quandonam pœna dici possit arbitrariè ordinaria. num. 28.

Cur aliqui dixerint consuetudinem minus puniendi conatum delinquendi, quàm delicti consummationem limitandam esse, seu non valere in delictis atrocissimis. num. 29.

Omnis pœna, quæ non à Jure, sed à Judicis arbitrio provenit,

nit, semper est extraordinaria. num. 30.

Conatus quàm diversimodè juxta casuum diversitatem à Judicibus arbitrarie punitus fuerit. num. 31.

1. PRÆMITTO primo, quod, cum propositi dubii resolutio pendeat à quæstione illa, quam Doctores passim valde controversam, atque perdifficilem, nec non brocardicam appellant cum *Farinac. in prax. crimin. part.* 4. *quæst.* 124. *num.* 1. *in summar.* ita ut hinc inde adsit communis opinio, teste *Sperell. decis.* 22. *num.* 3. an scilicet affectus, non secuto effectu, seu conatus ad delictum consummandum, delicto illo non consummato, ordinariam ipsam delicti consummati pœnam, vel aliam potius extraordinariam, Judicis arbitrio inflingendam mereatur, idcirco ad illam nos etiam accedere debemus, ut inde lucem aliquam pro dubii nostri resolutione habeamus; maxime, cum nulla forte sit in universo Jure vel Pontificio, vel Cæsareo Juris quæstio, quæ magis, quam prædicta fuse ab Interpretibus nostris tractata, nec non acriter agitata fuerit, ut ait *Menoch. de arbitrar. judic. lib.* 2. *centur.* 4. *cas.* 360. *num.* 1. Dixi autem de *Jure Civili*, quia de pœna Canonica, seu Ecclesiastica mox capite subsequenti agemus.

Præmitto secundo, quod in prædicta quæstione ob apparentem tot opinionum, nec non Jurium ipsorum contrarietatem multi multas attulerunt distinctiones, ut eam ad certum aliquem sensum reducere conarentur, ut videre est apud *Raynald. in syntaxi rer. criminal. lib.* 1. *cap.* 7. *Ad rubric. num.* 46. ubi varias affert distinctiones: non pauci 2.
enim distinguunt pœnam de jure communi ab ea, quæ ex consuetudine servatur, asseruntque solum conatum de Jure quidem communi sæpe ordinaria delicti pœna dignum esse; de consuetudine tamen Italiæ, vel etiam Europæ, ac totius forte orbis non nisi extraordinarie puniendum fore, *Laurent. ab Occa in consil. criminal. à Ziletto collectis, tom.* 2. *cons.* 100. *num.* 3. *& seqq. Batandier. in prax. criminal. regul.* 119. *num.* 1. *& seqq. Grammatic. Voto* 8. *num.* 14. *&
seq.* ubi addit hoc esse pariter 3.
de naturali æquitate, quam maxime servare debent, qui arbitrium habent, *l. quod, si Ephe-*

Ephesi, *ff. de eo*, *quod certo loco*, quia semper actus gravius
4. puniendus est ex delicto consummato, quam ex inchoato tantum, *Pitigian. in prax. criminal. de defension. reor. cap. 5. vers. dico sexto*, *Ripa de nocturno tempore*, *cap. 22. num. 18. & seqq.* ubi multos allegat, & subdit, quod conatus delinquendi, delicto non consummato, eadem quidem lege punitur, sed non eadem legis pœna, cum per universalem consuetudinem contraria legis dispositio sublata sit, *Ærod. rerum Judicatar. lib. 8. cap. 14.* ubi ait, quod tunc agitur quidem lege Cornelia, sed ejus durior pœna non exercetur, *Hondedi. consil. 98. nu. 6. vol. 1.* ubi cum multis *ibid.* relatis hanc opinionem in Judiciis servari, & communem esse affirmat; quibus etiam adhærent *Prat. disceptation. crimin. 35. num. 5. Intriglol. sing. 326. lib. 1. à num. 6. Thor. in compend. tom. 3. p. 2. in V. qualitas*, nec non *Majoran. Opoprax. crimin. lib. 1. cap. 10.* ubi *num. 43.* concludit, quod actus consummatus, non attentatus ad pœnam ordinariam subeundam requiritur, numero autem 88. additur, quod, licet lex, vel statutum certa, & determinata pœna delinquentem puniat; non proinde tollitur Judici facultas eum gravius ex causa, vel levius puniendi, quod etiam placuit *Crusio de indiciis delictorum lib. 1. cap. 90. num. 6.* dictamque consuetudinem 5.
probatione non indigere uti notoriam plures ex iis affirmant. Plures alii distinguunt conatum consummandi crimen atrox à conatu consummandi crimen non atrox, itemque conatum consummationi prædictæ proximum à conatu remoto; unde non 6.
nisi pro conatu proximo ad perficiendum crimen atrox, seu atrocius, vel atrocissimum ordinariam delicti consummati pœnam deberi censent, ita *Capyc. decis. 126. num. 2. Capra conclus. 66. num. 25.* & cæteri omnes tum à *Farinac. in prax. crimin. part. 4. quæst. 124. num. 8.* tum à *Giurba cons. 46. num. 36.* relati, quibus etiam adhærent *Jodoch. Damhouder. in prax. crimin. cap. 95. num. 15.* ubi dicit in quibusvis atrocissimis delictis æque puniri conatum, sicut delictum consummatum, *Cantera quæstion. crimin. cap. 7. num. 26. Ant. Matthæus de criminib. ad lib. ff. 48. tit. 18. cap. 4. num. 13.* ubi concludit, quod hanc sententiam universe prope Europæ

ropæ consensus probavit, ut conatus non nisi in atrocissimis eàdem pœna, qua perfectum crimen puniendus sit, *Massinius selectar. jur. distinction. centur.* 1. *distinct.* 25. *nu.* 16. *Pichard. in manuductione ad prax. in crimin. part.* 3. *§.* 4. *nu.* 5. *Carena de officio Sanctæ inquisition. part.* 2. *tit.* 12. *num.* 275.
7. *& seqq.* ubi propterea subdit, quod etiam in atrocissimis, si deventum sit ad actum delicti consummationi proximum, tunc extraordinariæ tantum pœnæ locus est. Nec non *Sabell. variar. resolut. cap.* 64. *num.* 17. ubi dicit, quod ex generali consuetudine Italiæ non punitur affectus, non secuto effectu, nisi in atrocissimis, & ubi deventum fuit ad actus delicti consummationi proximos. Aliqui etiam pœnam à legibus, seu statutis, vel edictis indistincte
8. delicto constitutam, & consequenter tacite, atque accessorie tantum ejus etiam conatui, tamquam delicto inchoato congrue debitam distinguunt à pœna certa, quæ principaliter, expresse, nominatim, ac determinate ipsimet conatui, etiam quando consummatum non est delictum, à legibus, seu statutis, vel aliis constitutionibus imponitur; ideoque tenent, quod in prædicto secundo casu pœna, quæ conatui soli, etsi non sequatur ejus effectus, imposita est, quamvis hæc pœna eadem ipsa sit, quæ pro delicto consummato à Jure imponitur, omnino infligi debeat, cum in claris non opus sit conjecturis, prout ita distinguit *Volpin. in succo Farinac. part.* 4. *quæst.* 124. *num.* 6. ubi ait, quod 9.
lex puniens conatum utique servanda est; licet dura, & rigorosa, cum qua distinctione idipsum antea docuerant multi alii, inter quos est *Alberic. in l. qui ea mente, ff. de furt. Farinac.* cum aliis concordantibus, quos adducit *d. quæst.* 124. *num.* 21. *&* 145. *cum seqq.* ubi tamen testatur hoc esse tunc tantum de mente doctorum, quando statutum non dubie, vel tacite solummodo, sed explicite, atque clare ipsum conatum punit; unde 10.
infert secus esse, quando statutum punit eum, qui nixus est aliquid facere, cum vere non dicatur quis nixus, nisi ad actus exteriorem deveniat, sicuti conatus ipse aliquid amplius est, quam nuda voluntas, ut bene advertit *Vilosa de fugitivis, cap.* 8. *num.* 29. cum prædictis autem à *Farinac.* adductis cōsentiunt etiam

Gra-

*Gratian. disceptation. forens. tom.*1.*cap.*36.*num.*54. *Pitigian. d. cap.* 5. *vers. verum*, *ubi conatus*, *De Bictis in epitom. causar. judicial. quæst.* 132.*num.* 17. &
11. *seqq.* ubi subdit, quod statutum loquens de conatu intelligendum est de conatu proximo, nisi expresse loquatur etiam de remoto, *Ant. de Ball. lib.* 4. *quæst.* 1. *num.* 36. & 53. *Sgroi in luce Prælator. part.* 7. *cap.*3.*num.* 146.*vers. Hæc generalis consuetudo*, *Matthæu. & Sanz. de re criminal. controvers.*
12. 32.*num.*25. ubi ait, quod tunc lex constituit delictum speciale ipsum affectum, seu conatum, qui proinde in sua specie perficitur per actum proximum. Tandem quamplures etiam distinguunt crimina læsæ Majestatis, & oppugnatæ Patriæ à cæteris omni-
13. bus atrocissimis criminibus, ac proinde in illis, non autem in cæteris conatum ipsum solum, etiam non secuto effectu, ordinaria consummati criminis pœna puniendum esse tradunt, *Boer. de seditios. cap. ult. num.* 42. quia, inquit, sero pararetur vindicta, crimine consummato, quem *Farinac.* cum multis aliis idipsum sentientibus, & ab ipso relatis sequitur *d. part.* 4. *quæst.* 116. §. 4. *num.* 147. prout eis etiam adhærent *Anton. de Ballis d. lib.* 4. *quæst.* 1. *num.* 41. ubi tamen 14.
dicit id esse verum, quando est contra Principem, vel Rempublicam, non vero in aliis capitibus *legis* 1. *ff. ad l. Jul. Majest.* in quibus conatus non pœna ordinaria, sed tantum extraordinaria, & mitiori puniri debet: nec non *Crus. de indiciis delictor. part.* 1. *cap.* 90. *num.* 5. *Bellet. disquisit. Clerical. part.* 2. §. 54. *num.* 12. *vers. Fallit*, ubi etiam testatur de communi Doctorum opinione, *Franciscus de Magistris Sylvæ Ecclesiastic. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 121. ubi etiam sic in pluribus Tribunalibus majoribus sæpe practicatum fuisse refert, cum quibus etiam novissime stat *Vilosa de fugitivis*, *cap.* 8. *n.*29.

Præmitto tertio, quod, 15.
prædictis non obstantibus, licet ea quoque probabilia videantur, æquior tamen, atque communior censetur eorum opinio, qui pœnis, quæ à legibus, seu statutis, & constitutionibus quibuscumque conatui ad delinquendum, æque, ac delicto consummato expresse, ac nominatim impositæ sunt, vere à dicta generali consuetudine derogatum fuisse, ideoque conatum prædictum non nisi extraordinarie

puniendum esse tradunt inter quos est *Grammatic.* tum *d. voto* 8. *num.* 13. *& seqq.* ubi multos allegat, & subdit hoc esse satis de æquitate naturali, ne delictum inchoatum, & incompletum puniatur æque, ac completum, & consummatum, tum etiam *decis.* 2. *num.* 14. *&* 32. nec non *decis.* 74. *num.* 11. ubi absolute, & universaliter dicit, quod generaliter omnia Jura punientia conatum, tamquam delictum ipsum completum hodie per generalem totius mundi consuetudinem correcta sunt, *Marsil. in l. is, qui cum telo, C. ad l. Cornel. de sicar.*
16. *num.* 14. ubi addit iniustum esse, quod quis puniatur de delicto, quod non fecit, æque ac si illud fecisset, & legem id expresse disponentem non esse pro lege habendam, *Silvan. cons.* 43. *num.* 4. *lib.* 1. ubi dicit delictum, quod est in fieri, & non est in facto, nusquam puniri posse, ut delictum perfectum, & consummatum, *Peguer. decis.* 7. *nu.* 23. ubi aperte docet, quod, ubi per legem aliquam punitur conatus, ac si delictum fuisset consummatum, Judex potest in dicto casu pœnam mitigare, si vult; sed non necessitatur, quod etiam cum pluribus aliis approbat *Farinac. d. quæst.* 124. *num.* 74. *& seqq.* ubi expresse idipsum tradit etiam in casu, in quo de Jure, vel a statuto pro solo conatu imponitur eadem pœna, quæ pro delicto consummato debetur, & *num.* 76. optime distinguit, 17.
quod, quando adest aliqua causa minuendi pœnam ultra eam, quod delictum non fuit consummatum, Judex non solum potest, prout jam dictum est, ob illam causam, quia delictum non fuit completum; sed etiam pœnam minuere debet, quando adest alia quoque causa ultra prædictam, *Rebuff. ad constit. Reg. in Proœmio, gloss.* 5. *num.* 28. ubi alios plures allegat, *Giurba cons.* 46. *num.* 38. ubi asserit, quod etiam, ubi statutum expressim puniret conatum, tunc pœna ordinaria locum non haberet, effectu non secuto, *Campanil. in diversor. jur. canon. rubric.* 7. *cap.* 3. *n.* 21. ubi subdit, quod hoc æquitati convenit, & rigori displicere non debet, & loquitur in casu legum punientium conatum, non subsecuto effectu, *Megal. prax. crimin. canonic. cap.* 19. ubi ait hanc esse communem, & magis communem Doctorum sententiam etiam quoad pœnam à statuto impositam, 18.
cum

cum eadem ratio, quæ militat in pœna à statuto imposita, militet etiam in pœna, quæ à lege imponitur, *Gizzarel. decis.* 25. *num.* 7. ubi hoc dicitur esse valde notabile, & servandum etiam in pœna pragmaticæ punientis conatum, sicut delictum consummatum, *Campana resolut.* 16. *num.* 31. ubi tenet esse in arbitrio Judicis minuere pœnam ordinariam, quando delictum non est consummatum, etiam stante statuto puniente conatum pœna ordinaria, *Cortiada decis.* 92. *num.* 30. ubi cum innumeris aliis dicit, quod, licet adsint statuta punientia conatum ad homicidium, etiam dicto effectu non secuto, pœna mortis; tamen de generali consuetudine totius mundi non punitur pœna ordinaria, sed extraordinaria Judicis arbitrio, juxta qualitatem facti, & personarum, eorumque circumstantias, & subdit exempla, seu casus, in quibus ita fuit Judicatum, & observatum. *Ayllon in addit. ad Gomez de delictis, cap.* 1. *num.* 51. *vers. nihilominus*, ubi id ampliatur, ut procedat non solum in pœnis legalibus, sed etiam in
19. statutariis, & consuetudinariis, & etiamsi Judex jurasset servare statuta, *Bonacossa in quæstionib. criminalib. V. Pœna, vers. si statutum ponit*, ubi plures allegat, *Verricell. quæstion. moral. & legal. tr.* 4. *quæst.* 10. *num.* 3. & 4. ubi probat, quod omnia Jura punientia conatum hodie correcta sunt; unde conatus non nisi pœna extraordinaria punitur, quando secutus non est effectus, *Carpzou. in pract. crimin. part.* 1. *quæst.* 1. *num.* 54. ubi statuit, quod in delicto homicidii omnes leges punientes conatum de consuetudine generali sunt sublatæ, itaut propterea conatus puniri debeat pœna extraordinaria; *Berlich. conclus. practicabil. part.* 4. *conclus.* 10. *num.* 18. ubi cum multis ibi allegatis concludit, quod hodie omnium locorum generali consuetudine inductum est, ut conatus etiam perfectus non puniatur, nisi effectus sequatur, *Chartar. decis.* 1. *nu.* 289. *Nald. in summa V. Pœna, num.* 32. *Vermigliol. consil.* 63. *num.* 10. ubi tradit conatum, etiamsi deventum sit ad actum proximum, & agatur de atrocissimis, non secuto effectu, non puniri nisi extraordinarie ob dictam consuetudinem, quam generalem totius orbis appellat, *Andreol. controvers.* 345. *nu.* 22. ubi concludit, quod etiam in

casibus, in quibus de Jure punitur solus conatus, etiam in atrocissimis, de consuetudine illud non servatur; licet deventum fuisset ad actum proximum, si effectus vere non fuit sequutus, & novissime Dominus meus *Raynald. in syntaxi rer. crimin. cap. 12. §. 1. nu. 22. & seq.* ubi confirmat eorum sententiam, qui dicunt Judicem posse, si velit, mitius punire conatum, non secuto effectu, etiamsi statutum puniat delictum attentatum, uti consummatum.

20. Dico, quod occidenti unu pro alio, quia tunc dictus occidens alium occidere conatus est, licet occisio illa non fuit sequuta, regulariter Judex ob dictum conatum, quamquam non est inde sequutum illud homicidium, potest pro pœna ordinaria, homicidio imposita mitiorem aliam, & extraordinariam imponere, juxta dictam generalem, & communiter à Doctoribus approbatam consuetudinem, ut ex prædictis abunde constat. Dixi autem *regulariter potest*; primo, quia, licet attentatio delinquendi absque delicti consummatione ex se sola sit causa sufficiens ad hoc, ut Judex recedere possit à pœna ordinaria delicto consummato per leges indicta, ut præter alios superius allatos docuit etiam *Vital. in Arca Vitali, tit. de Judice, inquisitione 1. nu. 2. 3. & 72.* ubi non tantum concludit, 21.
quod inferior etiam Judex, posita justa causa, potest vel augere, vel minuere pœnas à legibus indictas, & asserit, quod ita Jurisconsulti, ac Theologi docent, quos ibid. allegat; verum etiam subdit *num. 4.* prædictæ conclusionis rationem esse, quia, cum lex omnes omnium casuum circumstantias in individuo exprimere non possit, ideo præ- 22.
sumitur prudenter reliquisse Judici facultatem, & arbitrium, ut secundum facti contingentiam pœnas pro suo recto arbitrio augeat, & minuat; prout etiam *Osasc. decis. 19. num. 2. vers. In contrarium*, quem *Carpanus* sequitur in *cap. Homicida novar. constitut. num. 1059.* dicit prædictam consuetudinem introductam fuisse ob varietatem pœnarum per diversa statuta impositarum in puniendis delictis. Inter justas autem causas pœnas minuendi, quarum quinquaginta octo refert, attentationem prædictam enumerat, ac subiungit, quod eandem tam delicto solum 23.

atten-

attentato; quam eidem con-
summato pœnam imponere;
est habere delictum non con-
summatum pro consummato;
ac proinde talis pœna non est
secundum talis delicti non
consummati naturam, atque
juxta ipsam facti veritatem;
sed solum ex fictione Juris;
cum attentare sit non effecti-
ve, sed ficte facere, *Afflict.*
decis. 21. *num.* 10. quæ Juris
fictio in odiosis, ac pœnalibus,
justam præbet causam mi-
nuendi pœnam, quæ delicto
vere consummato debetur.
Secundo dixi *regulariter po-*
test, quia, quando præter
dictam non consummatio-
nem delicti adsunt etiam aliæ
24. justæ causæ minuendi, vel
augendi pœnam à legibus im-
positam; tunc Judex non so-
lum potest, verum etiam de-
bet, consideratis omnibus per-
sonarum, loci, temporis,
modi, aliisque facti qualitati-
bus, & circumstantiis, pœnam
pro justo arbitrio tum minue-
re, tum augere, lex enim, ut
optime dicit *De Lugo de just.*
& jur. tom. 2. *disp.* 37. *sect.* 8.
nu. 90. pœnam statuens loqui-
tur de delictis ordinariis, &
ordinario modo factis; non
25. vero de aliter factis; ex quo
proinde factum etiam est, ut
hodie pœnæ omnes ob diver-
sitatem prædictam qualita-
tum, & circumstantiarum,
quæ in omni fere casu accidit,
in Judicis arbitrio esse dican-
tur, *Marant. in specul. aureo*
part. 4. *Judicior. distinct.* 1. *num.*
82. *Klock. de ærario*, *lib.* 2. *cap.*
139. *num.* 101. *Farinac. quæst.*
17. *num.* 7. *&* 34. quem citat,
ac sequitur *Mar. Antonin. lib.*
3. *resolut.* 12. *num.* 5. nec non
resolut. 45. *num.* 15. *Matthæus*
de criminib. tit. 18. *cap.* 4. *nu.* 6.
Reyger in Thesauro juris, *V.*
Pœna, *num.* 41. & *in addition.*
num. 37. *Chartar. decis.* 82. *num.*
32. *Cavalcan. de Brach. regio*,
part. 4. *num.* 68. *Scapp. de jure*
non scripto, *lib.* 5. *cap.* 193. *nu.* 1.
& 2. ubi addit, quod pœna 26.
arbitraria nonnunquam ad
mortem etiam extenditur;
idemque approbat *And. Cen-*
sal. vot. 18. *num.* 63. si concur-
rant circumstantiæ ad mortis
pœnam delictum aggravan-
tes, *Berart. in speculo Visita-*
tionis, *cap.* 26. *num.* 35. ubi ait, 27.
quod omnis pœna, etiã à jure
determinata dicitur hodie
Judici arbitraria ob justas
causas, ex quibus Judex pœnas
augere, vel minuere potest;
Bonacossa communium opinion.
crimin. part. 1. *V. pœna*, *vers.*
pœna omnis, & cum quamplu-
rimis aliis *Conciol. V. pœna*,
resolut. 13. *num.* 1. cui adhæret
Sabell.

Sabell. in summa diversor. tract. §. Pœna, num. 14. & 15. ubi firmat, quod, quando à pœnis ordinariis ex justa causa receditur pro qualitate facti, tunc loco ordinariarum imponuntur aliæ arbitrariæ juxta qualitatem facti, & personarum.

Colligo quod, stante dicto libero Judicis arbitrio in puniendo conatu ad homicidium, homicidio non secuto, juxta dictam totius orbis consuetudinem, & juxta facti, & personarum qualitates, & circumstantias, quæ aliquando conatus quoque solius malitiam sine delicti consummatione vel minuunt, vel augent, nec non stantibus aliquando gravissimis atrocissimorum quorundam delictorum qualitatibus, ex quibus Judex pro dicto suo arbitrio conatum ipsum ad ea perpetranda, etiam non secuta dictorum delictorum consummatione, punire potest, ac debet eadem aliquando pœna, quæ alias respectu Juris eandem imponentis diceretur simpliciter ordinaria; in dicto
28. autem casu dici posset arbitrario ordinaria, & quoad effectum eadem cum ordinaria; idcirco factum esse videtur, ut aliqui prædictam consuetudinem minus puniendi conatum, quam delictum consummatum non semper valere, sed limitan- 29.
dam esse dixerint in conatu ad perpetranda quædam atrocissima crimina, qualia sunt læsa Majestas, Proditio Patriæ, assassinium, raptus monialium, & ejusmodi alia, ut videre est apud *Ant. de Ballis d. lib. 4. cap. 1. num. 4. & seqq. Campanam d. resolut. 13. n. 62. & seqq. q. Mucci variar. quæstion. forens. 13. num. 9. & seqq.* ubi distinguendo tum affectum, seu conatum proximum, & immediatum effectui ultimato ab affectu, seu conatu non proximo, & non immediato effectui prædicto, tum atrocissima crimina ab iis, quæ simplicia sunt, diversas multorum opiniones conciliare conatur, *Sgroi in d. Luce prælator. part. 7. cap. 3. nu. 146.* ubi multos alios citat, qui prædictas, & alias ejusmodi limitationes dictæ generalis consuetudinis approbant; vere tamen limitationes ejus non sunt, cum ejus valorem nec tollant, nec minuant, sed tunc conatus in enormibus illis criminibus ideo gravius ex Judicis arbitrio punitur, quia tunc conatus ipse solus tales habet secum qualitates,

litates, & circumstantias, ut Judex in tali casu pro arbitrio tunc sibi recte concesso juxta earum gravitatem pœnam quoque aggravare queat, ac debeat. Unde tunc ejusmodi pœna, sive sit eadem cum ea, quæ à Jure infligitur, sive etiam sit gravior, prout aliquando fieri potest, illa nunquam est pœna vere ordinaria, hoc est à Jure exprefse, ac determinate imposita, sed semper est extraordinaria,
30. cum non à Jure, sed ab ipso Judicis arbitrio proveniat, ut inter alios egregie docuit *Scaccia de judiciis*, *lib.* 1. *cap.*
31. 12. *num.* 98. ideoque mirum non est, quod à Judicibus juxta delictorum, personarum, & circumstantiarum diversitatem, diversimode conatus modo leviore, modo graviore pœna, ac proinde arbitrarie punitus fuerit, ut constat ex *Claro d. quæst.* 92. *nu.* 2. *vers. nihilominus*, *Papon. Arrestor. lib.* 23. *tit.* 10. *Thesaur. decis.* 244. *nu.* 4. & ibi *addition.* ubi fuse plura narrantur exempla.



CAPUT TERTIUM.

An occidens unum pro alio, quia tunc alium occidere conatus est, ideo Canonicam homicidii pœnam ipso Jure inflictam aliquando mereatur.

SUMMARIUM.

Pœnæ nomen quam multiplices ethymologias habere dicatur. *num.* 1.

Pœna quam varie à variis definiatur, seu describatur. *nu.* 2.

Quænam definitio clarius pœnam proprie sumptam exprimere videatur. *num.* 3.

Pœnarum divisio quam multipliciter à multis fiat. *num.* 4.

Pœnalitas in quo differat à pœna. *num.* 5.

Pœnæ omnes à Judice ex causa augeri, vel minui possunt. *num.* 6.

Pœna Juris Canonici ipso facto inflicta cur latæ sententiæ dicatur. *num.* 7.

Quænam Irregularitas vere pœna, & censura dici possit. *n.* 8.

Pœna ipso Jure, & facto imposita cur non nisi per delictum consummatum incurratur. *num.* 9.

Lex non obligat ultra legislatoris intentionem verbis expressam.

PRÆ-

1. PRÆMITTO primo, quod, sicuti aliqui non modo pœnæ nomen, seu Ethymologiam deducunt à *puniendo*, quià pœna malum punit, quod commissum est; alii à *Pone*, idest *post*, quia pœna delictum sequitur; alii à *Pœnitendo*, quia post peccatum ea subintrat; alii à *Pendendo*, quia pœnam, quasi debitum pendimus, idest eam solvimus, & sustinemus pro delicto, cui ea quasi debetur; cum æquum sit, ut pro patrati delicti merito delinquentes puniantur; alii autem à Græca dictione *Poinæ*, quæ nedum laborem, verum etiam afflictionem
2. significat, de quibus omnibus aliorum esto Judicium; & etiam pœnæ definitionem, seu descriptionem varii variam tradunt; cum enim Pœna, si justa est, peccati pœna sit, inde fit, ut ab aliquibus pœna dicatur esse id, quod pro culpa imponitur; ab aliis privatio boni, quod quis aptus natus est habere; ab aliis delicti vindicta, seu castigatio; ab aliis malum punitivum inflictum ad vindicandam culpam reo intrinsecam; ab aliis delicti, seu criminis Coercitio; ab aliis Malum passionis, quod infligitur ob malum actionis; ab aliis, supplicium, quo quis ob delictum afficitur; ab aliis debita delictorum coertio; ab aliis Læsio puniens, & vindicans, quodcumque quis commisit; ab aliis delictorum satisfactio, quæ vel à lege, vel à ministro legis imponitur; ab aliis malum molestum, quod quis patitur proprie ob peccatum contra voluntatem suam ab alio infligente; ab aliis Passio, quæ infligitur, vel contrahitur ob delictum jam præteritum, & infert nocumentum ei, qui illam sustinet, aut certe apta est ad illud inferendum, nisi aliunde impediatur, nec non ab aliis magis proprie, & fortasse clarius Passio inferens nocumentum illam sustinenti, vel saltem ad illud inferendum apta, nisi aliunde impediatur, inflicta, vel contracta ob proprium peccatum præteritum: sic etiam pœnæ divisio multiplex à multis affertur, qui proinde pœnam 4.
ita distinguunt, ut quædam sit perpetua, quædam temporaria; alia Civilis, seu sæcularis, alia Ecclesiastica; quædam spiritualis, quædam corporalis; alia realis, alia personalis, & quædam legalis, ac ipso facto à Jure inflicta; quædam autem Judicialis,

quæ à Judice infligitur, ut passim apud Doctores de præ-
5. dictis agentes videre est, ubi etiam habetur, quod pœnalitas sic dicitur, quia pœnæ similitudinem, & affinitatem habet, non veritatem, & proprietatem, ut jam dixi *de Pollutione Ecclesiar. disp. 3. cap. 8. num. 2.* nec non inter alios bene advertit *Polman. in Breviar. Theologic. part. 1. 2. nu. 489.* & *Caramuel Theolog. fundamental. lib. 1. fundam. 17. quæst. 2. num. 636. vers. Quarta*; ubi à Pœna pœnalitatem distinguunt in hoc, quod illa culpam supponit, hæc ob bonum publicum interdum innocenti infligitur, ut cæteri cautiores fiant: nonnulli autem has pœnalitates ad infortunia pertinere dicunt.

Præmitto secundo, quod, cum pœnæ omnes etiam à Jure impositæ, ac expressæ augeri, vel minui à Judice ex causa possint, ut supra vidimus, & aperte dixit etiam *Mastril. decis. 207. num. 36.* nec non *Fermosin. criminal. tom. 1. in cap. per tuas, de simonia,*
6. *quæst. 1. num. 7.* idcirco à nobis hic non nisi de pœnis ipso facto à Jure canonico inflictis agendum superest, cujusmodi sunt tam censuræ ipso Jure, ac ipso facto latæ, quæ proinde latæ sententiæ appellantur, 7.
quia statim, nulla alia expectata sententia, incurruntur, quam Irregularitas, quando ex delicto provenit; cum ipsa 8.
quoque tunc veræ pœnæ ipso facto impositæ rationem habeat, ut bene advertit cum pluribus aliis *Basseus in florib. V. Censura, num. 3.* itaut vere tunc censura dici possit, ut docte, ac fuse probat cum plurib. aliis *Gibalin. de irregularit. cap. 1. quæst. 2. per totum.* Unde, quæ de prædicta Irregularitatis pœna mox asseremus, eadem aliis etiam ejusmodi Canonicis latæ sententiæ pœnis aptari poterunt.

Præmitto tertio, quod, 9.
quicquid sit de aliis pœnis, certe pœna ipso Jure, & facto imposita non incurritur, nisi per delictum in suo genere completum, & consummatum, quia pœnæ restringendæ sunt ad proprietatem verborum legis, quæ illas pro tali actu, & effectu imponit; non autem pro alio actu, & effectu, qui vere talis non est, prout vere talis tunc non est, quando adhuc ei deesset ipsius complementum, ac proinde aliquid adhuc agendum restat, ut actus ille vere talis sit, qualis esse debet, ut de illo lex loqui censeatur; unde fit,

ut

ut ad eam incurrendam nec animus solus, neque conatus ipse delinquendi sufficiat, quia pœna lata propter aliquem actum, & effectum, ubi actus, & effectus non est completus, ibi locum ea non habet, ut expresse docet *Stayban. in summa Principiorum, princip.* 150. *in princip. Basseus in Floribus, V. censura, num.* 12. quia,
10. inquit, lex non obligat ultra Legislatoris intentionem verbis expressam, *Gibalin. de censur. cap.* 5. *quæst.* 2. *& de Irregularit. part.* 4. *Thesaur. de pœnis Ecclesiastic. part.* 1. *cap.* 8. ubi alios citat, & communissimam esse opinionem ostendit, nisi aliter in Jure sit expressum, & *cap.* 9. subdit, quod propterea
11. pœna latæ sententiæ non extenditur ex identitate rationis de casu ad casum; licet pœna ferendæ sententiæ nonnunquam extendi possit, ad quod allegat inter alios *Tiraquel. in l. si unquam, verb. revertatur nu.* 303. *C. de revocand. donat. Maranta in Medulla decreti lit. P. V. Pœna, vers. Pœna ipso jure*, ubi dicit pœnam ipso Jure impositam ad casum non expressum extendendam non esse, cum, quod lex non dicit, neque nos dicere oporteat, *Daniel. de Nobilib. disputation. part.* 1. *disp.* 1. *num.* 37. *& seq.* quia, inquit, verba semper 12.
intelligi debent cum effectu, & lex prohibitiva considerat effectum perfectum, cum quibus stat etiam *Mallet. moral. Theologiæ tom.* 1. *malleat.* 24. *tract.* 10. *respons.* 2. *Vidal. in Arca Vitali tr. de duello, Inquisition.* 3. *num.* 9. *& Inquisit.* 5. *num.* 19. ubi ait hoc certum esse apud omnes Doctores, *Caspens. de censur. disp.* 1. *sect.* 5. *num.* 56. *Guazzin. Junior in tract. ad defens. animar. lib.* 2. *defens.* 6. *cap.* 4. *num.* 39. *& seq.* ubi plures allegat, *Nald. in summa, V. Pœna, num.* 29. ubi subdit hoc esse notandum, quia in Praxi ad multa potest applicari, *Sgroi in luce Prælator. part.* 7. *cap.* 3. *num.* 168. ubi ad hoc plurimos adducit, & inde multa deducit notatu digna quoad consulentes, 13.
cooperantes, Proxenetas, & mediatores, ad quos dicta pœna non extenditur, nisi lex eos exprimat. Hisque omnibus pro coronide adiungo *Caramuel. in Dialexi de non certitudine sub num.* 512. ubi statuit, quod, regulariter loquendo, ut incurratur pœna à lege præscripta, non sufficit rem attentasse, aut incœpisse, sed requiritur rem consummasse. Quibus stantibus, consequenter [illegible]

14. Dico,quod occidens unum
pro alio, quia tunc alium occi-
dere conatus est, quem tamen
non occidit, non ideo pœnas
Ecclesiasticas ipso facto à Jure
homicidium committentibus
impositas incurrit, & conse-
quenter neque Irregularita-
tem ipsam homicidis, vel mu-
tilantibus à *Clementina unic. de*
15. *homicid.* inflictam, quam pro-
inde pœnalem vocat *Emanuel*
Laurentius Suarez in summa,
tit. de Irregularit. §. 1. *num.* 8.
eamque sub Ecclesiasticæ
pœnæ nomine comprehendi,
& vere pœnam esse fuse cum
pluribus aliis idipsum asseren-
tibus probat *Peirin. operum*
suor. tom. 2. *in Formulario, lit. A.*
cap. 7. *num.* 3. prout etiam *San-*
tarel. variar. resolution. quæst. 88.
num. 3. & 6. *vers. Quinto* dicit
Irregularitatem esse pœnam
quandam, vel saltem illi æqui-
16. valentem, & de illa Judican-
dum esse, sicut de aliis pœnis;
Quamvis enim aliqui eum,
qui homicidium committere
voluit, sed illud non patravit,
quia non potuit, irregularem
esse dixerint; ut explicite
cum *gloss. final. in cap. Pernicio-*
se, de pœnit. distinct. 1. asserit
Majol. de irregularit. lib. 5. *cap.*
48. *num.* 3. & *seq.* ubi alios ve-
teres, & aliquam etiam *Rotæ*
decisionem citat, ac subdit

rationem prædictæ assertionis 17.
esse, quia delicta, quibus ipso
Jure pœna infligitur, ita pu-
niuntur attentata, sicut con-
summata, sed prædictæ rationi
contrariam regulam affert
Capra regul. 66. *num.* 26. ubi
tradit, pœnam ipso Jure, vel
ipso facto à lege Impositam
non habere locum, nisi deli-
ctum, pro quo imposita est,
sit consummatũ; prout etiam
ex aliis mox dicendis facile
constare poterit: prædictæ
autem Majoli opinioni favent
etiam *Nicol. Plou. de irregularit.*
regul. 7. *num.* 5. *Foller. in prax.*
canonic. crimin. part. 2. *cap.* 24.
num. 1. *Mandos. in praxi signa-*
turæ gratiæ, tit. de absolution.
rehabilitation. ab homicid. vers.
An autem Advocatus, & alii
apud *Riccium in prax. variar.*
resolution. resolut. 298. *in princip.*
nihilominus contraria opi-
nio nedum vere receptior,
sed etiam verior est, pro qua
stant quamplurimi Doctores,
atque optimæ eorundem ra-
tiones, ut infra videbimus. In
primis enim *Covarr. in Cle-*
mentin. si furiosus, de homicid.
part. 2. §. *initium*, *num.* 5. ex-
presse tradit neminem fieri 18.
irregularem ex conatu ad oc-
cidendum, nisi aliquem re
ipsa occiderit, & subdit, quod,
quamvis in aliquot codicibus,
seu

seu exemplaribus dicta *Glossa cap. Perniciose, de pœnit. distinct.* 1. non integra, sed mutilata sit, ideoque juxta diversum contextum ejusdem, seu verborum compositionem diversum quoque, immo contrarium sensum habere videatur, & in contrarium à pluribus idcirco allegetur; attamen, si ea vere juxta integrum, & non mutilatum ipsius textum accipiatur, tunc nostræ omnino, communique Doctorum opinioni adhæret. Ejus autem integrum exemplar à *Covarr. ibid.* affertur, ex quo clare patet dictam *glossam* nobiscum esse; prout hanc ipsam opinionem secutus est *Sylvest. in summa, V. homicidium 3. quæst. 2. Felin.* cum *Jo. Andr. Archidiacon. Dominic.* & aliis *in cap. sicut dignum, de homicid. nu.* 11. *Bartholom. Brixiens. in quæstionib. venerabilib. quæst.* 88. *num.* 3. *Tabien. in summa, tit. de Irregularit.* 1. *num.* 3. ubi etiam dicit dictam *glossam in*
19. *d. cap. Perniciose* loqui, quantum ad peccatum, non vero quantum ad Canonicam Irregularitatis pœnam, de qua hic agitur, *Vega in summa, part. 2. cap.* 12. *cas.* 28. ubi rationem affert, quia scilicet Sacri Canones non loquuntur, nisi de occidente, vel mutilante

hominem, *Scarsel. in summa, part. 2. cap.* 128. *num.* 17. *Vivald. Candelabr. aur. part. 2. tract. de Irregularit. num.* 205. & 207. ubi hanc opinionem appellat veriorem, pro illa quamplurimos allegat, concluditque rationem esse, quia in dicta *Clementin.* verba illa *occidit*, 20.
aut *mutilat*, non sunt extendenda, & lex promotionis factum requirit, *Graff. decis. aurear. lib.* 2. *cap.* 62. *num.* 2. *Escobar. moral. theolog. tract.* 4. *exam.* 6. *cap.* 4. *num.* 67. *Tolet. instruction. sacerdot. lib.* 1. *cap.* 71. *num.* 12. *Farinac. in praxi crimin. quæst.* 124. *num.* 55. & *duob. seqq.* ad quod multos alios refert, *Borgas. de irregularit. part.* 6. *de veneficis, nu.* 10. *Philiarc. de officio sacerdot. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 11. *Ricc. d. resolution.* 298. *num.* 1. & 2. ubi recte infert, quod, cum irregularitas non contrahatur, nisi in casibus à Jure expressis, ut notant Doctores *in cap. si quis, de sentent. excommunicat. in* 6. & *in cap. ad audientiam, de homicid.* & nullibi expressum inveniatur, quod pro solo conatu occidendi, non secuta morte, vel mutilatione, contrahatur Irregularitas, proinde nunquam ea ex solo conatu contrahitur, & ut Jura Juribus concordentur, sic intelligenda

sunt

ſunt Jura illa, quæ in contrarium ab aliquibus adducuntur, *Navar. conſilior. lib.* 5. *tit. de homicidio*, *conſ.* 19. *num.* 1. ubi ait, quod neque percutiens, niſi occidat, vel mutilet, non ſit Irregularis, *Franciſcus Leo in Theſaur. fori Eccleſiaſt. part.* 3. *cap.* 40. *num.* 19. *Llamas in ſumma Eccleſiaſt. part.* 1. *cap.* 12. §. 13. *in fin. Campanil. diverſor. Jur Canon. rubric.* 11. *cap.* 23. *num.* 85. ubi tenet Irregularem non fieri eum, qui attentat occidere, ſi non ſubſequatur homicidium, *Henriquez in ſumma*, *lib.* 14. *de Irregularit. cap.* 3. *num.* 8.
21. ubi excuſatur ab Irregularitate tentans occidere, ac vulnera lethalia infligens, ſi diligenti, vel miraculoſa curatione mors non eſt ſecuta, *Moron. reſponſ.* 40. *nu.* 19. *Sayr. de cenſur. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 29. ſtatuens ad incurrendum Irregularitatem ex homicidii crimine non ſatis eſſe conatum, nec vulnera cum animo occidendi, ſi mors ipſa, licet miraculoſe inde non ſequatur, cum in odioſis non ſit facienda pœnarum extenſio, & cum eo, præter *Scotum*, & *Medinam* ab ipſo adductos, ſtat etiam *Suarez de cenſur. diſp.* 40. *ſect.* 3. *num.* 13. ubi habetur, quod, cum lex, quæ de facto Irregularitatem fert propter homicidium, ex vi verborum non ferat Irregularitatem, niſi ſub illa conditione homicidii, ideo, quacumque ex cauſa contingat homicidium non impleri, non incurritur Irregularitas, etiamſi homicidium tunc per miraculum impediatur. Dixi *de facto*, quia de poſſibili 22.
poteſt Eccleſia inducere Irregularitatem propter actum inchoatum tantum, & ſine homicidii complemento, *Molin. de juſt. & jur. tom.* 4. *tract.* 3. *diſput.* 67. *num.* 3. ubi docet, Irregularitatem ex homicidii delicto à Jure impoſitam non incurri à lethaliter aliquem vulnerante, ac occidere volente, niſi mors inde re ipſa, actuque completo ſecuta ſit, etiamſi miraculoſe is mortem evaſerit, qui mortifere vulneratus fuit, quod ipſum tradit etiam *Corrad. reſponſor. moral. part.* 1. *reſponſ.* 345. *verſ. Nec confundendæ*, ibidemque in additione ſubdit Irregularitatem non eſſe decernendam, niſi Jus ipſum clare eam determinat, & quod in toto Jure nunquam ea occidere conanti, ſed vere occidenti conſtituta eſt. Expreſſe quoque *Villagut. de extenſione legum in d. tract. de extenſion. pœnal. in*

mate-

materia conatus, *conclus*.5.*num.* 4.*&* 5. dicit notandum esse, quod pœnæ, quæ imponuntur ipso facto, & ipso Jure infliguntur, semper requirunt terminos consummatos, ideoque nemo incurrit homicidii Irregularitatem (quæ pœna Juris est) licet occidere conatus sit, si mors ipsa secuta non est: sicuti etiam volens percutere
23. Clericum, & vibrans baculum, si eum non percussit, excommunicatus non est; non enim sufficit, inquit *Rodriguez in summa*, *part.* 1. *quæst.* 134. *nu.* 3. ad Irregularitatem ex homicidii delicto incurrendam conari occidere; sed necesse est de facto occidere. Hinc Jure optimo prædictam sententiam contra *Majolum*, ejusque sectatores tam magnus aliorum etiam authorum numerus approbavit, eamque omnino sequendam passim docuit, ut vix jam numerari queant: prædictis etiam accedunt *Coninch. de censur. disp.* 18. *dub.* 2. *num.* 11. ubi hanc sententiam communem appellat, & *disp.* 13. *dub.* 8. *num.* 75. cum *Avila de censur. part.* 2. *cap.* 5. *disp.* 3. *dub.* 5. concludit, quod, quando pœna in Jure propter aliquod peccatum imponitur, nisi aliud exprimatur, ad eam requiritur peccatum in genere suo completum, atque consummatum, *Filliuc. moral. tom.* 1. *tract. de Irregularit. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 16. *&* 17. *& part.* 10. *cap.* 1. *nu.* 6. *&* 7. *Homobon. de exam. ecclesiast. part.* 2. *tract.* 12. *de Irregularit. cap.* 1. *quæst.* 1. *§. secundum suppositum*, *vers. quæ quidem*, & *vers. seq.* ubi 24.
Irregularitas ex homicidii delicto, ut lethalem culpam, & actum exterius quoque consummatum requirit, sic etiam gravissima pœna esse dicitur, *Reginald. prax. for. pœnitential. lib.* 30. *tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 8. *& cap.* 9. *num.* 97. *Castropalao part.* 6. *de censur. disp.* 6. *punct.* 3. *num.* 1. ubi ait ad Irregularitatem necessario requiri actum externum consummatum, & perfectum, secundum proprietatem verborum Canonis Irregularitatem inducentis, *Leander Quæstion. moral. part.* 5. *tract.* 1. *disp.* 1. *quæst.* 12. quia, inquit, *non est sequutus effectus occisionis*, *propter quam lata est Irregularitas*, *Læl. Mancin. sacri jur. controversi tom.* 1. *dissertat.* 26. *num.* 7. *& seqq.* ubi plures affert rationes, & contrariis bene respondet concludendo, quod Irregularitas non culpam sequitur, neque conatum per actus etiam ma-

maxime propinquos; sed factum completum, & consum-
25. matum, adeout neque ex defectu lenitatis Irregularitas incurratur à Judice, qui mortis sententiam contra reum protulit, si mors inde sequuta non est, ad quod plures allegat, quibus addo *Coton. controversiar. tom.* 1. *lib.* 3. *controvers.* 2. *cap.* 2. *num.* 28. & idipsum docuit etiam *Portel. in dubiis regularib. §. Homicidium, num.* 35. ubi dicit hanc esse communem sententiam, cui adhæret quoque *Thesaur. de pœnis Ecclesiast. part.* 2. *V. Homicidium, cap.* 1. *vers. homicidium priva-*
26. *tum*, quia, inquit, Irregularitas immediate provenit ex homicidio ipso, non ex sententia, *Binsfeldius Enchir. part.* 5. *cap.* 10. *vers. Prima, Lezana in summa, tom.* 3. *V. Irregularitas sub num.* 74. *vers. Nota secundo*, nam homicidium, inquit, pro quo Irregularitas imposita est, non contingit, nisi secuta morte, *Daniel. de Nobilib. disputation. part.* 2. *disput.* 71. *num.* 54. *vers. Octavo, Alloza in florib. summar. V. Pœna, num.* 23. ubi testatur de communi Doctorum opinione, *Sgroi in luce prælator. part.* 7. *cap.* 3. *num.* 168. cum pœna latæ sententiæ, seu ipso Jure lata requirat actum consummatum, nec extendatur, ut jam dictum fuit, ex identitate rationis de casu ad casum, *Bonacoss. in quæstionib. criminalib. V. Pœna, quæ imponitur*, ubi plures citat, quibus additur *Mar. Antonin. variar. resolut. lib.* 3. *resolut.* 18. *nu.* 1. nam lex loquitur de occidente, non autem de attentante, & sic de homicidio tantum consummato, non vero de solo conatu occidendi, *Oliva de foro Ecclesiæ part.* 2. *quæst.* 21. *num.* 16. *Del Bene tract. moral.* 5. *dubit.* 8. *sect.* 2. *num.* 2. *Pasqualig. quæstion. moral. centur.* 2. *quæst.* 131. *num.* 1. quia, inquit, quando pœna imponitur alicui delicto, intelligitur de perfecto, & consummato, *Tamburin. de irregularit. cap.* 4. *§.* 2. *Bardi de conscientia, discept.* 6. *cap.* 7. §. 4. quia constare debet de corpore delicti, pro quo lata est Irregularitas, ideoque constare debet de morte hominis, ut constet de homicidii delicto, 27.
& ex eo Irregularitas incurratur, *Sperel. decis.* 77. *num.* 11. *&* 18. *tom.* 1. *Bellet. disquisition. clerical. part.* 1. §. 5. *nu.* 11. *Id. Del Bene de Immunitate tom.* 1. *cap.* 2. *section.* 13. *num.* 39. *Bonacin. de Irregularit. quæstion.* 1. *punct.* 3. *num.* 6. nam pœna 28.
extenderetur, si ante homicidium

dium statueretur, quæ pro homicidio imposita est, *Brognol. in speculo Clericor. tract.* 21. *cap.* 4. *resolution.* 12. *num.* 14. ubi concludit, quod hoc omnia Jura clamant, & hoc omnes fatentur Doctores.

Colligo, quod, qui procuravit, ac etiam effective causavit abortum fœtus inanimati, Irregularis ob id non est,
29. quia tunc vere hominem non occidit, cum homo ex corpore, & anima constet, *Bauc. in casib. singularib. cas.* 363. *§. petes secundo*, *Sgroi d. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 1. ubi addit, quod pœna statuta pro delicto certo non est statuenda pro delicto dubio, & quoad pœnas
30. latæ sententiæ, & in dubio facti eæ in totum cessant, cum istæ pœnæ non accipiant augmentum, nec diminutionem; licet in pœnis ferendæ sententiæ, Judicis arbitrium sæpe locum habeat, ut superius dictum est, idemque antea plane docuerat, *Thesaur. de pœn. Ecclesiast. part.* 1. *cap.* 16. *& part.* 2. *V. abortus*, *cap.* 1. *vers. Limita secundo*, *Basseus in florib. V. abortus*, *num.* 3. *vers. secundo decernit*, Plenissime vero *Gibalin. de Irregularit. cap.*
31. 4. *num.* 15. ubi concludit, quod, quando fœtus nondum est animatus, ejus ejectio non est formaliter, sed metaphorice tantum homicidium, quatenus fœtus ille dici potest homo in potentia, aut in semine 32.
suo, ideoque talis abortio Irregularitatem non invehit.

CAPUT QUARTUM.

An dolose occidere volens unum, & culpabiliter actu occidens alium ordinariam homicidii pœnam mereatur.

SUMMARIUM.

Occisio facta ab occidente unum pro alio, num dolosa, vel culposa præsumenda sit. num. 1.

Quæstio, de qua hic agitur, an vere controversa, & ardua sit. num. 2.

Auctores quamplurimi pro utraque parte à quibusnam singillatim afferantur. num. 3.

Ad tot auctorum diversas opiniones conciliandas, variæ à variis afferuntur distinctiones. num. 4.

Dolose occidere volens unum, & culpabiliter actu occidens alium pro illo, non ordinarie, sed extraordinarie puniendus est. num. 5.

Ad legis Corneliæ pœnam, re-

quiritur in occidente dolus, nec sufficit culpa. num. 6.

Occidens unum pro alio respectu occisi est in culpa tantum; respectu vero ejus, quem occidere volebat, est in dolo. nu. 7.

Homicidium sine dolo commissum ex communi scribentium sententia mitius punitur. num. 8.

Culpa, quamvis lata in pœnis corporalibus dolo æquiparari non potest. num. 9.

Lex, aut statutum pœnam mortis homicidis imponens, nec doli mentionem faciens, an homicidium sine dolo commissum comprehendat. num. 10.

Occidens unum pro alio an committat homicidium voluntarium. num. 11.

Occidens unum pro alio an erret circa substantiam ipsius actionis. num. 12.

Quandonam occidens unum pro alio torqueri possit super qualitate doli in ordine ad eum, qui occisus fuit. num. 13.

Cooperans occidenti unum pro alio an, & quomodo pœnam mereatur. ibidem.

PRÆMITTO primo, quod, quamvis occidentis animus in proposito casu dolosus fuerit in ordine ad eum hominem, quem occidere volebat, & occidere conabatur, nihilominus idcirco dolosus non fuit in ordine ad alium hominem, quem tunc re ipsa occidit; cum prædicta occisio non ex præfato dolo, sed solum ex occidentis culpa evenerit, prout fuse iam dictum est, & probatum fuit *disp. 2. cap. 2. num. 106. ac seq.* nec non *cap. 3. num. 62.* Unde 1.
talis occisio non nisi culposa regulariter præsumi debet, nisi aliud aliquando constet, de quo inferius agendum erit.

Præmitto secundo, quod, 2.
cum proposita quæstio valde controversa fuerit inter Doctores, eorumque ingenia miris modis jam diu torserit, ut dixit *Berlich. conclus. practicab. part. 4. conclus. 10. num. 1.* ideoque vere ardua dicatur à *Paul. Rub. de validit. legali, cap. 38. num. 58.* proinde mirum non est, quod in ea quamplurimi auctores ordinariæ, & quamplurimi alii non nisi extraordinariæ homicidii pœnæ locum esse docuerint, quos longa serie congestos pro utraque sententia refert *d. Berlich. ibid. num.* 3.
2. & 4. idem *Rubeus ibid. num. 71. ac seq. & cap. 39. à num. 105. usq; ad finem*, nec non *Conciol. in Resolut. Crimin. V. Occisio, resol. 1. num. 1. & 2.* apud quos singillatim videri possunt omnes ab iis relati: Sed, ut ad prædi-

prædictæ quæstionis decisionem veniamus.

Præmitto tertio, quod ad conciliandum prædictas tot,
4. tantorumque Doctorum opiniones de directo inter se in prędicta quęstione dissidentes, variæ à variis afferuntur distinctiones, ut videre est apud *Marescot. var. resolut. lib. 2. cap. 127. num. 6. & seq.* nec non apud *Raynald. in Praxi rerum criminalium lib. 1. cap. 7. ad rubric. num. 46. & seq.* ubi septem diversas diversorum auctorum conciliationes distincte refert, quarum primam dicit esse *Calvin. de æquit. cap. 102. num. 15. & seq.* Secundam *Gomez. de delict. cap. 3. tit. de homicid. num. 34.* Tertiam *Spadæ consil. 107. num. 4. & seq.* Quartam *Caballi cas. 31. num. 15.* Quintam *Rosæ de decretis, cap. 1. num. 51. in fin.* Sextam in *Praxi Judic. Bononiens.* Septimam *Mutæ ad Pragmatic. Siciliæ tit. 41. num. 94.* sed, prædictis non obstantibus,

Dico, quod occidens unum pro alio, & si tunc unum dolo-
5. se occidere volebat, quando alium culpabiliter tantum occidit, non ordinarie, sed extraordinarie tantum puniendus est. Prædicta enim occisio unius pro alio, cum non sit vere dolosa respectu personæ tunc occisæ, sed solum respectu alterius personæ, quam solam occisor tunc occidere volebat, licet ipsam tunc non occiderit, & hoc tum ex jam dictis, & ab iis, qui pro hac opinione à *Berlich.* atque *Rubeo*, ubi supra, allegantur, expressè patere videtur, tum etiam novissime confirmatur à *Sgroi in lucerna Prælator. part. 7. cap. 2. num. 50.* nec non à *Raynald. in Syntaxi rerum crimin. lib. 1. cap. 7. in rubric. n. 44.* proinde homicidii pœnam ne- 6.
quaquam meretur: quia, sicuti dolus facit, ut legis Corneliæ pœna in homicidio locum habeat, *Corvin. Instit. Imperial. lib. 4. tit. 18. de homicid.* ita recte infertur, quod dicta lege non teneantur, qui sine dolo, licet non sine culpa hominem occiderint, prout cum multis aliis ex antiquioribus egregie tradunt ex recentioribus *Ursell. in Conclusionibus legal. lit. A. U. Assassinium, num. 15. Orilia ad Campanam, resolut. 1. n. 52.* qui sic practicatum, ac practicandum esse dicit, *Vermigliol. consil. crimin. 54. num. 8.* ubi aperte in 7.
hac quæstione constare dicit, quod respectu occisi cesset dolus in occidente, licet non cesset respectu ejus, quem occisor ipse occidere volebat, ideoque homicidium secutum in personam dicti occisi non esse pu-

niendum pœna ordinaria; *Rodulph. Fabr. in Sintaxi jur. p.* 6 *lib.* 4. *tit.* 18. *de public. judic.* in quæstione, *an omnes homicidæ sint æqualiter puniendi*; ubi statuit, quod hominem non dolo malo occidens levius puniendus est. Hec enim, inquit, communis est scribentium sententia, quod homicidium sine dolo mitius puniatur, quam cum dolo commissum; cum ergo, ut optime subdit *Raynald. ibid. num.* 4. negari non possit (prout fatetur etiam *Crusius de indiciis delict. part.* 2. *cap.* 25. *num.* 8. *vers. Non stringunt rationes*) quin deficiat in occidente unum pro alio dolus, & animus delinquendi in ordine ad eum ipsum, qui per errorem occisus fuit, proinde fit, ut in dicto occidente quoad eum, qui præter occidentis intentionem occisus remansit, culpa tantum considerari debeat, quæ tamen, quamvis lata esset, in pœnis corporalibus dolo æquiparari non potest, *l. in lege, ff. de sicariis*, ubi *Bartolus*, & communiter scribentes, prout videre est apud *Villagut. de extension. leg. tit. de lege pœnali, quo ad pœnam ordinar.* §. 3. *num.* 80. *& seq.* ubi cum pluribus aliis concludit, quod, etiam si lex, vel statutum pœnam mortis homicidis imponat, nec doli mentionem faciat; nunquam tamen, nisi dolus interveniat in homicidio, prædictæ pœnæ locus erit, ideoque Judex semper eam pro modo culpæ, quæ in tali occisione interfuit, justo arbitrio suo temperabit. Nostram hanc Sententiam sequitur etiam, & confirmat *Julius Chartar.* cum pluribus aliis per eum adductis, nec non adversariorum argumenta singula singillatim, ac omnia omnino diluit *decis.* 56. *à num.* 39. *usque in fin.* & *Ayllon. in addit. ad Gomez de delictis cap.* 3. *nu.* 16. *& seq.* quibus etiam addi omnino debet *Tamburin. in Decalog. lib.* 6. *cap.* 4. §. 3. *n.* 31. *&* 32. ubi ex *Fagundez*, & *de Lugo*, ibi adductis asserit, quod volens occidere Petrum inimicum suum, & occidens ex errore culpabili Paulum amicum, non commisit homicidium voluntarium, nec vere dolosum, sed culposum tantum, ac proinde non ordinaria legum pœna, sed arbitraria pro ratione culpæ puniri debet; hujusmodi enim occisor non voluit occidere illum hominem, quem occidit, sed alium, & idcirco erravit circa substantiam ipsam actionis; quod valde notandum est, ut infra patebit.

Colli-

Colligo, quod, quando in accidente prædicto dolus esse
13. potuit in ordine ad eum ipsum hominem, qui tunc ab eo re ipsa occisus fuit, tunc ipse occidens, qui dicit se occidisse unum pro alio, si aliunde constat de delicto, & adsunt aliquæ coniecturæ in contrarium, ut dixit *Cemulin. in addit. ad Farinac. consil. 65. lit. M. vers. adverte tamen*, nec non *Sgroi*, ubi supra, *n. 50.* ad quod *Mandellum, & Carrerium* allegant, torqueri potest super
14. qualitate doli. An autem, & quandonam cooperans occidenti unum pro alio pœnam aliquam mereatur, patere potest ex superius dictis *disp. 2. cap. 6.*

CAPUT QUINTUM.

An, qui occidit Petrum putans eum esse Paulum, quem dolose occidere volebat, ordinariam homicidii pœnam mereatur.

SUMMARIUM.

An inter errantem à scopo, & errantem in persona sit aliqua discriminis ratio. n. 1.

Error in persona diversimode contingere potest. n. 2.

Occisio non semper est occidenti voluntaria, nec semper ei, qui occiditur, formaliter iniuriosa. num. 3.

Nisi præcedat in agente cognitio, nulla fit patienti formalis iniuria. n. 4.

Uincibiliter ignorans quid facere, vel omittere teneatur. num. 5.

Quandonam occidens unum pro alio dolosum homicidium committat. n. 6.

Qui occidit Petrum putans, etiã si culpabiliter, eum esse Paulum, quem dolose occidere volebat, ordinariam homicidii pœnam nequaquam meretur. nu. 7. & cur nu. 8. puniri tamen debet iuxta culpam ab ipso commissam. n. 9.

Error an, & a qua pœna excuset. nu. 10. & cur. nu. 11.

In delictis ex imprudentia, & inadvertentia commissis pœna minoratur. n. 12.

Ad ordinariam homicidii pœnam an sufficiat dolus in genere. num. 13.

Affectus percutiens unum ex errore in persona percussi minus iniuriosus est percusso, quam si percuteret eum absque prædicto errore. n. 14.

Occidens unum pro alio in Ecclesia ex errore personæ, an Ecclesiam polluat num. 15. an sit homicida voluntarius. n. 16.

Qui

Qui furatur rem Petri putans eam esse Pauli, an sit furti reus. n. 17. fur in dicto casu an erret circa substantiam furti, vel solum circa Dominum rei, quam furatur. n. 18.

Cur Injuriarum actio detur contra eum, qui occidit Petrum, quem putabat esse Paulum. n. 19.

Injuria consideratur secundum qualitatem personæ, cui infertur. n. 20.

1. PRÆMITTO primo,
quod, cum aliqua sit
discriminis ratio, ut
olim dixi *de Pollutione Ecclesiæ*
disp. 5. cap. 13. num. 1. & nuper
supra, *disp. 2. cap. 2. num. 106.*
& seq. nec non antea bene adverterat
Julius Chartar. decis. 66. num. 39. & alii cum eo,
inter casum, in quo volens occidere
Paulum aberrat à scopo, & occidit Petrum Paulo
vicinum, vel prætereuntem,
aut mediatorem, & casum, in
quo volens occidere Paulum,
2. putansque ex errore non circa
tale personæ ibi stantis corpus,
sed circa individualem
ejusdem personæ cognitionem
Petrum esse Paulum,
Petrum occidit, volens occidere
Paulum, proinde, sicut
in præcedenti capite de primo
casu actum est, ita in præsenti
de secundo agemus.

Præmitto secundo, quod
prædicta occisio, si tunc occisor
ignorantia invincibili, ac 3.
proinde inculpabiliter, & indubitanter
existimasset eum,
quem actu occidit, esse illum,
quem ex intentione occidere
volebat, & non alium, vere
tunc, in ordine ad occisum,
non fuisset occisori voluntaria,
nec formaliter, sed tantum
materialiter ei, qui fuit occisus,
iniuriosa, cum non sit voluntas,
nec formalis iniuria,
ubi non præcedit in agente co- 4.
gnitio, prout in casu nostro
doctissime cum pluribus aliis,
ab eo relatis docuit *Tamburin.*
in decalog. lib. 6. cap. 4. §. 3. n. 29.
Si vero prædictus occisor ex
ignorantia vincibili, ac proinde
culpabili erravit, cum no- 5.
luerit vel debitam adhibere
diligentiam ad rei veritatem
indagandam, vel abstinere à
tali occisione, prout tunc abstinere
debebat, tunc eadem
occisio in tali casu, ut non sine
aliqua occisoris culpa, ita nec
sine aliqua occisi iniuria ob
prædictam occisoris culpam
fieri censetur.

Præmitto tertio, quod, quando
prædictus Petri occisor,
dum eum occidebat, habuisset 6.
animum occidendi eam personam,
quam re ipsa occidit,
sive

sive illa esset vere persona Petri, cujus eam verisimiliter esse tunc putabat, sive illa esset cujusvis alterius hominis, eo in casu prædicta Petri occisio fuisset tum occisori omnino voluntaria, & dolosa, tum etiam occiso iniuriosa, æque ac si dictum Paulum tunc occidisset, nam tunc occisoris intentio non solum ad Pauli, verum etiam ad Petri, qui re ipsa tunc occisus fuit, nec non ad cujuslibet etiam, qui sub tali hominis ibi præsentis persona latuisset, actualem occisionem dolose tendebat, ut ex se liquere dixit idem *Tamburin. in decalog. lib. 6. cap. 4. §. 3. num. 25.* ex quibus sic expositis

Dico, quod, qui occidit Petrum putans etiam culpa-
7. biliter eum esse Paulum, quem dolose occidere volebat, nequaquam ordinariam homicidii pœnam meretur, quia talis occisio caret vere dolo contra individualem ip-
8. sius occisi personam, cum vere non sit occisio omnino voluntaria respectu illius, quem tunc occisor occidere non voluit, nisi quatenus credidit eum esse alium, prout hoc ipsum expresse tradit *Carer. in Pract. Crimin. tit. de homicidio, §. 2. num. 59.* ubi concludit hanc opinionem sequendam esse, ideoque prædictum occisorem non pœna ordinaria, sed
mitiori juxta culpam teneri, ad 9.
quod allegat *Cepollam cons. 33.* & alios ejusdem opinionis sectatores dicentes, quod etiam opinio *Bartoli*, *Andreæ*, atque aliorum, qui contra nostram citantur, sic intelligenda est, ut, licet dictus occisor teneatur de occiso, & eadem lege, non tamen eadem pœna, sed mitiori, *Mandel. cons. 30. num. 2. & ultimo*, quem sequitur etiam *Petrus Canton. Allegat. 1. num. 13. vers. respondetur secundo*, quæ est inter alias de homicidiis, *& aliis criminibus excusandis* positas post *Carpan. ad novas Mediolanens. Constitutiones*, *Dambouder. in Praxi rer. crimin. cap. 85. n. 7. Oinotom. in §. Item lex Cornelia, num. 2. Institut. de Public. Judic. Novell. in tract. ad defensam tit. 1. num. 46.* error enim, ait ipse, ex-
cusat à pœna ordinaria, *Gri-* 10.
bald. de homicid. §. ultim. de proditor. homicid. num. 33. & seq. vers. Quæro, si aliquis, *Tiraquell. de pœnis leg. temperand. cap. 14. num. 4. Menoch. de arbitrar. cas. 324. num. 11.* à quibus alii multi hujusce sententiæ sectatores afferuntur, *Herculan. de*
Caution. cap. 34. num. 12. quia, 11.
inquit, tunc abest dolus, & tunc

tunc delictum est ex imprudentia, & inadvertentia, quo
12. in casu pœna minoratur, *De Nigris in cap. Regni Neapolit. cap.* 252. *num.* 39. *Cabal. in tract. de omni genere homicidii, num.* 238. *& seq.* nec non *Resolut. Crimin. cas.* 31. *num.* 11. *& seq.* ubi *num.* 18. ait, quod, licet gravius delinquat is, qui occidit unum, quem ex errore in persona tunc putabat esse alium, quam is, qui nullo errore ductus circa personam, dum unum occidere volebat, alium casu quodam, sed non sine culpa, occidit; neutri tamen ex prædictis occisoribus ordinaria homicidii pœna, sed extraordinaria tantum pro modo culpæ in utroque casu imponenda est; pro qua sententia quamplures etiam adducuntur à *Farinac. in Praxi Crimin. quæst.* 125. *num.* 156. & multo plures à *Berlich. conclus. practicab. part.* 4. *conclus.* 10. *n.* 2. *vers. Hanc sententiam*, quibus addi possunt *Marescot. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 127. *num.* 10. *& seq.* cum pœna ordinaria non incurratur, nisi adsit do-
13. lus, nec sufficiat dolus in genere, sed requiratur dolus in specie, qualis non est in errante circa Personam, *Rebel. de obligat. Justit. lib.* 3. *quæst.* 11. *num.* 12. quia tunc affectus percutientis est minus iniuriosus percusso, quam si non errasset 14.
in ejus persona, & cognovisset eum ipsum esse, quem occidere volebat, & eum proinde occidisset; unde, cum tunc occisor minus delinquat erga eum, qui occisus fuit, & pœna debeat esse proportionata delicto, æquum non est, ut puniatur æque, ac si occidisset eum, quem dolose occidere volebat, ut bene arguit *Pasqualig. ad Lauret. de Franch. in controvers. inter Episcop. & Regular. part.* 1. *num.* 1330. *Suarez. tom.* 5. *de Censur. disput.* 22. *sect.* 1. *num.* 54. ubi propterea in prædicto casu occisorem Clerici excusat etiam à Censura: qua de re in sequenti capite separatim agendum erit, *Caraffa de duello, tract.* 5. *sect.* 1. 15.
quæst. 8. *num.* 7. ubi proinde putat Ecclesiam ex prædicta occisione facta non pollui, *Januar. de casibus reservatis, resolut.* 64. *num.* 40. *Mazuchel. in simili tract. disp.* 2. *cap.* 7. *quæst.* 3. *num.* 117. quia, inquit, tale 16.
homicidium respectu talis personæ non est voluntarium, cum occisor intenderet occidere Paulum, quem non occidit, & non intenderet occidere Petrum, quem occidit, *De Lugo de just. & jur. tom.* 1. *disp.* 17. *sect.* 13. *num.* 5. *Fagundez*

in

in decal. lib. 5. cap. 1. num. 14. & alii, quos refert, ac sequitur *Tamburin. d. lib. 6. in decal. cap.* 4. §. 3. *num.* 29. *& seq.* ideoque *ibid. num.* 31. bene respondet cum *d. de Lugo* obiectioni eorum, qui contra prædictam nostram conclusionem sic arguunt: Si occidens Petrum putans eum esse Paulum, quem occidere volebat, non
17. est voluntarius homicida, ergo neque is, qui furatur rem Petri, putans eam esse Pauli, erit furti reus; dicendo, quod in primo casu error est circa substantiam actionis, quia non vult occidere illum hominem, quem occidit, sed alium: unde actio illa dici potest involuntaria, vel saltem non voluntaria: in secundo autem casu,
18. error non versatur circa substantiam actionis, sed circa dominum ejus rei, quam accipere, ac furari vult, & circa quam non errat; unde actio illa furandi est omnino voluntaria, cum velit furari rem, quam furatur. Unde cum eodem *ibidem num.* 34.

Colligo, quod in lege *eum, qui nocentem*, §. *si iniuria*, ff.
19. *de iniuriis*, ideo in prædicto casu datur actio iniuriarum contra occidentem (quamvis iniuria, ut jam diximus vere non voluntaria, sed materialis tantum fuerit) quia, sicuti tale delictum coram Deo est mortale, ac si fuisset sine prædicto errore, sic etiam in foro externo datur ob ejusmodi occisionem iniuriarum actio, sive propter præsumptionem mali doli, sive ne detur ansa excusandi tali modo malefacta, sive ut puniatur ille malus animus occidendi jam factus externus per actum homicidii prædicto modo commissi: consideratur 20.
autem iniuria secundum qualitatem personæ, cui infertur, an sit gravis, vel levis, ut cum multis aliis recte dixit *Ant. de Ballis var. tract. lib. 3. cas.* 17. *num.* 1.

CAPUT SEXTUM.

An, qui occidit Petrum Clericum putans eum esse Paulum Clericum, quem tunc dolose occidere volebat, Ecclesiasticas homicidii pœnas mereatur.

SUMMARIUM.

Velle occidere talem Clericum, quia creditur esse Paulus, & velle absolute occidere talem Clericum, quantum inter se differant. num. 1.

An

An mandatarius occidens ex errore aliam Personam, quam à mandante, ac à se ipso intentam, Irregularitatem incurrat. num. 23.



PRÆMITTO primo pro solutione propositæ quæstionis, quam *Fragos. de regimine Reip. Christianæ part. 2. lib. 1. disp. 2. §. 1. num. 36.* difficilem, ac nodosam merito vocat, supponendum hic esse, quod occisor prædictus non habuerit tunc
1. animum occidendi Petrum Clericum, nisi quatenus ex errore circa individualitatem talis personæ putabat eum esse Paulum Clericum, quem solum, & non alium tunc occidere volebat: si enim habuisset tunc animum libere, ac absolute occidendi talem Clericum, quem occidebat, sive is re ipsa esset Paulus, sive Petrus, sive quicumque alius Clericus, tunc absque dubio voluisset etiam occidere illum ipsum, quem actu occidit; licet putaret eum esse alium, ac proinde talis occisio tunc esset vere voluntaria, & dolo-
2. sa; etiamsi occidens tunc per errorem putasset eam esse personam Pauli, cum vere ea esset persona Petri, ideoque tunc talis occisor ex tali occisione in Ecclesiasticas homicidii pœnas incurreret, ut patere potest ex dictis in præcedenti *capite, num. 6.* & ex *Sanch. de matrim. lib. 9. disp. 32. num. 26. in fine*, ubi rationem esse subdit, quia tunc affectus, & effectus pravi sunt, ac iniusti contra eandem ipsam personam, quæ occiditur, non ex errore, sed per errorem.

Præmitto secundo, quod in hujusce quæstionis titulo ideo dictum fuit, *quem tunc dolose* 3.
occidere volebat, quia volens ad justam sui defensionem licite occidere Paulum Clericum, si occideret Petrum Clericum, quem absque gravi culpa gravis negligentiæ filia 4.
crederet esse Paulum, tunc absque dubio talis occisor nec irregularitatem ex homicidii delicto, neque excommunicationem incurreret, cum ad irregularitatem pœnalem ex 5.
homicidii delicto, & ad excommunicationem majorem inde incurrendam non sufficiat culpa venialis, sed requiritur culpa lethalis in occidente, ut patet *ex Suarez de censur. disp. 18. sect. 4. num. 7. & disp. 40. sect. 3. num. 16. ac seqq. ubi num. 18.* probabilius inquit esse videtur, quoties intervenit excusatio à culpa mortali, licet venialis committatur,

Ii 2 tunc

tunc non incurri Irregularitatem ex delicto, quæ propter actum, qui de se peccatum mortale est, solummodo im-
6. ponitur, sive prædicta excusatio à culpa mortali sit ex levitate materiæ, sive ex eo quod actus ipse non sit simpliciter, sed tantum secundum quid humanus: leges enim pœnales simpliciter latæ puniunt actus completos in sua ratione
7. non physica tantum, sed morali. Unde, licet actus occidendi Petrum, quem occidens putabat esse Paulum, sit aliquo modo voluntarius; tamen, quia valde imperfecte est voluntarius, & fere non humanus, ad prædictas pœnas incurrendas non sufficit, & idipsum docuit etiam *Gibalin. de censur. disp. 2. quæst. 2. nu. 12.*
8. ubi regulam istam docuit, quod, quicquid excusat à culpa mortali, excusat quoque à censura, respectu autem Pauli, quem occisor in prædicto casu occidere volebat, certum est, quod prædicta voluntas, tum quia justa erat, ut supponimus, tum quia sine effectu fuit, nullo modo sufficit ad incurrendas eas pœnas, quæ requirunt etiam actum exter-
9. num, & consummatum, ut de irregularitate recte cum multis aliis dixit *Ciarlin. controvers. forens. part. 2. controv. 203. num. 37.*

Præmitto tertio, quod dictus error putantis Petrum Clericum esse Paulum Clericum dupliciter evenire potest, 20.
nimirum vel cum gravi errantis culpa, vel sine illa: prædictus enim errans vel non adhibuit sufficientem diligentiam moralem, ut caveret, ne alia persona ibi subesset, nisi Paulus, hoc est, ne illa persona esset alia, quam Paulus, & ob id eo in casu prædicta occisio respectu Petri est indirecte voluntaria occisori, quamvis sic erranti; vel prædictam diligentiam adhibuit, & hoc in casu actio prædicta occidentis, licet respectu Pauli sit directe voluntaria, cum ex directa intentione tendat ad occidendum Paulum, respectu tamen Petri, quem errans actu occidit, sed eum nullo modo occidere volebat, ideoq; debitam adhibuit diligentiam, ne tunc alium occideret, nisi Paulum, & ne sub figura personę Pauli, quam proinde tunc ipsammet Pauli personam esse putabat, lateret alia cujusvis persona, tunc, inquam, talis occisio respectu Petri occisi non est oc- 11.
cisori sic erranti voluntaria, sed potius casualis, ut exacte tradit *Suarez de censur. disput.* 22.

22. *sect.* 1. *num.* 54. quem citat, ac sequitur *Fragos. de Regim. Reipub. Christianæ tom.* 2. *lib.* 1. *disp.* 2. §. 1. *num.* 36. *Portel. in dubiis regular. V. Manus violentæ, n.* 9. ideoque cum prædictis, & aliis mox afferendis

12. Dico, quod, qui post adhibitam diligentiam, ne in persona erraret, putavit Petrum Clericum, quem tunc actu occidit, esse Paulum Clericum, quem, & non alium, tunc dolose occidere volebat, Ecclesiasticas homicidii pœnas non incurrit. Prædicta enim occisio tunc non fuit occidenti complete voluntaria, cum occisor non habuerit voluntatem
13. occidendi Clericum in communi, vel occidendi vage hunc, vel illum, sed occidendi determinate, ac individualiter hunc tantum Clericum, scilicet Paulum, & non Petrum, nec alium, & proinde, cum tunc ex ignorantia, vel errore occiderit non eam personam, quam occidere volebat, sed aliam, quam occidere non volebat, ac fortasse nolebat, ideoque prædicta occisio non fuerit re vera homicidium, vel directe in se, vel in-
14. directe in sua causa tunc ab occidente volitum, quale ad prædictas pœnas incurrendas omnino requiritur, tunc dicta occisio nequaquam eas secum affert, & consequenter occisor ipse tunc ab eisdem liber est, prout in proposito casu una cum prædictis authoribus mox allatis ingeniose advertunt *De Dicastill. de censur. dubit.* 23. *nu.* 330. *& seq. qui nu.* 335. fatetur hanc sententiam probabilem censeri, itaut ab ejusmodi occisore nec Irregularitas, nec Excommunicatio tunc incurratur, *Gibalin. in Decalog. dict. lib.* 6. *cap.* 4. §. 3. *num.* 35. *& seq. Thom. del Bene de Parlamen. dub.* 4. *sect.* 19. *subsection.* 31. *coroll.* 2. *ac seq.* nec non *De Immunit. & jurisdiction. Eccl. cap.* 2. *dubit.* 4. *sect.* 17. *num.* 4. ubi dicit hoc esse probabilius *Trullench. Operis Moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *dubit.* 2. *num.* 4. ubi asserit, quod occidens Cajum Clericum, quem putabat esse Titium Clericum, si adhibuit debitam diligentiam, ne per errorem occideret Cajum prædictum, tunc non incurrit excommunicationem, quia tunc actio exterior in Cajum est involuntaria, & mere casualis, *Caraffa de Duello, pag.* 430. & alii, quibus adhæsi *in tractatu de Pollut. Eccles. disp.* 5. *cap.* 13. *num.* 4. & quos, me citato, sequitur etiam *Bordon. in Privilegiis Clericor. cap.* 21. *sect.* 2. *num.* 92. *& seq.* quia, inquit, occisor

in

in tali casu nunquam volunta-
tem occidendi direxit in Pe-
trum Clericum, sed semper in
15. Paulum Clericum, ideoque
tunc non fuit communicata
actui externo, quo fuit occisus
Petrus, ea malitia voluntatis,
quam tunc occisor habebat oc-
cidendi solum Paulum, & non
alium: dicta vero malitia de-
ficiente in actu externo, deficit
etiam violatio legis, seu Cano-
nis dictas pœnas imponentis,
cum ad prædictam violatio-
nem non sufficiat actus exter-
nus vere Physicus, nisi ei
adiunctus sit actus moralis,
hoc est, malitia moralis, quæ
ab intentione, & pravo affectu
voluntatis procedit, & com-
municatur actui externo, ad
quem ea dirigebatur, & conse-
quenter fit, ut externus actus
sine malitia morali nec excom-
municationem, nec Irregula-
ritatem ex homicidio volun-
tario inducat; quamvis enim
talis occisor quoad actum in-
ternum pravi affectus occi-
dendi Paulum Clericum gra-
viter peccet; secus tamen est,
16. quoad actum externum, quo
præterintentionaliter Petrum
Clericum occidit. Hoc ipsum
autem idem *Bordonus* antea
docuerat *in tract. de Homicid.
proditor. num.* 180. *vers. Quæres*
54. *& num.* 181. *ac seq.* ubi asse-
rit, quod in casu occidentis
Petrum, quem putabat esse
Paulum, imputatur solus actus
internus homicidii, non au-
tem externus, quia iste non
est intentus nec in se, nec in
sua causa, cum prava intentio
restricta sit ad unum, idest ad
Paulum, ibidemque *num.* 181.
subdit, quod prædicta locum
habent in foro interno, &
conscientię, nam quoad forum 17.
externum prædictus error in
occidendo Petrum, qui ab
occidente putabatur esse Pau-
lus, non præsumitur, nisi pro-
betur, & *num.* 182. affert diffe-
rentiam inter intentionem 18.
Legislatoris, & intentionem
occisoris: ille enim intendit
sub sua lege comprehendere
universaliter, & indifferenter,
nec non præscindendo ab hoc,
vel ab illo in individuo om-
nes homines, ut singulares;
homo enim in communi 19.
extra singulares non datur:
occisoris autem intentio ter-
minatur ad unam numero,
vel plures determinatas in
individuo personas, quam,
vel quas occidere intendit.
Neque prædictis obstat, quod
occisor in casu nostro habue-
rit voluntatem occidendi, &
actu occiderit illum clericum
in individuo, quem putabat
esse Paulum; voluntas enim
ea

ea occidendi illum Clericum,
quem putabat esse Paulum,
processit ex ignorantia, seu
errore personæ, etiamsi occi-
sor videret sensu externo eam
personam, quam occidit; so-
lus enim visus non sufficit, ut
occisio dicatur voluntaria
circa talem personam, circa
quam est error, seu ignoran-
tia: cum errantis nulla sit
20. voluntas, nec velle credatur,
qui decipitur, & sic error ex-
cludat consensum, nihilque
sit magis contrarium consen-
sui, quam error, qui proinde,
cum impediat voluntatem,
facit cessare delictum, *Scac-
cia de judiciis, lib. 1. cap.* 101.
num. 12. *Giurba conf.* 32. *nu.* 14.
21. immo circa eandem ipsam
personam potest esse in tali
occisore voluntas eam non
occidendi, itaut deinde, ea
cognita, occisor doleat ob
errorem in persona occisa,
quam non occidisset, si eam
cognovisset, ut in simili docuit
Nidus de regul. jur. in 6. regul.
13. *num.* 25.

Colligo, quod, sicuti man-
dans occidi Cajum Clericum,
si mandatarius occidat Sejum
Clericum, mandans non in-
22. currit Irregularitatem, quia
non est occisus, quem man-
dans occidere intendebat per
mandatarium, ut expresse
tradit *Barbos. de officio, & pote-
state Episcopi, part.* 2. *allegat.*
39. *num.* 52. quem sequitur.
*Homobon. de examin. Ecclesiast.
part.* 2. *tract.* 12. *cap.* 1. *vers.
Tertio bis*, & sic decisum refe-
runt *Campanil. in diversorio
Jur. Canon. rubric.* 11. *cap.* 23.
nu. 84. nec non *Riccius in praxi
aurea resolution.* 456. *in fin.* cum
quibus idipsum etiam appro-
bat *Fagnan. in cap. ad audien-
tiam, de homicidio, num.* 69. *vers.
secus autem est, & seqq.* ubi
optime illud probat hac ratio-
ne, quia, inquit, mandans nullo
modo voluit, ut ea persona,
seu illud corpus occideretur,
sed determinate, ac præcise
alia, seu aliud, ideoque dici
non potest, quod mandans
voluntarie consenserit in occi-
sionem ejus personæ, seu cor-
pus, quæ, vel quod à manda-
tario occisa, seu occisum fuit,
prout idipsum dici quoque 23.
potest de mandatario ipso, si,
ne aliam personam, quam à
mandante, atque à se inten-
tam ex errore occideret,
debitam adhibuit diligen-
tiam; sic & idipsum omnino
dicendum fuit in proposito
casu nostro, & ob eandem
ipsam rationem, quæ, si bene
perpendatur, æque omnino
militat in utroque casu, ut
bene advertunt, qui ob id
præ-

prædictam nostram sententiam amplexi sunt, ut clare constat ex traditis à *Diana resolution. moral. d. part. 9. tract. 4. resolut. 31. in fin.* ubi dicitur, quod proinde neque in casu nostro excommunicationis pœnam incurrit, qui, facta debita diligentia, occidit Petrum Clericum volendo occidere Paulum, quia non occidit Clericum, quem intendebat.

CAPUT SEPTIMUM.

An volens occidere Paulum non bannitum, si occidat Petrum bannitum diffidatum, quem tamen nesciebat esse talé, pœnam, vel præmium mereatur.

SUMMARIUM.

Banni Ethymologia, significatio, divisio, ac discrimen ab exilio, deportatione, & similibus, unde haberi possint. num. 1. *&* 2.

Bannorum genera quot sint. n. 3.

Mola, Furnus, Tauri, & Verres quandonam bannales vocentur. ibid.

Bann Germanice quid significet, & an id bannum dicatur. num. 4.

Bannitio secundum aliquos est quasi Itio, vel Ejectio à bono publico. num. 5.

Banniti nomine quis veniat. num. 6.

Bannitus quando dicatur diffidatus, forbannitus, forestatus, forascitus, & forjudicatus. num. 7.

Bannitus diffidatus an publici hostis loco habeatur. num. 8. *an à quolibet impune occidi possit. num.* 9. *an pro mortuo reputetur. num.* 10.

Occidens bannitum diffidatum an, & quando peccet. nu. 11. *& an contra Justitiam, vel Charitatem. num.* 12.

Impunitas occidendi bannitum non est à Jure communi concessa. num. 13.

Bannitus diffidatus hodie pœnæ servus dicitur. num. 14.

Bannum Imperiale quomodo differat ab Inferiori. num. 15.

An volens occidere bannitum diffidatum, si occidat nolens non bannitum, pœnam mereatur. num. 16.

Volens occidere non bannitum, si occidat bannitum diffidatum, quid mereatur. num. 17.

Cur bannitus diffidatus impune à quolibet, & qualibet intentione occidi possit. num. 18.

Occidens bannitum diffidatum ex

1. PRÆMITTO primo, quod, omissis variis auctorum controversiis, circa banni Ethymologiam, significationem, divisionem, ac differentiam ab exilio, interdicto ignis, & aquæ, relegatione, deportatione, proscriptione, ac similibus aliis, quæ videri possunt apud *Jacob. de Arena*, *& Nellum* in eorum *tractatibus de bannitis*, *Peregr. de jure fisci lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 47. *Nicol. Anton. de exil. lib.* 3. *cap.* 9. *Pereyr. in elucidario*, *nu.* 164. *Crusii de indiciis delictorũ*, *part.* 1. *c.* 36. *Alciat. Parerg. jur. lib.* 2. *cap.* 2. *Menoch. de arbitrar. judic. cas.* 530. *num.* 26. *& seq. Scanarol. de visitatione Carcerator. lib.* 1. *cap.* 3. *per totum*, *Majoran. Oppoprax. criminal. cap.* 12. *nu.* 2. *&* 3. ubi tradit quomodo
2. bannum tum conveniat cum excommunicatione, tum ab ea differat, *Redenasc. cons.* 39.
3. *num.* 35. ubi bannorum, seu exiliorum quinque refert genera, *Balduin. in commentar. ad §. inter Rusticorum*, *num.* 1. *instit. de servitutib.* ubi habetur, quod aliquando Mola, & Furnus, quin etiam Tauri, & Verres dicuntur bannales, quando scilicet Rustici iis tantum, & non aliis uti coguntur, ut inde prædictarum rerum Domini quæstum faciant; nec non *Gail. de Pace publ. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. ubi bannum 4.
derivare posse putat à vocabulo Germanico *Bann*, quod viam publicam significat, eo quod banniti amittant viam Regiam, & sic libertatem; ac rerum communium usum æqualiter omnibus concessum, à quo non videtur dissentire *Carpzou. rer. criminal. part.* 3. *quæst.* 140. *num.* 9. *& seqq.* ubi etiam plures alias affert derivationes. Sed *Catalan. de indultu*, *cap.* 13. *num.* 3. *& Zuffus de criminalis processus legitimatione*, *lib.* 3. *cap.* 206. *num.* 6. putant, quod bannum contumaci transmissum quædam sit pœnæ species per se, quæ 5.
dicitur bannitio, quasi ictio, vel ejectio à bono publico. Certe passim banniti nomen simpliciter sumptum accipi- 6.
tur pro eo, contra quem mortis sententia legitime in contumaciam lata, & promulgata fuit, *Foller. prax. criminal. sub rubric. banniantur*, *num.* 1. *& seqq. Bellegrand. rer. criminal. tract.* 3. *quæst.* 11. *num.* 10. Ban- 7.
nitus autem tunc dicitur esse diffidatus, vel forbannitus, seu forestatus, vel forascitus, aut foriudicatus, quando ex alicujus statuti, vel edicti, aut etiam legitimæ consuetudinis vi ei denegatur, vel subtrahitur

hitur fides, eique bellum publice denuntiatum, ac indictum censetur, *Ugolin. de censur. part. 2. cap. 19. num. 3. Henric. Canis. in summa Jur. Canon. lib. 3. tit. 15. in notation. Jo. Grand. de bello exulum, in Prædicamento qualitatis, quæst. 1. num. 1. & seqq.* itaut sic diffi-
8. datus, aut foriudicatus publici hostis loco habeatur, & à quo-
9. libet tunc occidi impune possit, prout constat ex *Carer. in prax. criminal. ad l. observare curabis, num. 61. Pegna in director. Inquisitor. part. 3. commentar. 36. vers. Diffidatos vero, Megal. cons. 95. num. 2. & 3. Corrad. part. 1. respons. 90. in addit. vers. & etiam supra, Guazzin. Junior. ad defens. animar. lib. 2. defens. 6. cap. 48. n. 1. Ciazz. disceptation. criminal. 8. nu. 140. Carpan. ad nov. constit. tit. de pœnis, §. homicida, num.*
10. *130. & seqq.* ubi addit, quod tunc ejusmodi bannitus pro Civiliter mortuo reputatur ex Juris dispositione, *Bombin. cons. 50. num. 35. Majoran. Opoprax. criminal. d. cap. 12. nu. 68.*
11. nec tunc eum occidens peccat, quia tunc lex censenda est jus, ac potestatem publicam privato concedere, itaut tunc cuilibet, tamquam Justitiæ ministro, data sit facultas eum occidendi, qui antea per Justitiam judicatus fuit morte dignus, *Grotius de jure belli, ac pacis, lib. 2. cap. 20. art. 17. num. 1. & 2. Marchisell. quæst. 96. num. 5. & seqq.* ubi diluit, quæ in contrarium adducuntur, *Corrad. d. respons. 90. in princip. Bariola* cum multis in *aphorismis, V. Bannitus potest, Anton. de Ballis varior. tractat. lib. 3. cas. 1. num. 134. vers. non obstat quartum, Jo. Grand. de bello exulum in prædicamento pati, speciali 22. num. 1.* ubi testatur de communi opinione, & *num. 2.* subdit contrariam opinionem habere locum, quando quis eum occidit ex odio, & ob livorem vindictæ privatæ; non autem ex Zelo Justitiæ, & ob vindictam, ac utilitatem publicam; tunc enim, etsi non delinquat in foro externo, tamen in foro interno peccat, non qui- 12.
dem contra Justitiam, sed contra charitatem, *Nald. in summa, V. Bannitus, num. 11. De Nigris in capitul. regni, cap. 12. num. 30. Megal. cons. 59. num. 5. Menoch. de arbitrar. quæst. 90. nu. 4. Tort. ad statuta Papiæ, stat. 69. in criminalib. num. 1. & 2.* ubi etiam subdit, quod statutum tribuens impunitatem occidenti banni- 13.
tum est correctorium Juris Communis, à quo dicta im-

punitas non videtur concessa, *Pellegrin. in prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 10. *nu.* 54. *Campanil.* cum pluribus aliis *diversor. jur. rubric.* 11. *cap.* 13. *num.* 14. ubi etiam testatur de communi opinione, *Giurba cons.* 3. *num.*
14. 18. *& seq.* quia, inquit, bannitus diffidatus hodie, prout dicit etiam *Scialoya in praxi forjudicat. cap.* 12. *num.* 44. pœnæ servus est, *Raynald. rer. criminal. lib.* 1. *in proœm.* §. 12. *num.* 25. quod etiam cum innumeris aliis tradit *Julivus Chartar. decis.* 1. *num.* 162. nec non fuse *Carpzou. ubi supra num.* 131. & multis seqq. ubi
15. propterea distinguit bannum Imperiale, ac generale à banno inferiori, ac speciali; illud enim quodammodo æquivalere videtur banno cum diffidatione coniuncto; istud autem simplici banno sine diffidatione, prout superius exposuimus.

16. Præmitto secundo, quod, quamvis volens occidere Paulum bannitum diffidatum, si occidat Petrum non bannitum, existimans eum esse Paulum prædictum, puniri forte possit pro modo culpæ, si tunc aliqua in occisore prædicto dignosceretur, ut bene dixit inter alios tum *Menoch. de arbitrar. cas.* 573. *num.* 6. ubi *num.* 7. infert Judicis tunc arbitrium esse, cum statui, ac definiri nequeant, quæ in facto consistunt, & ab ejus qualitate dependent, tum etiam *Bajard. ad Clar.* §. *Homicidium*, *nu.* 281. prout etiam constare videtur ex jam traditis *cap.* 5. *num.* 12. attamen volens occidere Petrum non 17.
bannitum, si tunc occidat Paulum bannitum diffidatum, quem putabat esse Petrum, nullam in foro saltem externo pœnam incurrisse, videtur ob prædictam occisionem, quia, quicquid sit de dicti occisoris affectu, & conatu ad occidendum Petrum non bannitum, de quo satis jam diximus capite tertio, certe respectu ipsius occisionis prædictæ, per quam occisus fuit bannitus diffidatus, 18.
occisor tunc eum occidendo nullum commisit delictum, cum re vera tunc eum occiderit, quem proinde nedum ex errore personæ, verum etiam ex directa, & determinata voluntate impune occidere poterat vigore statuti, vel proclamatis, quod cuilibet ad boni publici hostes extirpandos, & Reipublicæ pacem, & quietem conservandam id permittit, *Garon. in variis resolutionib. num.* 62. *post tit. de Bannitis*

nitis nov. constit. Mediolan. lib. 4.
19. *tit.* 5. ubi asserit hoc verum esse, sive quis illum occidat Zelo Justitiæ, sive ex odio particulari, qui etiam subdit illum quoque semper lucrari præmium à statuto, vel proclamate promissum, & pro dicta opinione plures citat. De impunitate quidem non est dubitandum; quod enim, lege permittente fit, pœnam non meretur, quibus adde *Ancharan. in cap. canonum statuta, de constit. num.* 310. *Carpan. in d. cap. homicida, novar. constit. Mediolan. num.* 647. *Daniel. de Nobilib. disputation.* 40. *num.* 15. *& seqq.* ubi plures alios refert, simulque varios distinguit casus, de quibus postea dicetur.

20. Præmitto tertio, quod, cum statuta, vel edicta commodum afferentia statim operentur effectum absque scientia ejus, qui ex statuto, vel edicto commodum consequitur, ideoque is, qui bannitum diffidatum occidit, habere debeat præmium in statuto, vel edicto contentum, quamvis dictus occisor statutum, vel edictum prædictum ignoraverit, ut cum *Bartol. in l. omnes populi, n.* 27. *ff. de just. & jur.* & cum pluribus aliis dixit *Sanfelic. decis.* 186. *num.* 1. *&* 2. proinde hic sermo est non de ignorante dictum statutum, vel edictum contra bannitos, sed de ignorante 21.
Petrum, quem occidit, fuisse bannitum, ac diffidatum, quo in casu non levis est inter Doctores contentio, an occisor dicti banniti, quem ignorabat esse bannitum, nedum impunitatem, ut jam diximus, sed etiam præmium à statuto, vel edicto tales bannitos occidentibus constitutum mereatur; prout videre est apud *Cabal. resolut. crimin. cas.* 274. *Farinac. quæst.* 103. *num.* 33. *&* 34. *Borell. de magistratuum edictis, lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 20. *& seqq.* ubi negativam sententiam à multis veriorem, & communiorem dici sed in Praxi affirmativam receptiorem esse fatetur.

Dico, quod occidens Pe- 22.
trum, quem nesciebat esse bannitum, ac diffidatum, & putabat esse Paulum, quem tantum occidere volebat, nedum impunitatem, vt jam dictum fuit, sed etiam præmium meretur. Vere enim dictus occisor actu id totum præstitit, quod pro dicto præmio lucrando tunc ex statuto, vel edicto præstare debuit. Quando autem, quocumque modo, mens statuti, vel edicti præ-

mium

mium concedentis impleta est, præmium debetur, ita multi, quos citat, ac sequitur *Farinac. d. quæst.* 103. *num.* 34. ubi hæc opinio in puncto Juris verior esse dicitur à *Caravita super Pragm.* 1. *de exul. num.* 141. *& seqq.* prout etiam idem *Caravita ibid.* contraria refert, ac refellit, eidemque affirmativæ opinioni adhærere quoque videtur ipsemet *Borell. loc. cit. num.* 21. ubi cum *Baldo in l. si quis hæredem, num.* 7. *vers. extra quæritur, C. de instit. & substitut.* dicit in hoc passu non attendi propositum, sed effectum;

33. maxime cum statutum, vel edictum de bannitis impune occidendis fauorabile dicatur à *Mandos. in regul. cancellar. Apostolic. tom.* 2. *regul.* 34. *de Annali, §. Tertio quæritur. num.* 18. quia, inquit, pro quieto communi, & bono publico inductum est, dictæque affirmativæ opinioni valde faveat consuetudo ipsa, quæ juxta prædictam opinionem occidenti bannitum foriudicatum, & ignoranti occisum fuisse talem, nedum impunitatem, sed etiam præmium concedit, ut patet ex præallegatis, nec non ex *Vermigliol. cons.* 76. *num.* 9. *Scialoya in prax. foriudicator. cap.* 17. *num.* 22. *& cap.* 24. *num.* 112. ubi aperte hanc opinionem approbat;

observantia enim, quamvis 24. repugnet veræ, ac legitimæ interpretationi, optima statutorum, & bannimentorum interpres est, ut cum pluribus aliis dixit *Farinac. d. quæst.* 103. *num.* 152. cui nostræ conclusioni adhæret quoque novissime cum aliis, quos allegat *Sabell. in summa diuersor. tract. tom.* 3. *§. præmium, num.* 8. ubi addit, quod pro hac opinione facit etiam, quia ex plurium Doctorum sententia,

qui præstat opera ad indul- 25. gentiam lucrandam ordinata, eam pro dictis operibus concessam lucratur, licet ignoret eam talia opera facientibus concessam fuisse, ad quod affert *Dianam part.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 24. ex quibus

Colligo primo, quod, 26. quamvis non desint asserentes de proximo banniendum, ac diffidandum haberi pro bannito, ac diffidato, itaut idipsum dici debeat de occidente aliquem de proximo banniendum, ac diffidandum, quod dicitur de occidente jam bannitum, ac diffidatum, prout patet ex *Arnon. singular.* 80. & ex aliis adductis à *Bertachin. in Repertor. V. Bannitus offendi non potest, num.* 30. *vers. Banniendus de proximo,* & à Rey-

Reyger. in Thesauro jur. verb. Bannitus, num. 27. *&* 36. nihilominus contraria opinio tum probabilior, tum in praxi regulariter acceptior videtur; quod enim de proximo banniendus, ac diffidandus habeatur pro bannito, ac diffi-
27. dato, improprie, ficteque procedit; res enim non ab eo, quod erit, sed ab eo, quod est, judicari debet, maxime autem in casu prædicto, in quo, cum agatur de forma substantiali, ac necessaria, ut quis vere dici possit bannitus, ac diffidatus ad effectum, ut vigore statuti, vel proclamatis, seu consuetudinis impune occidi, ac ejus occisor inde præmium sibi promissum lucrari possit, actus perficien-
28. dus non habetur pro completo, vel perfecto, ac proinde nemo dicitur foriudicatus, quousque talis nõ fuerit declaratus, prout hæc omnia fuse tradita videri possunt apud *Brunor. à Sole in quæstion. legal. quæst.* 26. *num.* 65. *& seqq. Tusch. lit. A. conclus.* 83. *Farinac. d. quæst.* 103. *num.* 123. *&* 325. *Carpan. ad Novas Constitut. Mediolani, §. homicida, nu.* 669. *Majoran. in Opoprax. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 60. *& seqq. Raynald. in syntaxi rer. crimin. lib.* 1. *cap.* 2. §. 4. *num.* 106. ubi concludit non esse faciendam executionem ante condemnationem.

Quibus non obstat, quod ex adverso de proximo rebanniendus, & à diffidatione liberandus habeatur pro non bannito, ac non diffidato, ideoque scienter illum occidens nec impunitatem, nec præmium lucretur, prout cum multis aliis dixit *Marsil. cons.* 10. *num.* 34. *& seqq. Monticel. in prax. crimin. regula* 3. *num.* 30. ubi plures allegat, quibus etiam adhæret *Garon. de bannitis, art.* 2. *num.* 101. *& seqq.* ubi *num.* 103. dicit eum dici de proximo rebanniendum, qui habuit gratiam, sed non adhuc fuit de banno cancellatus, ad quod affert *Farinac. d. quæst.* 103. *num.* 319. *&* 320. discriminis enim ratio ex hoc esse videtur, quia in primo casu unusquisque, antequam banniatur, ac diffidetur, est in possessione certa suę libertatis, & gaudet Juris communis privilegiis, donec iis certo privetur per bannum, ac diffidationem ipsam, quæ, cum sit quid facti, nihil operatur, antequam fiat, ac in dubio non pro banno, & diffidatione, sed pro antecedente Juris communis possessione standum est, cui per bannum, ac diffidationem derogatum fuisse

fuisse non præsumitur, nisi de ipsa derogatione certo constet: in secundo autem casu, licet bannitus, ac diffidatus prædicta suæ libertatis possessione, nec non legum patrocinio, ac tutela privatus fuerit ob ipsius banni, ac diffidationis effectum; attamen, cum sit de proximo rebanniendus, & consequenter non amplius de illo timendum sit, quod deinceps Reipublicæ pacem, ac quietem perturbet, nec is amplius hostili odio dignus sit, maxime vero, cum statutum, seu edictum de bannitis impune, nec non cum præmio interficiendis sit correctorium Juris communis, ut jam dixi cum multis, quibus addo *Jo. Grand. de bello exulum, special.* 21. *num.* 3. ac propterea restringendum sit potius, quam ampliandum, immo,
33. cum statuti ratio, ac intentio tunc cessare præsumatur, nullum enim Reibublicæ periculum ab eo tunc imminet, idcirco saltem ex summa æquitate, ut dixit *Marsil. cons.* 66. *num.* 10. & 11. *Carpan. in d. capitul. Homicida Novar. Constitut. num.* 664. tunc de proximo rebanniendus haberi debet pro rebannito.

34. Colligo secundo, quod, etiamsi bannitus prædictus, cujus bannum ignotum erat occisori, iniuste bannitus, ac diffidatus fuerit, adhuc tamen ejus occisori non solum impunitas, verum etiam præmium ipsum à statuto, vel edicto concessum debetur non secus, ac si juste bannitum, ac diffidatum occidisset, tum quia res judicata pro veritate haberi solet, *l. ingenuum* 25. *ff. de stat. hom.* tum etiam, quia statutum, vel proclama bannitum diffidans non considerat, an juste, vel iniuste quis bannitus, ac diffidatus sit; sed tantum an vere bannitus fuerit, prout habetur ex traditis à *Berojo cons.* 182. *num.* 2. & *seqq. Magon. decis. florentin.* 128. *num.* 14. & *Garon. de bannit. num.* 95. & *seqq.* ubi addit satis esse, quod 35.
occisus apparenter esset bannitus, & communiter pro bannito haberetur, licet vere talis non esset: quod tamen cum *Carer. pract. crimin. tit. de homicidio, vers. septimo igitur, nu.* 9. & *Scialoya de forjudicat. d. cap.* 17. *num.* 34. *in fin.* intelligendum esse crederem quo ad impunitatem obtinendam; non autem quoad præmium inde consequendum; hoc enim à statuto, seu edicto iis, qui bannitos, non iis, qui non bannitos occidunt, constitutum

tum eſt; aliud autem eſt eſſe re vera, ſed iniuſte bannitum; aliud vero non eſſe re vera bannitum. Vnde mirum non eſt, quod in primo caſu, non tamen in ſecundo, diffidationis effectus locum habere videatur: prout quoque aliud eſt eſſe valide bannitum; aliud vero eſſe invalide, ſeu
36. nulliter bannitum; occidens enim bannitum, qui nulliter ſit bannitus, ſi occiſor banni nullitatē inculpabiliter ignoravit, à pœna quidem excuſatur, ſed non inde præmium
37. lucratur, quia nulliter bannitus pro non bannito habetur; ſicuti è contrario valide bannitus,& nulliter gratiatus, non
38. pro gratiato, ſed pro bannito haberi debet, ut cum multis alijs dixit *Scialoya d. cap.* 17.
39. *num.* 38. ſicuti etiam banniti tolerati non poſſunt amplius impune occidi, quia eorum diffidatio cenſetur tunc ceſſare tamquam revocata, & ii tunc præſumuntur obtinuiſſe gratiam remiſſionis, nec eſſe amplius banniti, dummodo
40. tamen ad eorum tolerantiam concurrant eæ qualitates omnes, quæ ad prædictum tolerantiæ legitimæ effectum omnino requiruntur, prout clare patere poteſt ex iis, quæ fuſe dixi *in Problemate meo legali 3. §. 5. num. 88. & ſeqq.* unde fit etiam, ut regulariter impunitatem, non vero præmiū mereatur occidens eum, qui communiter bannitus credebatur, ſed vere bannitus non erat, quod ſatis ex prædictis, & ex ſuperius allegatis patere poteſt; plus enim valere debet, quod in veritate eſt, quam quod in opinione juxta *text. in §. ſi quis rem, inſtit. de legat.*

CAPUT OCTAVUM.

An Clericus, qui Titium proditorie in Eccleſia occidere volebat, ſed occidit Sejum Patrem ſuum bannitum diffidatum, quem putabat eſſe Titium, pœnam, vel præmium mereatur.

SUMMARIUM.

An occidens bannitum diffidatum ei faciat iniuriam. nu. 1.
Bannitus diffidatus an occidi poſſit impune à Clericis, & à Regularibus. num. 2.
Irregularis fit, qui bannitum diffidatum occidit. num. 3.
An Curia Epiſcopalis punire poſſit Clericum occiſorem banniti diffidati. num. 4.
Clerici quomodo uti poſſint laicorum

quæ

quæ concedi nequeunt. nu. 26.

Banniti se ipsum occidentis hæres, vel fiscus præmium bannitos occidentibus promissum prætendere nequeunt. num. 27.

Bannitum occidens extra bannientis territorium an consequatur impunitatem, ac præmium à banno expressum. num. 28.

Bannitum in uno territorio si quis occidat in alio, an alieni territorii domino iniuriam inferat. num. 29.

An etiam forensis occidens bannitum consequi debeat præmium, quod ibi à statuto promissum est. num. 30.

Bannitum in Territorio unius Principis si quis occidit in Territorio alterius absque ulla istius licentia, tunc ibi etiam impunitatem, ac præmium lucratur, quando ibi etiam adest statutum ea bannitorum occisoribus concedens. num. 31.

Bannitus quoad Judicem bannientem impune ubique occidi potest; non autem quoad Judicem alieni Territorii, in quo ille occiditur. num. 32.

Ecclesia quomodo dicatur esse in Territorio, non tamen de Territorio Principis sæcularis. num. 33.

Bannitum occidens in Ecclesia quomodo puniri possit. nu. 34.

Clericus qui, volens proditorie in Ecclesia occidere Titium, occidit Sejum Patrem suum bannitum diffidatum putans eum esse Titium, respectu Judicis bannientis meretur impunitatem, ac præmium; respectu autem Judicis Ecclesiastici meretur pœnam tantum violationis Ecclesiasticæ Immunitatis, & ipsius Ecclesiæ. num. 35.

Licentia bannitos diffidatos occidendi cur per eorum capturam à Curia factam expiret. num. 36.

Qui rem habuit cum publica meretrice carcerata num æque puniendus sit, ac si cum muliere honesta rem habuisset. num. 37.

Bannitum à privatis captum, ac nondum Curiæ consignatum occidens an impunitatem, ac præmium mereatur. num. 38.

Quandonam bannitus à Curiæ familia captus tum ab ipsa, tum ab aliis impune occidi possit. num. 39.

Bannitus captus à Curia, & postea sub fidejussione dimissus an ab omnibus tunc impune occidi possit. num. 40.

An bannitus ab uno territorio, & habitans in alio, si à Principe Territorii, ubi habitat, mittatur Legatus, vel Ambasciator ad Principem Territo-

PRÆMITTO primo, quod, cum bannitus diffidatus amiserit Jus ad vitam quo ad omnes, nemine excepto, itaut quisquis eum occiderit, nul-
1. lam ejdem iniuriam faciat, & ejus occisio non sit amplius iniusta, nec proinde verum homicidium, hinc est, quod bannitus diffidatus impune
2. occidi potest etiam à Clericis, & à Regularibus, ut expresse tradunt quamplurimi tam ex Jurisperitis, quam ex Theologis, quos allegavi in *Problemate meo legali* 3. §. 5. *num.* 93. & *seqq.* nec non, me citato, *Graffet. de Nece proditoria*, §. 12. *num.* 15. atque in additionibus ejusdem, *num.* 42. & *seqq.* quibus nunc addo *Jo. Grand. de bello exulum*, *sub tit. de Prædicamento Pati*, *special.* 23. *num.* 1. ubi tradit, quod potestas ista impune occidendi bannitos diffidatos, seu forascitos extenditur ad Clericos contra Laicos, & ad Laicos contra Clericos quoad 3.
pœnam tamen temporalem tantum, non autem quoad Irregularitatem; unde *num.* 2. subdit, quod per solam banni prædicti præsentationem tenetur Curia Episcopalis desi- 4.
stere à Processu inchoato, & cassare omnia acta contra Clericum, qui ejusmodi bannitum occidit; ad quod allegat *Marsil. cons.* 11. *in fin.* quibus etiam adhæret *Scialoya in praxi foriudicationis*, *cap.* 17. *num.* 8. *vers. sic etiam è contra*. nec non *Raynald. in syntaxi rer. crimin. lib.* 1. *cap.* 2. §. 4. *num.* 161. & *seqq.* ubi dicit, quod hæc opinio est verior; quamvis enim Personæ Ecclesiasticæ non comprehendantur explicite in statuto laicorum ex defectu Potestatis, nihilominus (ut advertit etiam *Orilia ad Campanam*, *resolut.* 23. *num.* 12.) implicite comprehenduntur, cum ipsi etiam Clerici Cives sint, ac 5.
proinde Laicorum statutis, non tamquam legibus se obligantibus, sed tamquam privilegiis sibi quoque competentibus uti possint: quæ tamen

tamen dicta sunt de Clericis occidentibus laicum bannitum, non semper locum habent in occidentibus Clericum bannitum; quando enim Clericus bannitus fuit ab
6. Episcopo, cum Ecclesia sanguinis pœnam non imponat, banniri non potuit, ut occideretur; quando autem bannitus fuit à Judice sæculari, cum iste nullam in Clericos Jurisdictionem habeat, nisi quibusdam in casibus, & quatenus ab Ecclesia ei permittitur, proinde non nisi prædictis in casibus locum habent ea,
7. quæ de occidentibus laicum bannitum supra diximus. De casibus autem, in quibus Judici sæculari ab Ecclesia permissum dicitur, ut bannire, ac diffidare possit Eclesiasticas personas, fuse agunt, ac disputant *Aufrer. in tractat. de Potestate sæculari super Ecclesiasticis personis, regula* 1. *& in ejus fallentiis*, *Annib. Troys. super ritib. Magnæ Curiæ, rit.* 235. *num.* 11. *& seqq. Caball. resolut. criminal. cas.* 60. *Franc. decis.* 463. *& in addition. Borgnin. decis.* 11. *part.* 5. ubi de bannito, qui post bannum ingressus est Religionem, & ante Professionem occisus fuit, *Farinac. quæst.* 103. *num.* 313. *& seqq. Julivus Chartar. decis.* 1. *Garon. post tract. de bannit. in var. resolut. num.* 14. *Oliva de foro Ecclesiæ, part.* 1. *quæst.* 21. *Raynald. ubi supra, nu.* 196. *& seqq. Scialoya in prax. foriudicator. cap.* 17. *num.* 8. *& seqq. Daniel de Nobilibus disp.* 40. *num.* 15. ubi habetur, quod Clericus juridice à laico ban- 8.
nitus, puta pro delicto, pro quo Clericus amittit Privilegium fori, ut in assassinio, tunc supponitur Judici Laico, & consequenter etiam statuto, 9.
quod possit impune occidi, ideoque illum occidens impunitatem, & præmium consequitur, immo neque incurrit Excommunicationem, ut ex *Alterio de censur. tom.* 1. *lib.* 5. *disput.* 20. *cap.* 1. dixit *Grasset. de nece proditoria*, §. 12. *num.* 16. à prædictis autem plurimi alii, & plurimum inter se dissentientes referuntur, ut ibi videre est.

Præmito secundo, quod, 10.
cum valde controversa quæstio sit, an proditorie occidens bannitum diffidatum gaudere debeat dicto statutario beneficio impunitatis & præmii, negativam enim opinionem sustinent in odium proditionis, *Angel. in l. fin. C. de delator. lib.* 10. *Jo. de Lignano in cons.* 20. *num.* 11. *vol.* 1. *diversor. criminal. Plaza Epitom. delictor. lib.* 1. *cap.*

*cap.*21.*num.*8. *De Nigris in capitul. Regni Neapolitani cap.* 13. *Nuper ad Vindictam*, *num.* 35. *Cepol. conf.* 34. *num.* 6. *Marsil. singul.* 16. *Monticell. in prax. crimin. regul.* 3. *num.* 15. *Battandier. in praxi regul.* 96. *nu.* 3. *Laratha in Theatro feudal. part.* 10. *dilucidat.* 53. *num.* 6. *Brunor. à Sole quæst.* 26. *nu.* 6. *Reyger. in thesauro juris*, *V. Bannitus*, *num.* 35. ubi excipit solummodo casum, quando, qui proditorie occiditur, bannitus esset pro crimine læsæ Majestatis; quibus etiam addi potest *Menoch. de arbitrar. quæst.* 90. *nu.* 48. *& seqq. Bonacin. Homobon.* & alii, quos refert, sed ejs non adhæret *Borell. de Magistrat. edict. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 39. *& seqq.* nec non *Diana part.* 5. *resolut.* 25. è contrario autem affirmativam sequuntur *Bald. conf.* 445. *incipien. super eo*, *quod quæritur*, *columna final. volum.* 6. *Vulpel. respons.* 59. *nu.* 2. ubi pro hac opinione allegat *Roch. à Curte*, *Decium*, *Berojum*, *& Bossium*, & asserit hanc esse receptiorem sententiam, prout etiam *Clar. in* §. *homicidium*, *vers. sed*, *an lice-*
11. *bit* fatetur hanc de consuetudine servari, quia diffidati pro hostibus habentur, ideoque possint quoquo modo offendi, *Borell. de Magistrat. edict. lib.* 3. *num.* 41. ubi cum *Bald. ibi citato* tenet, quod etiam occidenti bannitum diffidatum veneno præmium debeatur, licet, qui veneno occidit, proditorie occidere dicatur, *Carpan. ad Novas Constit. Mediolan.* §. *Homicida*, *num.* 723. *& seq.* ubi addit cum *Caravit. ad Pragmatic. Regni Neapolit. pragm.* 1. *num.* 122. quod etiam idip- 12.
sum dici debet, quamvis bannito fides data esset ab occisore de eum non offendendo, quia, inquit, talis fides contra bonum publicum non tenet, *Sabell. in summa diverf. tractat.* §. *Bannitus*, *num.* 2. ubi cum multis ibi citatis ait bannitos tanquam inimicos publicos occidi posse ab omnibus etiam cum fraude, pactis, & aliis conventionibus, immo, data pecunia, per assassinium, & proditorie, *Lezana in summa*, *V. Bannitus*, *num.* 9. ubi cum *Molina*, *Azorio*, *& Naldo ibid.* relatis bannitos etiam proditorie, & per Insidias, aut Veneno occidi posse tradit, quia hoc expedit pro bono publico, & idipsum docuit etiam *Gozadin. conf.* 61. *num.* 13. *vers. Sexto adduco*, asseritque, quod promittens 13.
sub pœna se non illaturum offensam aliquam bannito, si postea eum offendat, non incur-

incurrit pœnam delicti, neque conventionalem, quia talis conventio tamquam contra publicam utilitatem non valet, immo neque valet ipsum Juramentum, si hoc tali
14. promissioni addatur, ut post *Thob. Non. Cons. ultim. num.* 24. *vers. Praeterea licet* tradit *Vulpel. de Pace, quæst.* 36. *num.* 2. & 3. *Mars. singular.* 352. *Bajard. ad Clar. in §. Homicidium, num.* 231. *Farinac. d. quæst.* 103. *num.* 57. *Cabal. cas.* 275. *num.* 6. & *seqq.* quia tali statuto ad publicam utilitatem inducto derogari non potest per ullam conventionem partium, & pro hac affirmativa opinione stat etiam *Bonacossa commun. opinon. crimin. par.* 2. *lit. B. vers. Bannitum occidit impune*, ubi dicit communem esse opinionem, quod impune bannitum occidat, qui eum ad instantiam inimicorum suorum, & pro pecunia occidit, *Boss. in* 4. *part. statutor. qu.* 20. *Nellus de bannit. in* 2. *part. secundi tempor. quæst.* 12. quos citat, ac sequitur *Graff. consilior. lib.* 5. *cons.* 7. *nu.* 20. & *seqq.*
15. ubi subdit, quod occidens bannitum, adhibitis armis prohibitis, non punitur pœna contra deferentes ejusmodi arma, quia, inquit, qui vult unum, videtur velle omne id, per quod pervenitur ad illud, & cui permittitur, quod est plus, videtur permitti id, quod est minus; tum quia generalis ipsa talium armorum prohibitio intelligi debet, nisi ex causa licita, & permissa deferantur. Statutum autem permittens banniti occisionem permittit etiam omne id, per quod directe pervenitur ad illam; maxime cum animus deferentis arma fuerit ad bonum finem, scilicet ad pacificum statum Civitatis, ut optime dixit *Stephan. de Federic. de Interpretat. leg. part.* 2. *nu.* 48. & 49. *Bertazzol. cons.* 223. *num.* 7. *Vulpel. respons.* 66. *num.* 7. quia, inquit, etiam specie armorum penitus illicita uti possumus ad factum licitum, & à Jure mandatum, *Menoch. de Arbitrar. judic. lib.* 2. *centur.* 6. *cas.* 524. per totum, ubi prædictis adhæret, quia considerari non debet id, quod fit, sed propter quod fit, ac proinde non ipsa prohibitorum armorum delatio, sed causa ipsa delationis, nempe, ut occidatur Bannitus, *Crispus* cum multis alijs *Theoricæ, ac practicæ criminal. lib.* 1. *tract.* 11. *cap.* 3. *num.* 25. quod tamen hic 16.
intelligendum esse dicit, ut inter armorum prohibitorum delationem, & ipsam banniti occi-

occisionem magnum non intercesserit intervallum; nam tunc pro talium armorum delatione puniri poterit occisor prædictus: prædictum autem intervallum an magnum, vel parvum fuerit, Judicis arbitrio relinquitur, qui locorum distantiam, & facti qualitatem idcirco recte conside-
17. rare debebit. Nec prædictis obstat, quod proditorie occidens Bannitum, si non contra Justitiam, saltem contra charitatem peccare dicatur ab aliquibus, ut patet ex *Lezana, loc. cit. nu.* 10. eo quod sic occisus ut plurimum Sacramentali careat Confessione; ipsi enim bannito imputari debet prædicta Confessionis carentia, qui ejusmodi casum prævidere, ac opportune saluti suæ providere potuit, ac debuit, ut optime post *Dicastil. lib.* 2. *de justit. tr.* 1. *disp.* 10. *dub.* 8. *nu.* 12. tradit *Tamburin. in Decalog. lib.* 6. *cap.* 1. §. 4. *num.* 2. ubi subdit, quod secus nullus bannitus (cum fere semper iis confessio desit) interfici posset, prout *Graff. d. lib.* 5. *cons.* 7. *num.* 20. similiter infert, quod, si non liceret proditorie occidere bannitos, statutum prædictum, quod eorum occisoribus impunitatem, & præmium concedit, elusorium esset, quia nemo vellet cum periculo vitæ suæ aperte pugnare cum bannitis, recte autem *ibid. nu.* 12. dicit, 18.
quod nō repugnat juri gentiū, quod hominem insidiari nefas existimat, *l. ut vim, ff. de just. & jur.* quia id intelligi debet sine causa, alias secus, ut in casu nostro. Unde, cum statuta bannitos diffidatos occidentibus præmium concedentia censeantur personas etiam alias inhabiles habilitasse ad consecutionem dicti præmii, quamvis illud bona quoque immobilia, immo castrum, ac feudum contineret, ut fuse cum pluribus aliis dixit *Gallinius de verbor. signi ficat. lib.* 8. *cap.* 7. *nu.* 4. *& seqq.* ob publicam utilitatem, quæ consistit in purgatione provinciæ à malis hominibus, proinde recte *Quadrius in viridario reservato casuum conscientiæ, disp.* 3. *cas.* 5. *conclus.* 5. *num.* 749. concludit proditoriam occisionem illicitã esse, si privata authoritate fiat, non autem si publica, ut in prædicto nostro casu fit, etiamsi bannitus socium suum bannitum proditorie, vel ex insidijs occidat, atque sic Judicatum fuisse suis temporibus refert *Mastril. decis.* 104. *num.* 5. *&* 6. quem citat, ac sequitur

Ga-

*Garon. in varijs resolut. post tra-
ctat. de bannitis num.*26.& idip-
sum tradit *Farinac. cons.* 113.
num. 12. *vol.*2. nec non *Franc.
decis.* 276. *num.* 4. prout idem
19. quoque dicendum esse de fra-
tre fratrem bannitum occi-
dente affirmant *Farinac. cons.*
103. *num.* 181. *Michalor. de fra-
trib. part.* 3. *cap.* 56. *num.* 12. &
Garon. loc. cit. num. 11. ubi hoc
20. verius, & receptius dicitur;
quod ipsum tamen nequa-
quam dici debet de filio Pa-
trem bannitum occidente;
quamvis enim plures hinc in-
de Doctores recenseat *Franc.
decis.* 276. *num.* 7. & 8. tandem
ipse quoque nostram hanc sen-
tentiam amplectitur, quam
probabiliorem esse dicit *Al-
loza in floribus summarum, V.
Bannitus, num.* 4. & veriorem,
ac receptiorem esse testatur
Chartar. decis. crimin. 1. *nu.*212.
eamque cum multis alijs secu-
tus est *Legana V. bannitus,
num.* 9. *Garon. ibid. num.* 8. ubi
refert *Clar.* §. *Homicidium, nu.*
59. dicentem, quod contraria
opinio sibi videtur crudelita-
tis, & impietatis plena; Pater
enim, licet sit bannitus, non
desinit esse Pater, cui filius
reverentiam præstare debet
juxta leges, quæ à natura ipsa
proveniunt, quibus derogare
non posse leges scriptas cen-
suit *Nicol. Anton. de exil. lib.* 2.
cap. 36. *num.* 6. ubi proinde
dictam nostram sententiam
tenet, eamque prudentiori-
bus magis placere affirmat,
cum persona Patris filio sem- 21.
per debeat esse sacra, nisi forte
Pater esset actualiter, & re-
vera hostis, ac invasor Patriæ,
& filius Patriam defendendo
Patrem occideret, ut optime
dixerunt *Brunor. à Sole quæst.*
26. *num.*17. *Farinac. quæst.*103.
*num.*277. *Pascal. de patr. potest.
part.*2. *cap.* 3. *num.* 11. *Berlich.
conclus. practicabil. part.* 4. *con-
clus.*6. *num.* 27. & *seq. Chartar.
ibid. num.* 213. *Redenasch. cons.*
1. *nu.* 32. ubi dicit, quod statu-
tum prædictum neque filios,
neque parentes comprehen-
dit, sed illos propter honorem
sanguinis, & pietatem ex na-
turali Jure invicem debitam
excipere censetur, & multos
idipsum sentientes allegat, &
*Sabell. in summa divers. tractat.
V. Præmium, num.* 7. ubi pari- 22.
ter neque Uxori Virum ban-
nitum occidenti, nec è con-
tra vel impunitatem, vel præ-
mium deberi asserit cum plu-
ribus ibidem allegatis, quibus
addi potest *Guazzin. Junior.
ad defens. animar. lib.* 2. *defens.*
6. *cap.* 50. *num.* 19. ubi subdit,
quod in foro etiam exteriori
non videtur committi filiis,

& viris, insurgere contra Parentes,& Uxorem: quia valde naturalis horror adest in insæviendo contra istos, prout
23. etiam in se ipsum; nemini enim, neque Judicis, neque legis authoritate licet se ipsum positive, ac directe occidere, *Tanner.Theolog. Scholast. tom.3. disp.4. de justitia, quæst. 8. dub. 3. num. 45. & seqq.* unde neque bannitus se ipsum occidere, ac inde impunitatem, aut præmium consequi potest, licet vere bannitum occidat, dum se occidit, ut fuse cum plurimis aliis id probat *Gomez. de Potestate in se ipsum, lib. 1.*
24. *cap. 10. num. 5. & seqq.* sicuti neque Massarius tenetur denunciare maleficia per se ipsum commissa, cum in gene-
25. rali dispositione semper excepta censeatur persona propria, *Anchar. in cap. 1. quæst. 12. de constit.* & in generali concessione non veniat, quod specia-
26. liter non concederetur, nec concedi posset, cujusmodi est potestas se ipsum occidendi, cum à lege statui nequeat, quod quis sui ipsius Carnifex sit, sed alterius tantum, ex
27. quibus patet, quod præmium propositum occidenti bannitum non debetur hæredibus banniti, qui se ipsum interfecit, nec fisco, qui propter scelera dicti banniti fortassis illud prætenderet, ut recte infert *d. Gomez. ibid. num. 18. vers. ex quibus jam vides, & Borell. ubi supra, num. 18.* 28.

Præmitto tertio, quod, cum multum à multis agitata quæstio sit, an occidens bannitum extra Territorium bannientis consequatur impunitatem, ac præmium à statuto, vel bannientis edicto promissum, itaut negativa opinio, ut refert *d. Guazzin. Jun. ad defens. animar. lib. 2. defens. 6. cap. 50. num. 23.* dicatur esse communis Theologorum, affirmativa vero Jurisperitorum; licet vere hæc etiam à pluribus Theologis approbetur, ut videre est apud *Dian. part. 5. tract. 4. resolut. 24. vers. Non desinam*; illa vero à multis Jurisperitis, quos refert *Tortus ad statuta Papiæ, statut. 69. in criminalib. num. 4.* propterea distinctione quadam utendum hic esse crederem, ideoque affirmativam opinionem veram esse quoad ea, quæ à banniente pendent; negativam vero quoad illa, quæ ad alieni territorii dominum spectant ob injuriam ei à præ- 29.
dicti banniti occisore illatam, dum in ejus territorio absque domini licentia expressa, vel tacita, & sic cum quadam Juris-

Jurisdictionis alienæ usurpatione, vel perturbatione hominem occidit, quam distinctionem approbant tum *Porrus in fasciculo rerum crimin.* §. *Bannitus, vers. quæstio ultima est*, ubi proinde infert, quod occidens bannitum in alieno Territorio puniri non potest in Territorio bannientis, & ibi præmium consequitur, non secus ac si bannitum occidisset in Territorio bannientis, licet prædicta locum non habeant respectu Domini loci, in quo facta est occisio, tum *Borell. de Magistrat. edict. lib. 3. cap. 6. num. 3. & seqq.* ubi
30. recte infert, quod proinde forensis etiam occidens bannitum præmium consequi debet à statuto, vel edicto ibi concessum, sicuti etiam occidens bannitum extra Territorium tunc puniri non debet à Domino Territorii, in quo
31. bannitus occiditur, quando in eo etiam territorio adest statutum, vel edictum concedens impunitatem occidenti bannitum, neque tunc opus est aliqua licentia Domini, cujus est Territorium illud, cum occidens bannitum tunc ibi eam habeat à dicto statuto, vel edicto ejusdem Territorii, ut optime dixit *Vulpel. cons. 59. num. 13. & seqq.* tum etiam *Sabell. in summa divers. tract.* §. *Bannitus, num. 30.* ubi cum addente ad *Sanfelic. decis. 386.* subdit, quod quoad Judicem bannientem ubique potest impune occidi, secus autem quoad Judicem loci, in cujus territorio occiditur, nec non 32.
§. *Præmium, num. 11.* ad quod allegat *Bald. cons. 428. in fin. lib. 5. Tusch. lit. P. conclus. 516. num. 10. Cabal. resol. crimin. cas. 61. in fin. Farinac. quæst. 103. num. 208. & seqq.* ubi sic observatum fuisse narrat Florentiæ de anno 1668. die 6. Junii, ideoque fuisse concessum præmium ei, qui bannitum occiderat in alieno territorio, nec banniti caput præsentaverat in loco banni pro legitima recognitione facienda, prout regulariter fieri solet, sed solam sententiam capitalem contra occidentem Juridice promulgatam in loco, ubi bannitus occisus fuerat. Cum autem Ecclesia, 33.
licet sit in Territorio Principis sæcularis, non tamen proprie sit de ejus territorio, immo (ut alii loquuntur) sit extra Territorium, & Jurisdictionem Principis sæcularis, prout docent *Aymon. cons. 908. num. 6. lib. 5. Tusch. V. Ecclesia, conclus. 5. num. 10. Farinac. in*

appendic. de Immunitat. Eccles. cap. 22. nu. 356, Chassenaeus in consuetud. Burgundiæ, rubr. 1. §. 5. nu. 117, Sperell. decis. 3. nu. 11. & 16. Donat. Anton. de Marin. var. resol. cap. 116. quos refert, ac sequitur *Thom. Del Bene de immunit. Eccles. part. 2. cap. 16. dub. 24. sect. 17. nu. 11. Cortiad.* cum multis aliis ab eo relatis *decis. 2. num. 29. tom. 1. & decis.*

34. *85. num. 4. tom. 2.* propterea, si bannitus diffidatus occidatur in Ecclesia, licet occisor puniri non possit, ut homicida, quo in sensu intelligi possunt, qui cum *Torto* ubi supra, *num. 5.* & alijs ab eo citatis indistinctè asserunt bannitum diffidatum impune occidi posse in Ecclesia existente in Territorio bannientium; puniri tamen potest, tamquam Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ Immunitatis violator, ut optimè cum multis aliis tradunt iidem *Thom. del Bene, ibid. num. 16. & Cortiad. d. decis. 85. nu. 7.* Quamobrem cum prædictis

35. Dico, quod Clericus, qui, dum volebat proditorie in Ecclesia occidere Titium, occidit Sejum Patrem suum bannitum diffidatum, quem putabat esse Titium, respectu Judicis bannientis meretur impunitatem, & præmium in banno promissum; respectu vero Judicis Ecclesiastici meretur poenam tantum violationis Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ Immunitatis, ut satis ex præmissis patere potest, respectu enim Parricidii, cum illud sine culpa occisoris accidisse præsumatur, occisor quoque sine pœna esse debet, nisi aliud probetur, prout constat ex iis, quæ jam diximus *disp. 2. cap. 3. & 4.*

Colligo, quod prædicta de 36. Impunitate, ac præmio eorum, qui bannitos, ac diffidatos occidunt, semper intelligenda sunt, dummodo banniti prædicti non sint in manibus Curiæ, quæ illos bannivit; tunc enim banniti securitatem habent à lege, cujus licentia bannitos occidendi per eorum capturam expirat, ut bene tradit *Castracan. de societatib. cap. 31. nu. 6. Guazzin. ad defens. reor. tom. 1. defens. 5. cap. 6. n. 3.* & alii, quos refert & approbat *Grasset. de nece prodit. §. 12. n. 16. vers. vel nisi sint capti.* Sicuti autem bannitum occidens in Ecclesia Ecclesiam ipsam violat, ejusque immunitatem, ut jam diximus; sic etiam bannitum occidens jam carceratum, vel captum à Ministris Curiæ, ideoque in Potestate Principis, vel Judicis violat ipsam curiæ protectionem,

nem, atque custodiam, ut patet ex *Sanfelic. decis.* 249. *num.* 13. & *Merlin. Pignatell. controvers. forens. centur.* 1. *cap.* 66. *nu.* 4. & 5. quia tunc banniti ab omni offensa tuti esse debent, cum tunc facultas eos occidendi non amplius duret non secus, ac si nunquam concessa, vel occisus ipse nunquam bannitus fuisset, prout ex eodem *Sanfelic. ibid. num.* 15. is, qui rem habuit cum publica meretrice, dum
37. erat carcerata, punitur, ac si cum muliere honesta rem habuisset. Si tamen bannitus captus sit ab aliis, non autem à Curiæ familia, nec sit adhuc
38. huic consignatus, cum vere tunc nondum sit in manibus, & custodia curiæ, neque sub dicta Principis protectione, tunc dicta facultas eum impune occidendi adhuc durat, ideoque tum ab iis, qui eum detinent, tum ab aliis impune occidi potest, & occidentes præmium merentur, ac si bannitum non captum occidissent, ut bene infert *ibid. Sanfelic. num.* 21. & 23. quem allegat, atque approbat *Garon. in variis resolution. de bannitis*, *num.* 41. ubi subdit, quod privatus capiens bannitum potest illum occidere, sed consultius est illum consignare Justitiæ ex *Caballo*, & *Guazzino* ibi per eum adductis, quibus etiam adhæret *Sabell. in summa diversor. tractat. d.* §. *Bannitus*, *num.* 6. & 13. ubi tamen asserit, quod bannitus, 39.
dum est in manibus familiæ Judicis, ab ipsa familia, & ab alijs tunc tantum impune occidi potest, quando bannitus eidem familiæ resistit, vel ab ea conatur aufugere; prout ab omnibus quoque tunc occidi potest, quando bannitus 40.
dimissus fuit sub fidejussione, quod placuit etiam *Vilossæ de fugitivis*, *cap.* 18. §. 3. *num.* 20. ubi cum multis dicit, quod, licet bannitus captus non possit occidi, poterit tamen, si est relaxatus sub fidejussione, quia tunc non est amplius stricte, ac vere in manibus Justitiæ. An autem bannitus 41.
ab uno territorio, ideoque habitans in territorio alterius, si mittatur legatus, vel Ambasciator ad Principem Territorii, à quo est bannitus, possit in territorio bannientis occidi, negative respondent *Caball. resolut. crimin. cas.* 150. *per tot. Guazzin. ad defens. reor. defens.* 1. *cap.* 1. *nu.* 28. *Farinac. quæst.* 112. *num.* 163. *Garon. in variis resolut. num.* 69. ubi subdit ex *Bajard.* *ad Clar.* §. *Homicidium*, *num.* 241. hoc procedere

42. dere etiam quoad bannitum pro crimine læsæ Majestatis, nec non *Sabell. d. §. Bannitus, num.* 14. quia, inquit, Ambasciatores omni gaudent immunitate, & etiam quilibet ex eorum familia, cum Divi-
43. no, & humano Jure vallentur, ideoque ab aliquibus sancti dicantur. Quando tamen atrociora delicta committunt, tunc ipsi quoque puniri possunt, ut recte dixit *Diana part. 6. tract. 8. resolut. 2. per tot. & Christin. decis. 54. num. 2. & seqq. vol. 5. & decis. 132. in fin.*
44. *d. vol. 5.* nam dignitas, & officium eos tueri non debet, qui eo abuntur. Quid vero dicendum sit de bannitum capiente, eumque cibis omnibus privante, ut eundem fame necet, si ille vere idcirco periit, crederem tali etiam banniti occisori nedum impunitatem, sed premium quoque bannitos occidentibus promissum deberi, quia vere mortem violentam bannito tunc intulit, quando ei ad vitæ conservationem necessaria subtraxit cum violentia naturæ, ac personæ, nam etiam sine læsione corporali, ut dixit *Panormit. in cap. nuper, de sentent. excommunicat. num. 3.* violentia infertur. Unde mors prædicta non fuit naturalis ex inedia; sed fuit mors violenta ex subtractione prædicta, ideoque subtrahens efficaciter influxit in banniti mortem, ut fuse tradit *Bordon. in decisionib. miscellaneis, decis. 292. per tot.*

CAPUT NONUM.

An Mulier bannita, quæ volens per Mandatarios Liviam bannitam, ac prægnantem occidi, in mandato per errorem Juliam pariter bannitam pro Livia expressit, & mandatarii, qui volentes juxta mandatum eis datum Juliam occidere, per errorem Liviam pro Julia occiderunt, pœnam, vel præmium mereantur.

SUMMARIUM.

Banniti, seu Bannitæ, nomen hic accipitur pro diffidato, seu diffidata. num. 1.

Mulieris nomen quotupliciter accipi possit. num. 2.

Mulier an diffidari, seu forjudicari queat. num. 3.

Legis ratio ubi non militat, ibi nec militat legis dispositio. num. 4.

Statutum bannitos occidentibus cum impunitatem, ac præmium

1. PRæmitto primo, quod, cum prædictum banniti, seu bannitæ nomen hic à nobis accipiatur pro bannito, seu bannita cum diffidatione, prout superius etiam diximus, proinde videndum in primis 2. est, an mulier non strictè, ut est corrupta, sed late sumpto mulieris nomine, quatenus videlicet sub eo comprehenduntur quæcumque fœminini sexus, simulque præmio, & pœna dignæ, atque capaces sunt, prout videre est apud *Rotam de privilegiis mulierum, cap.* 3. *num.* 1. *& special.* 6. *n.* 67. diffidari, seu foriudicari possit; 3. aliqui enim cum *Follerio in pract. crimin. rubric. foriudicentur, num.* 33. aperte dicunt, quod mulier non potest foriudicari, sicut non potest minor. Et hæc sententia verior, & æquior appellatur à *Garon. de Bannit. art.* 2. *num.* 114. eamque principaliter inde suadens affirmat, quod in mulieribus quoad hoc non militat ea legis ratio, quæ militat in viris. Ubi autem non militat ratio 4. legis, ibi non militat legis dispositio, vulgat. jurib. Mulierum enim sexus adeo fragilis, ac imbecillis, adeoque ab armorum tractatione, & violentiis alienus est, ut ab eis quodvis potius metui possit, quam publicæ quietis turbatio, ad quam evitandam, 5. statutum bannitos occidentibus

bus impunitatem, ac præmium concedit, ideoque dicendum videtur, quod mulieres in dicto statuto sub ipso bannitorum nomine nequaquam comprehendantur; quam sententiam sequitur etiam *Calvin. de aequit. cap.* 41. ubi articulum luculenter examinat, & pro eadem sententia *Campana resolut.* 3. *num.* 1. citat quoque *Farinac. quaest.* 12. *num.* 30. *vers. & idem*: alii vero contrariam omnino sententiam sequuntur, quos refert, ac laudat *Danza in Pugna doctorum, tom.* 1. *tit. de foriudicatis, num.* 32. *& seqq.* ubi *Follerium* dissentientem carere ratione scripsit, *Rota de privilegiis mulier. cap.* 2. *num.* 149. ubi alios allegat. Fundatur autem posterior hæc opinio in
6. eo, quod etiam in odiosis, & pœnalibus masculinum concipit fœmininum, quando materia, de qua agitur, congruit tam masculis, quam fœminis, *Castren. in l. si quis id, quod, n.* 4. *ff. de jurisd. omn. jud. Matthæu. & Sanz. de rer. crim. controvers.* 29. *nu.* 76. ubi tradit, quod fœminæ sub nomine viri comprehenduntur in pœnalibus, itaut ab acerbitate pœnæ non excusentur ob fragilitatem sexus, immo pari pœna puniantur, nisi aliter à Jure expresse cautum reperiatur, prout antea quoque tradiderat *Gallin. de verbor. signif. lib.* 10. *cap.* 21. *num.* 14.
ubi concludit, quod cum mulieribus in casibus tantum à Jure expressis mitius agitur, 7.
ideoque *Carpzou. de jurib. fœmindr. decad.* 1. *position.* 2. *nu.* 27. concludit, quod nec iniquo, nec æquo gravius in fœminas animadvertitur, postquam nec à gravitate criminum atrocissimorum ipsæmet abstinuerunt; sed materia foriudicationis ita cadere potest in masculis, sicut & in fœminis, cum reperiri possit (licet rarissime id contingere soleat) fœmina tam audax, & improba, ut se cætui bannitorum immisceat, & more bannitorum armata enormia quælibet cum iis delicta committat, itaut etiam in ejusmodi fœmina vere concurrant ea omnia requisita, quæ ad eam banniendam, ac diffidandam necessaria sunt, prout aliquando occidisse narrat *Campana d. resol.* 3. *num.* 7. nec non *Jo. Baptista de Thoro in Annotationib. ad Jo. Grand. de bello exulum, in special.* 91. *in princip.*
tunc ergo absque dubio talis 8.
fœmina banniri, ac diffidari poterit, cum tunc ea in ratione dicti statuti, vel edicti com-

comprehensa sit, ut recte dixit *Campana d. num. 7. & Matthaeu. Sanz. ibid. num. 94.* plures foeminas bannitas fuisse dicit cum *Farinac. quaest. 163. num. 64. & seqq.* licet enim hoc videatur habere aliquid ex iniquo, seu crudeli, hoc ipsum tamen utilitate publica compensatur. Unde fit, ut opinio affirmans mulierem bannitam posse impune occidi, quae approbatur etiam à *Matthaeo de criminib. ad tit. de sicar. cap. 2. num. 4.* & communiter recepta dicitur ab eodem *Campana ibid. nu. 4. & 6.* necessario supponat mulierem posse banniri, prout optime dicit *Scialoya in praxi foriudicat. cap. 17. num. 28. in fin.* & in simili arguit, asseritque inevitabile argumentum esse, *Farinac. cons. crimin. 121. nu. 5.* quamvis autem aliqui dixerint mulieres non includi passive in statuto concedente impunitatem bannitos occidentibus, ideoque mulierem bannitam occidi non posse impune, sed eam active tantum includi in dicto statuto, itaut mulier occidere possit impune bannitum, prout sic
8. distinguendo concludit *Caravit. in pragmat. 1. sub num. 152. de exul.* à quo non videtur dissentire *Jo. Baptista de Thoro in annotation. ad Jo. Grand. de bello exulum in 91. special.* nihilominus, quando statutum simpliciter impunitatem, ad praemium concedit occidenti bannitos, tam passive, quam active comprehendit etiam mulieres bannitas, unde, sive mulier occidat bannitum, sive mulier bannita occidatur ab aliis, occidens semper beneficio statuti gaudere debet tam quoad impunitatem, quam quoad praemium, prout habetur ex *Farinac. d. quaest. 103. num. 61. & seqq.* statutum enim, seu constitutio suum assequitur effectum refraenandi bannitorum audaciam, & eorum numerum extirpandi pro publica utilitate, ac quiete non solum, quando mulier bannitum occidit; sed etiam quando quis mulierem bannitam, ac bannitorum more publicae quietis bonum perturbantem occidit, ad quod facit *Pufendorf. elementor. jurisprud. univers. lib. 2. observat. 4. num. 18.* ubi recte dicit non esse interficiendas foeminas, nisi quid peculiariter vindicandum admiserint, aut virilia officia & ipsae usurpent, ut in casu nostro. An autem mulier 9.
bannita, si sit praegnans, impune occidi possit, subtilis quaestio est, ut dixit *Nellus de ban-*

bannit. in 2. *part.* 2. *temp. nu.* 45.
ubi proinde arguit pro vtra-
que parte, adductis variis ra-
tionibus tam pro affirmativa,
quam pro negativa opinione,
unde mirum non eſt, quod
neutra earum careat aſſeclis;
nam pro affimativa, quod
mulier bannita, & ſi prægnans
ſit, vigore dicti ſtatuti, vel
edicti occidi poſſit impune,
*Bertachin. in V. Mulier præ-
gnans*, *Bajard. ad Clar.* §. *homi-
cidium*, *num.* 224. & *Campana
d. reſolut.* 3. *num.* 4. adducunt
Bald. in l. Imperator la 2. *in* 3.
repetit. ff. de ſtatu homin. ean-
demque ſequitur *Berojus conſ.*
196. *nu.* 20. *vol.* 3. quia, inquit,
debet principalis intentio
attendi, non autem id, quod
in conſequentiam inde conti-
git; occidens enim voluit
mulierem bannitam occidere,
& ſic rem licitam facere, non
autem fœtum in ejus ventre
latentem interficere, & *Guaz-
zin. de Pace quæſt.* 61. *num.* 8.
part. 1. Alii autem paſſim pro
negativa ſtant, quos refert, ac
ſequitur *Scialoya d. cap.* 17.
num. 29. quibus addi poſſunt
Amon. Commentar. 112. *Bona-
coſſa in quæſtionib. criminal. V.
Bannitus*, *verſ. ſi quis occidit
Mulierem*, *Plaza* cum multis
aliis, *Epitom. delictor. cap.* 36.
nu. 22. *Sabell. in ſumma diverſ.
tractat.* §. *præmium*, *num.* 7. *verſ.
Item non debetur*, ubi allegat
*P. Manar. Noct. melanconic.
interrogat.* 94. *Carol. Rota de
Privileg. Mulier. cap.* 1. *nu.* 149.
in fin. & *cap.* 2. *num.* 148. Sed
nonnulli rectius, ut puto, 10.
cum diſtinctione reſpondent;
ac utrique opinioni ſatisfa-
ciunt, dando unicuique, quod
ei debetur, dum aſſerunt occi-
denti mulierem bannitam
prægnantem non deberi pœ-
nam, eo quod occiderit mu-
lierem bannitam, cum id uni-
cuique à ſtatuto conceſſum
ſit; ſed pœnam ei deberi, eo
quod tunc etiam occiderit
fœtum non bannitum, quod
nemini à ſtatuto conceſſum
fuit, & hanc diſtinctionem
ſequi videntur tum *Nellus loc.
cit.* ubi ait, ſcit enim, vel ſcire
debet, quod non ſolum ban-
nitam, ſed etiam non banni-
tam creaturam interficit, &
ſic puniri debet, *ibidemque*
concludit verum eſſe, ſive 11.
mulier bannita prægnans ſit
ex licito, ſive ex illicito coi-
tu, tum *Farinac. d. quæſt.* 103.
num. 68. ubi dicit tunc occi-
ſorem mulieris bannitæ præ-
gnantis puniendum eſſe, quia
occidit fœtum non banni-
tum, ſed *num.* 71. ſubdit hoc 12.
procedere, quando occidens
bene ſciebat mulierem ban-

nitam fuisse prægnantem; nõ
autem quando prægnantiam
ejus ignorabat clarius; autem
ita distinguit *Scialoya d. cap.*
17. *num.* 29. ubi expresse dicit,
quod occidens mulierem ban-
nitam prægnantem non puni-
tur respectu dictæ mulieris
occisæ, sed respectu fœtus in
ea latentis, & cum eadem tunc
occisi, ideoque subdit, quod,
si fœtus prædictus erat anima-
tus, occisor punitur pœna
mortis; licet hæc pœna, non
sine ratione *Thesauro decis.* 12.
num. 4. *& seqq.* ubi fuse, ac
docte hoc examinat, displi-
ceat, ideoque mitiorem ap-
probet, nisi dolose, ac appen-
sate fœtus occidatur: si vero
13. fœtus inanimatus erat, pœna
extraordinaria, & ibi plures
alios concordantes allegat;
sicut etiam pro modo, seu
ratione culpæ ab occidente
commissæ in negligentia cogi-
tandi, ac sciendi, an mulier
bannita, quam occidere vole-
bat, prægnans esset, & an fœ-
tus animatus esset, arbitrarie
puniri potest, quia de hoc
cogitare debuit, ut patet ex
Vivio opinion. 770. *num.* 19. &
ex iis, quæ superius diximus,
disp. 2. *cap.* 3.
14. Præmitto secundo, quod,
quamvis mandatum proba-
biliter dictum sit, quasi manu
datum, prout docuit inter
alios *Hahnius ad Uvesembec.*
ff. mandati, vel contra, num. 2.
eo quod veteres in dandis, &
accipiendis mandatis manus
sibi invicem dare consueve-
runt, quem etiam morem in
promissionibus multis multi
adhuc retinent, ac observant;
manus enim tunc fidem signi- 15.
ficat ex *Uvesembec. loc. cit. nu.* 2.
ad quod ibi citat *Virgil.* qui
dixit, *fallere dextram*, pro
fallere fidem, & quamvis ex
Habnio ibid. & *Beleynian. insti-
tut. jur. Canon. lib.* 1. *tit.* 4. §. 5.
mandare, si late, ac genera-
liter accipiatur, nihil aliud
sit, quam aliquid fidei alterius
committere exequendum,
seu aliquid faciendum alicui
committere, ac proinde man-
dati nomen valde late pateat, 16.
ac multipliciter accipi possit,
prout fuse tradit *Alderis. de
symbolic. contractib. tit.* 3. *cap.* 5.
num. 5. & *seqq. Molina de just. &
jur. tract.* 2. *disp.* 549. *num.* 1. &
Ognat. de contractib. tom. 2. *tract.*
12. *disp.* 34. *sect.* 1. *nu.* 4. *& seqq.*
ubi quatuor præcipuas dicti
verbi acceptiones, & varias
mandati definitiones, seu des- 17.
criptiones affert; nihilomi-
nus, cum hic agatur tantum
de mandato ad occidendum
alium hominem, cumque
prædicta occisio, generaliter

loquendo, esse possit vel justa,
vel iniusta, & consequenter
etiam mandatum prædictum
esse possit vel ad delinquendum,
vel ad non delinquendum,
propterea in proposito
18. casu nostro, inspecta mandantis
intentione, agatur de occisione
iniusta, nempe de occidendo
mulierem bannitam,
& prægnantem, prout ex
superius dictis constare potest,
ipsum quoque mandatum
ad occisionem prædictam
faciendam dici potest,
quoad prædictam mandantis
intentionem, mandatum ad
delinquendum, non tamen,
inspecto prædicti mandati
tenore, quia in casu nostro
mandans habuit quidem intentionem
mandandi occisionem
Liviæ bannitæ, ac prægnantis;
sed actu, & re ipsa,
quamvis per errorem, mandavit
occisionem Juliæ similiter
bannitæ, sed non prægnantis,
quæ juste occidi poterat,
sed à mandatariis postea
occisa non fuit, cum etiam
mandatarii per errorem non
Juliam, sed Liviam occiderint;
unde, licet mandantis
intentio fuerit ad delinquendum
(nisi tamen inculpabilis
ignorantia prægnantiæ prædictæ
illam excusaverit) certe
mandatum ipsum mandatariis
datum nequaquam fuit
ad delinquendum, quia Julia,
utpote bannita, & non gravida
juste occidi poterat, *Rota*
cum aliis apud ipsum de *privilegiis
mulierum cap.* 2. *num.* 148.
& seqq. etiam per mandatum,
per assassinium, & proditorie,
ut cum multis superius diximus,
quibus addo *Stephanum
à S. Gregor.* postea visum, de
*præcipuis juris, & justitiæ partib.
cap.* 7. *num.* 12. *& seqq.* ubi
etiam *cap.* 83. *num.* 2. bene 19.
advertit, quod mandatum, si
proprie sumatur, non debet
esse mercenarium, sed gratuitum;
quia, si officium, vel
negotium exequendum fiat,
assignata mercede, tunc non
dicitur mandatum; sed locatio
operarum, *l.* 1. *ff. mandati*,
cum mandatum privatum
proveniat ex amicitia, & benevolentia,
ac voluntarie su- 20.
scipiatur; licet post susceptionem
obliget suscipientem
mandatori. Dixi *mandatum* 21.
privatum, nam publicum,
prout est edictum à Principe,
vel Magistratus edictum,
quod, dum subditis aliquid
mandat, eos ad id exequendum
obligat, atque coactionem
importat, nam tunc mandare
accipitur pro præcipere,
ut docet *Seraphin. decis.* 1212.
num. 3. Immo *Habnius loc. cit.*
num.

num. 3. egregie subdit, quod divisio mandati in gratuitum,
22. & mercenarium, seu non gratuitum, vel coactum non est vere divisio generis in species, sed vocabuli æquivoci in sua æquivocata, cum de forma mandati sit esse gratuitum, ut dixit etiam *Uvesembec. ad tit. ff. mandati, vel contra, nu.* 6. ideoque vere mandatum non sit, nisi nominaliter, quod gratuitum non est, *Alderis. de symbolic. contract. tit.* 3. *cap.* 5. *num.* 2. *Molin. ibidem disp.* 548. *num.* 1. ubi tradit mandatum, si gratis non fiat, sed, constituta mercede aliqua, non esse amplius mandatum, & transire in contractum conductionis quoad mandantem, & locationis quoad mandata-
23. rium. Verum quidem est, quod honorarium, utpote gratuitæ operæ ultronea remuneratio extrinsecus accedens nequaquam mandati naturam destruit, nec inde mandatum desinit esse gratuitum, quia dictum honorarium non fuit constitutum ab initio, ut merces vera, nec inest mandato, sed solum honorandi, vel remunerandi causa datur, vel promittitur: unde nec actione mandati peti potest, *l.* 56. §. *penult. ff. mandati, & l.* 1. *C. eod.*

Præmitto tertio, quod, sicuti non solum banniti occi- 24.
sor, sed etiam is, qui mandavit bannitum occidi, impunitatem consequuntur, quia statutum, vel edictum pemittens bannitum occidi, quamvis loquatur de persona occidentis, & mandans bannitum occidi non occidat bannitum vere, sed tantum ficte, nihilominus comprehendere censetur etiam mandantem, cum edictum sit pro favore publico, ac proinde, qui per se id facere potest, etiam per alium possit, ut expresse docet *Vulpell. cons.* 59. *num.* 16. quem sequitur *Farinac. d. quæst.* 103. *num.* 26. *& seqq.* ubi hanc sententiam sine dubio in praxi receptam esse testatur, sic idipsum quoque dicendum videretur quoad consecutionem præmii bannitos occi-
dentibus à statuto, vel edicto 25.
propositi, si eadem militaret ratio, & non diversa, ut bene advertit in simili casu *Garon. de bannitis, art.* 2. *num.* 116. diversa enim ratio hic militare videtur inter impunitatem, & præmium: ratio enim concessionis præmii non mi-
litat in mandante bannitum 26.
occidi, cum præmium conceditur tantum ob veram occisionem banniti, per quam extir-

extirpantur hostes, & inquietantes bonum publicum; ratio autem impunitatis militat etiam in mandante banniti occisionem, prout militat in auxilium dantibus ad eam, nec non in vulnerantibus bannitum; quamvis eum non occidant, cum ibi pœna esse non debeat, ubi culpa non est, prout nulla est in mandantibus, & procurantibus banniti occisionem juxta statuti, vel edicti permissionem, aut jussionem, quamvis prædicti bannitos vere non occiderint. Statuentes enim publica tantum utilitate moti bannitorum offensionem non certæ personæ, & in illius privilegium; sed universo populo permisere, ut patet ex *Vulpell. cons.* 59. *num.* 17. Unde merentur quidem non pœna plecti, sed non ideo merentur præmio affici, cum id omne non perfecerint, quod omnino requiritur, ut præmium bannitorum occisoribus à statuto, vel edicto promissum lucrentur; num autem mandatarii,
27. à quibus prædicta mulier bannita occisa fuit, vel singuli, vel omnes simul, vel totaliter, vel
28. partialiter, vel unus tantum, & quis eorum, vel ratione temporis, vel ratione percussionis magis, vel minus ad occidendum aptæ præmium antedictum mereantur, satis, ut puto, haberi potest ex alibi à me dictis in *tract. de pollut. Eccles. disp.* 5. *cap.* 18. & 21. ideoque

Dico primo, quod non solum dicta mulier bannita, quæ volens per mandatarios Liviam bannitam, ac prægnantem occidi, in mandato per errorem Juliam pro Livia expressit, sed etiam mandatarii, qui volentes juxta mandatum eis datum Juliam occidere, per errorem Liviam pro Julia occiderunt, nullam saltem in foro exteriori meruere pœnam, quia tam mandanti, quam mandatariis a lege permissum est bannitos diffidatos quomodocumque capere, offendere, ac etiam occidere, ut jam vidimus. 29.
Dixi vero, *saltem in foro exteriori*, quia mulier prædicta, dum mandare voluit occidi Liviam prægnantem, quod illicitum erat, vere ob ejusmodi voluntatis actum culpam in foro interiori commisit; nam, quæ obstant conservationi vitæ matris, obstant etiam conservationi vitæ prolis, ut bene tradit *Pasqualig. de privileg. eor. qui sunt in articulo, vel periculo mortis*, *quæst.* 40. *num.* 7. nisi eam mulierem excusa- 30. 31.

cusaverit aliqua ignorantia inculpabilis, itaut inculpabiliter vel nesciverit non posse licite occidi mulierem prægnantem, quamvis bannitam, vel saltem inculpabiliter nesciverit eam esse prægnantem.

32. Dico secundo, quod, quamvis mandans, & quilibet alius cooperans ad occidendum dictam mulierem bannitam, ac diffidatam mereatur impunitatem prædictam; non tamen quilibet eorum præmium dictam mulierem bannitam occidenti debitum meretur, sed ille tantum, qui vere, ac re ipsa eam occidit: cæteri enim, licet occisioni prædictæ auxilium dederint, vel occidenti animum addiderint, nihilominus eam vere non occiderunt, nec proinde opus illud effecerunt, cui statutum, vel edictum præmii consecutionem adiunxit, il-
33. ludque tamquam antecedens necessarium ad consequens consequendum, ac tamquam prædicti præmii causam esse voluit, quæ semper idcirco effectum præcedere debet, *l. neque, C. de furtis*

34. Colligo, quod, sicuti, quando non constat, quisnam ex pluribus adstantibus vere Titium occiderit, & ideo quæritur, quis ex eis, ac qualiter puniri debeat, ardua multis obducta tenebris, ac longe difficillima quæstio oritur, unde nam argui possit, quod unus potius, quam alius Titium occiderit, ac proinde, an argui debeat ex offensionum à singulis illatarum qualitate, ac multitudine, vel ex graviore, seu leviore singulorum offendentium odio, vel inimicitia in occisum, vel ex prioritate, seu posterioritate temporis, quo unus post alium Titium offenderunt, vel ex singulorum offensionum per se, ac separatim ab aliis, seu simul tantum, atque coniunctim cum aliis sufficientia, vel insufficientia ad Titium occidendum, vel ex diverso uniuscujusque armorum genere ad occisionem prædictam apto, seu inepto, quo singuli offensores usi fuerunt, ut eum occiderent, vel ex eo quod inter offensores unus esset principalis, cæteri vero illius tantum socii, vel etiam ex aliis ejusmodi, ut fuse tradit *Berlich.* cum multis per eum adductis *conclus. practicabil. part. 4. conclus. 11. per tot.* sic etiam idipsum quodammodo dici potest, quando non constat, quisnam ex dictis mandatariis in casu nostro Juliam bannitam re vera occiderit, indeque non

non pœnam, de qua loquitur *Berlich.* ubi supra, sed præmium prædictum mereatur; sed hic advertendum puto, quod præmium à statuto ban-
35. nitos occidentibus promissum non debetur, nisi unicum pro singulis bannitis occisis; etiam si plures sint, qui ad ejusmodi banniti occisionem exequendam actualiter opem suam contulerint; licet
36. enim statutum prædictum uti favorabile juxta multorum opinionem, quæ tamen plures etiam habet contradictores, late sit interpretandum, *Farinac. cons.* 53. *nu.* 11. *& ibi adden. lit. F. Conciol. resolut. crimin. in V. Bannitus, resolut.*
37. 8. *num.* 8. attamen, cum dicti plures non effecerint simul, nisi unicam occisionem, pro qua non nisi unum præmium constitutum est, idcirco non unum unicuique ex interve-nientibus, & cooperantibus ad illam; sed unum tantum iis omnibus simul junctis debetur, *Farinac. d. quæst.* 103. *nu.* 359. ubi hoc in alma Urbe servari testatur, prout idipsum confirmant etiam *Conciol. V. statutum, resol.* 5. *num.* 16. ubi concordantes plures affert, & *Sabell. in summa diverf. tract. tom.* 3. §. *Præmium, num.* 13. *vers. sicuti etiam.* An vero dictum præmium multiplicari debeat pro multiplicitate 38.
bannorum, quibus bannitus adstrictus erat, & an illud inter dictos plures ad banniti occisionem cooperantes dividendum sit æqualiter, vel 39.
major illius pars uni, tamquam principali, aut priori offensori, aut perficienti dictam banniti occisionem ab aliis incœptam, aut magis lethalis vulneris inflictori, cæteris vero minor ejusdem pars danda sit, colligi potest tum ex superius allegatis, tum ex iis, quæ diximus *in tract. de pollut. Eccles. disp.* 5. *cap.* 18. *ubi num.* 3. habetur, quod duæ personæ quintupliciter esse possunt efficientes causæ unius homicidii; pri- 40.
mo, si coniunctim percutiant; secundo, si divisim; tertio, si ambæ certo lethaliter; quarto, si neutra lethaliter, vel dubie tantum; & quinto, si altera lethaliter, altera vero non lethalilter, vel dubie; tum etiam ex aliis, quos refert *Sabell. in praxi universal.* §. *Banniti, &* §. *Præmium*, nec non *in d. summa diverf. tract. tom.* 5. *ad* §. *Præmium, num.* 15. Num autem occidens Bannitum extra Territorium statuti, seu Principis bannientis mereatur præmium, quod in

Oo Ter-

Territorio bannientis à statu-
41. to generaliter concessum fuit omnibus bannitorum occisoribus, affirmative respondendum esse concludit *Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 29. nu. 2.* quem sequitur etiam *Campana resolut. 23. num. 8. in fin.* ubi recte infert, quod lex tunc ipsum occisionis effectum solummodo considerasse videtur, ubicumque is sequatur, & hoc ob publicam utilitatem.



DIS-

DISPUTATIO QUINTA,

AN OCCIDENS UNUM PRO ALIO AD ALIQUAM SATISFACTIONEM TENEATUR.

CAPUT PRIMUM.

Satisfactionis nomen, quo in sensu hic accipiatur.

SUMMARIUM.

Verbum satisfacere *latissime sumptum quid significet num.* 1.
An satisfacere dicatur is, qui facit id, ad quod nullam habet obligationem. num. 2.
Satisfacere late sumptum quid significet. num. 3.
Remunerans beneficium à benemerito acceptum cur satisfacere dicatur. num. 4.
Quid sit satisfacere stricte sumptum. num. 5.
Luens pœnam delicto suo debitam an satisfacere dicatur. num. 6.
Animæ in Purgatorio an Deo læso pro peccatis pœnæ satisfaciant, vel potius satispatiantur. num. 7.
Satisfactio strictissime sumpta quænam dicatur. num. 8.
Satisfactio qua in sensu hic à nobis accipiatur. num. 9. *quomodo differat à restitutione strictissime sumpta. ibid.*
Satisfactio, & restitutio aliquando promiscue sumuntur. num. 10.
Restitutio an aliquando ampliorem habeat significationem, quàm satisfactio. num. 11.
Restitutio an etiam esse possit, sine ulla satisfactione. num. 12.

1. PRæMITTO primo, quod verbum *satisfacere* aliquando latissime accipitur, & videtur idem esse, ac præstare alicui, quantum ei placet, seu alicui præstare, quod ejus desiderium implet, prout colligi potest ex *Coras. ad l. satis acceptio, lit. A. ff. de verbor. oblig. Pereyra Elucidar. lib. 2. elucidat.* 10. *num.* 893. *& Martio Venturin. cons.* 10. *num.* 18. quo in sensu passim quis dicitur satis-

 face-

facere, seu complacere naturæ, cupiditati, suspicioni, amicitiæ, opinioni vel propriæ, vel alienæ, nec non disputationi, ac ejusmodi aliis, itaut tunc satisfacere idipsum significet, quod absque ulla obligatione alicui morem gerere, seu id efficere, quod alicui placet, etiamsi id efficere nullo modo teneatur.

2.

3. Præmitto secundo, quod satisfacere aliquando late sumitur, ideoque tunc is satisfacere dicitur, qui præstat id, quod ex aliqua obligatione præstare debet, sive ea sit ex charitate, sive ex obedientia, vel ex quacumque alia virtute, quo in sensu, qui observat aliquod præceptum, tali præcepto satisfacere dicitur, ad quod observandum ex obedientia solum tenebatur, ut patet ex *Cardinal. de Lugo de just. & jur. tom. 1. disp. 8. sect. 2. num.* 17. nec non qui tantum facit, quantum satis est ad

4. remunerandum beneficium à benemerito acceptum, ut dixit *Azor. institut. moral. lib. 4. cap. 1. vers. satisfacere dicimur:*

5. Præmitto tertio, quod satisfacere stricte quandoque sumitur, ac proinde satisfacere dicitur in foro externo is, qui luit pœnam ex iustitia vindicativa, seu punitiva delicto suo debitam, cum tunc solvat pœnam à lege, vel à ministro legis, aut legis ministerio pro delicto commisso impositam, nec non is, qui pœnam à Sacerdote in Sacramento Pœnitentiæ iniunctam, quæ vulgari nomine Pœnitentia appellatur, libere acceptat, ac subit, is enim in foro interno pro culpæ pœna, quæ remanet etiam post condonatam culpam vel integraliter, vel saltem partialiter, Deo læso satisfacere dicitur; quin etiam animæ ipsæ in Purgatorio Deo læso pro peccati pœna satisfacere dicuntur, licet eæ tunc dici debeant satispati potius, quam satisfacere, cum à libera earum voluntate non dependeat pœnæ, quam patiuntur, executio, ut fuse inter alios tradit *Pereyra in Elucidario, lib. 3. elucidat. 4. sect. 3. num.* 1617. & *Cardinal. de Lugo loc. cit.* ubi etiam quis satisfacere dicitur in hac vita pro pœna Purgatorii tam pro se, quam pro aliis, sive per satisfactionem Sacramentalem, sive per aliam, & multo magis satisfacere dicitur is, qui facit, quantum debet ex obligatione Iustitiæ commutativæ, vel distributivæ, formaliter, vel materialiter læsæ; unde tunc satisfactionis nomen, ut patet

6.

7.

patet ex *Thom. del Bene de juramento, cap. 3. dub. 18. petition. 15. num.* 22. amplectitur tum compensationem pro honore
8. læso, quæ strictissime satisfactio dicitur, ut bene advertit *Petr. à Navar. de restitutione, lib. 1. cap. 2. num. 22. & 23.* tum compensationem, quæ fit pro læsione facta in aliis bonis ab honore diversis, quæ specialissime restitutio dicitur, quibus habitis,

9. Dico, quod satisfactionis nomen hic à nobis in dicto stricto sensu accipitur, quatenus scilicet sub se continet tam compensationem pro iniuria illata, quam restitutionem strictissime sumptam pro damno in aliis bonis dato, ut ex aliis infra dicendis apparebit, unde

10. Colligo, quod, licet restitutio specialiter, ac strictissimæ sumpta, ut mox dictum fuit, sub ipso satisfactionis nomine, ac veluti ejus pars esse videatur; attamen, sicuti satisfactionis nomen ideo nonnunquam promiscue sumitur pro eodem, quo sumitur restitutio, quia in Jure Canonico hæc duo idem significare videntur, siquidem *Gregor. IX. in cap. si culpa, de iniur. & damn. dat.* jubet tam pro damno, quam pro iniuria satisfactionem fieri, significans hoc satisfactionis nomen non solum comprehendere satisfactionem pro iniuria, sed etiam illati damni restitutionem, ut bene advertit *Quadrius in viridario reservato, disp. 3. cas. 10. num.* 1241. sic etiam ipsummet restitutionis nomen tam ample nonnunquam sumitur, ut non solum idem significet, quod satisfactio, prout patet ex *Altenstaig. in Lexico Theologico, V. restitutio, Molina de just. & jur. tom. 3. disp. 714. num. 2. & ex Lugo*, ubi supra; sed etiam ampliorem, 11.
quam satisfactio, significationem habeat, ideoque sit aliquando quasi genus; satisfactio autem quasi species restitutionis; quandoquidem in Jure dicitur restituere natalibus, *l. 2. ff. de natal. restit.* Restituere famæ, *l. 1. §. ait Prætor, ff. de postuland.* Restituere honoribus, & ordini, *l. 1. C. de sentent. pass. & cap. ult. 2. qu. 3.* Restituere causæ, *l. cum Adrianus, ff. de re judic.* ut optime, & fuse tradit *Gabriel a S. Vincentio de just. & jur. disp. 6. quæst. 1. num. 3.* itaut restitutio 12.
esse possit etiam sine ulla satisfactione, ut docet *Altenstaig. loc. cit.*

CA-

CAPUT SECUNDUM.

Occidens unum pro alio an ei, quem illicite occidere conatus est, licet eum non occiderit, nec personam læserit, satisfactionem aliquam præstare debeat.

SUMMARIUM.

PRÆMITTO primo, quod, cum superius *disp.* 4. *cap.* 1. actum sit de pœna, qua legitime à Judice, vel ab alio superiore puniri debet eorum subditus, qui illicite aliquem occidere conatus est, licet eum non occiderit, nec personaliter eum offenderit, nunc agendum est de satisfactione, quam, qui aliquem illicite occidere conatus est, licet eum personaliter non offenderit, eidem etiam, à Judice non coactus, & extrajudicialiter, immo voluntarie præstare debet ob iniuriam tunc illatam ei, quem illicite occidere conatus est; solus 1.
etenim conatus illicite occidendi aliquem iniuriam aliquam eidem infert, ideoque *Seneca de Jra, lib.* 1. *cap.* 3. egregie dixit Iniuriam, qui facturus est, jam facit, & idipsum docuit etiam *Gomez.* cum multis ab eo citatis *variar. resolut. tom.* 3. *cap.* 6. *num.* 3. *Berlinger. Gypsius* in libro, quem Italice scripsit, ac inscripsit *La Spada di honore part.* 2. *sub num.* 11. nec non *Pereyra in Elucidario, lib.* 2. *elucidat.* 10. *sect.* 1, *sub num.* 893. *vers. satisfactio proprie*, quibus etiam adhæret *Guazzin. de pace, quæst.* 50. *num.* 14. & 15. ubi cum multis 2.
ab eo adductis tradit, quod explo-

explodens archibusium adversus aliquem absque alia offensione rumpit pacem cum illo, immo *Farinac. cons. 36. num. 6. & ibi addentes lit. B.*
3. *V. minans* inferunt, quod etiam per solas minas, & manus elevationem ad effectum illicite percutiendi, quamuis nulla sequatur percussio, iniuria infertur, ad quod quamplures alii concordantes allegantur, inter quos *Vulpel. cons. 51. & cons. 82.* nec non de *Promissionib. quæst. 90. cum Bartol.* ibi citato rationem affert asserendo, quod, cum illicite
4. offendere vere sit iniuriam inferre, offendere autem sit alium ad justam iracundiam provocare, *Herculan. de cautione de non offendendo, cap. 25. num. 1.* proinde fit, ut is etiam iniuriam inferat, qui illicite
5. offendere conatur: sola enim intentio illicite offendendi offendit, si ea quomodolibet
6. actu aliquo exteriori exprimatur, ut expresse asserit *Bajard. ad Clar. §. Iniuria, nu. 1.* & *Gypsius ibid.* nec non in libro inscripto *Pareri Cavalereschi, voto 10. sub num. 12.* Unde *Herculan. in d. tract. de cautione de non offend. cap. 29. nu. 12.* dicit, quod offensio, ut sit justa causa
7. ad rumpendam pacem, sufficit, quod sit in potentia proxima actui; licet non in ipso actu, dummodo tamen sit illicita, nam offendere non semper iniustum, ac illicitum est, & consequenter non semper iniuriam infert offenso, ut 8.
jam innuimus, & non modo satis ex se vere patet, verum etiam fuse, ac abunde constat ex *Viv. decis. 197. nu. 27. ac seqq.* ubi animadvertendum esse dicit, quod quinque modis, quos *ibid.* recenset, aliqualiter hominem licitum est nedum offendere, sed etiam eum occidere, cum iniuria ex eo dicta sit, quod non Jure fiat. 9.
Canis. in summa jur. Canon. lib. 3. tit. 10. de Iniuria.

Præmitto secundo, quod, 10.
cum ob illatam iniuriam vel Civiliter, vel Criminaliter, ut etiam in cæteris delictis, agi possit, *Clar. §. Iniuria, num. 4. Sabell. in summa, §. Iniuria, num. 6.* vel etiam extrajudicialiter, de qua *Gypsius*, ubi supra scilicet per compositionem, vel remissionem ad peritorum arbitrium, quod tamen juxta iniuriæ qualitatem decernendum est, idcirco ante omnia inspici debet, cum plures sint Iniu- 11.
riarum gradus, *Bajard. ibid. num. 47.* undenam prædictæ iniuriæ gravitas, aut levitas æstimanda sit, ut ea iniuriæ satis-

satisfactio succedat, quæ ad ipsius iniuriæ mensuram recte in tali casu commensurata
12. censeatur, prout vere commensurari debet, ut per satisfactionem tantum fiat, quantum satis sit iniuria affecto ad compensationem, *Pereyra Elucidarii lib. 2. elucidat.* 10. *sect.* 1. quæ est *de Iniuriis num.*
13. 893. *in fin.* Iniuria enim pro diversa personæ iniuriatæ, & iniuriantis, causæ, loci, temporis, modi, ac aliarum circumstantiarum qualitate diversimode quoque gravis, aut levis æstimatur: unde in prædicto casu nostro ratione personæ iniurantis, ac iniuriatæ gravior æstimatur iniuria, quæ à persona laica, vel inferioris conditionis fit Ecclesiasticæ personæ, vel laico in dignitate constituto, vel consanguineo, seu coniuncto, vel honestis mulieribus, vel aliis iniuriante majoribus, quibus ab eo specialis honor debetur, quam, quæ personis iniurianti paribus, vel eo inferioribus, vel qualitate prædicta carentibus infertur; ratione vero causæ, loci, modi, ac aliarum circumstantiarum augetur iniuria, si ea temere, vel publice, vel coram Magistratu, vel in loco Sacro, vel proditorie fiat, prout hæc, & ejusmodi alia fuse videri possunt apud *Donel. de jure civili, lib.* 15. *cap.* 25. *Bajard. ad Clar.* §. *Iniuria, num.* 47. *Gomez. loc. cit. num.* 5. *Farinac. quæst.* 105. *num.* 24. *& seqq. Scanarol. de visitatione Carcerator. lib.* 2. *cap.* 2. §. 35. *num.* 51. & 52. nec non *cap. seq. per tot. Leonem in praxi ad litteras Pœnitentiariæ part.* 3. *in Formula absolution. pro laico, qui manus violentas, &c. vers. Quænam satisfactio, & seqq.* ubi etiam recte subdit, prout antea quoque dixerat *Moneta de conservatoribus cap.* 8. *num.* 185. quod iniuriæ æsti- 14.
matio fieri debet, habito respectu ad tempus, quo iniuria illata fuit, non autem ad tempus, quo de illa æstimatio fit: fieri enim potest, ut persona iniuriata postea facta fuerit vilior, vel honestior, ideoque mutata sit illius conditio, & qualitas, quæ iniuriæ antea illatæ gravitatem, vel levitatem non mutat, *Haunold. de jur. & just. tom.* 1. *tract.* 2. *controvers.* 8. *num.* 571. ubi quoque refert tritum illud

His tribus ex causis iniuria dicitur atrox,
Facti, Personæ, vel ratione loci.

& *Sabell. in summa divers. tract. tom.* 2. §. *Iniuria, num.* 5. ubi plures alios idipsum pertra-

ctantes refert.

Præmitto tertio, quod, cum à volente illicite occidere unum, quem tamen actu non occidit, iniuria inferatur
15. non solum homini, quem occidere conatus est; sed etiam Deo, ac proinde ab iniuriante duplex etiam satisfactio, altera Deo, altera homini debeatur; earum prima, ut expresse tradit *Carbo de restitut. quæst. 3. vers. est au-*
16. *tem satisfactio*, exhiberi potest per solos etiam actus internos voluntatis; hoc est per pœnitentiam, quæ non solum novæ vitæ propositum, sed etiam perpetrati peccati detestationem includit; secunda vero, quæ homini exhibenda est, nisi valide is iniuriam sibi factam remiserit, exhiberi etiam potest per solos actus externos necessario quidem à voluntate imperatos, ut bene tradit *Suarez tom. 4. disp. 4. sect. 81. §. ultimo declarari, in fin.* sed non necessario coniunctos cum satisfacientis voluntate bene affecta, & in melius mutata; cum homines externam reconciliationem respiciant, & cor intueri nequeant. Dixi autem, *nisi valide is iniuriam sibi factam antea remiserit*; multa enim sunt, in quibus homo non potest valide assensum præbere, ac propterea in his scienti etiam, & volenti fieri 17.
possit iniuria, prout patet ex *Moneta de conservationib. cap. 7. num. 91.* ubi recte probat regulam prædictam intelligendam esse in iis duntaxat, quæ à volentis tantum arbitrio, vel voluntate pendent, quæque in illius libera dispositione sunt, *Caramuel in Prodromo Dialexis de non certitudine, num. 228. vers. regula XXVII.* ubi asserit, quod, qui cognoscit alterius uxorem, adulterium committit, licet mariti scientia, & consensus adsit, ac proinde recte infert, quod regulæ prædictæ interseri, vel subintelligi debet particula ista, & *consentire potenti*, tunc enim verissimum est, quod volenti, consentienti, & consentire potenti non fiat iniuria; quibus adhæret, ac alios quoque refert *Nidus in comment. de regul. jur. in 6. regul. 27. num. 26. & 48.* ubi asserit dictam regulam intelligi de bonis, quorum homo est verus Dominus, quia in his volenti, & consentienti non fit iniuria, cum eorundem vere sit dominus, & ipsis renuntiare possit, non autem in iis bonis, quorum tutor, & custos tantum est. Unde hic etiam inspici

debet,

debet, an is, cui iniuria illata est à conante illum occidere illicite, quamvis non occiderit, dictam iniuriam iniurianti valide remittere possit; sibi enim debitam pro iniuria satisfactionem remittere non potest, qui est alteri subditus, ut Uxor, filius, religiosus, *Sà in aphorismis*, §. *Iniuria*, *vers. non tenetur*, *Nidus*, *ibid. num.* 49. nec non *Haunold. de jur. & just. tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 2.
19. *num.* 15. *& seqq.* ubi docte, ac dilucide distinguit voluntatem propriam cessivam Juris efficacem, ab inefficaci, dicitque voluntatem tunc efficacem esse, quando à nulla superiore potestate inhabilitatur; inefficacem autem esse, quando inhabilitatur; prout
20. inhabilitari constat in pupillo, minorenne, coniuge, filiofamilias, &c. qui, etiamsi alteri cedere conentur, nequeunt Jus suum sibi abdicare, quin alter maneat obligatus ad illud non lædendum, vel, si læsit ad illud reparandum, lege videlicet altiore resistente, propter bonum Reipublicæ hoc exigentis, cum ad rectam Gubernationem spectet Potestas, etiam subditis invitis, quandoque eorum Jura conservandi, unde *num.* 118. *&* 124. concludit, quod consentienti voluntate efficaciter cessiva Juris non fit iniuria ullo modo, sed consentienti voluntate inhabilitata ad cedendum Juri suo adhuc fit Iniuria.

Dico, quod occidens unum 21.
pro alio, quia tunc iniuriam intulit ei, quem illicite occidere conatus est, eidem satisfactionem illam exhibere tenetur, quæ ad prudentis viri arbitrium prædictam iniuriam, si hæc antea valide remissa non fuit, sufficienter compensare valeat; prout satis ex jam dictis liquet: iniuria enim obligationem habet ex delicto, quam non solum pœnitentia, sed satisfactio 22.
ipsa dissolvit, *Tholosan. syntagm. jur. univers. part.* 3. *lib.* 38. *cap.* 1. *num.* 13. *Valer. in differentiis utriusque fori*, §. *Remissio iniuriæ*, *differ.* 7. *num.* 1. *vers. Dico igitur*. Dixi vero *ad prudentis viri arbitrium*, quia olim, ut habetur ex §. *Pœna autem*, *instit. de iniuriis*, *& ex Bartol. in l. Iniuriarum* 21. *num.* 2. *ff. de iniuriis* pœna pro illata iniuria ex prætoris lege committebatur arbitrio ipsius iniuriati, qui medio Juramento coram Judice deponebat se iniuriam sibi illatam tanti æstimare, & secundum id, quod iniuriatus æstimabat, reus con-

demnabatur; sed, quia iniuriis
affecti in æstimandis iniuriis
sibimet illatis aliquando mo-
dum excedebant, ideo pœnæ
taxatio Judicis arbitrio relicta
fuit, qui propterea Reparator
apellabatur, *Mynsinger. in §.*
pœna autem, instit. de iniur. Leo
in dicta Praxi M. Pœnitentiar.
part. 3. pag. mihi 266. vers. Ar-
23. *bitrio tuo*. Qua ratione autem
iniuria honorem lædens, qui
pluris ab hominibus æstima-
tur, quam quodvis aliud hujus
vitæ bonum, satis compensari
queat, egregie tradit *Carbo d.*
tract. de restitut. quæst. 14. vers.
Tertia dubitatio, ubi respon-
det, quod, ut homines hono-
rem magni faciunt, ita etiam
pro suo arbitrio quasdam inve-
nerunt rationes, per quas ho-
nori iniuste sibi ablato satis-
fieri posse putant: quare, ubi
ea satisfactio data fuerit, quæ
sufficiens putatur, plene pro
illata iniuria satisfactum esse
putandum est, & is, cui antea
iniuria facta fuit, nihil am-
plius pro ea requirere debet;
unde *Bossius de jubilei Privileg.*
sect. 1. cas. 21. §. 2. num. 14. &
seqq. asserit verius esse, quod,
24. & si damnum illatum per iniu-
riam pecunia compensari non
possit, debet tamen dari com-
pensatio possibilis arbitrio
boni viri; quando enim majus
bonum compensari nequit ad
æqualitatem, tenemur saltem
ad minus, & ad id, quod pos-
sumus, quia non repugnat
naturæ debiti, quod pro ma-
jori exigatur minus.

Colligo, quod, cum ex 25.
quovis delicto in aliquem
facto non solum pars, quæ
iniuriam passa est, verum
etiam Deus, & Respublica
offendantur, ut optime dixit
Valer. de different. utriusque fori,
§. Remissio iniuriæ, diff. 3. vers.
in foro vero, ideoque intersit
etiam Reipublicæ, quod cri- 26.
mina non remaneant impu-
nita, *l. vulneratus, ff. ad l. Aquil.*
nec Jus publicum pactis pri-
vatorum mutari queat, *l. Jus*
publicum, ff. de pactis, proinde
Judex pro interesse publico,
non obstante, quod vere satis- 27.
factio ab offendente data sit
parti offensæ, & hæc iniuriam
acceptam remiserit, vel con-
donaverit, adhuc iniuriantem
punire poterit, quia per di-
ctam satisfactionem, vel re-
missionem non tollitur, quin
ipsa Respublica fuerit Læsa,
& contra iniuriantem agere 28.
possit, *Farinac. quæst. 105. nu.*
364. prout, filio remittente
iniuriam sibi factam, pater,
qui non remisit, & in quem
iniuria facta filio resultavit,
iniuriarum actione agere po-
test,

teſt, *l. 1. §. uſque adeo, ff. de iniuriis*, & in prædictis ita ſentiunt multi, *Farinac. d. quæſt. 105. num. 159. & ſeqq.* & cum prædictis *Valen. & Nid. ubi ſupra*. An autem ei, qui fuit
29. iniuria affectus, poſt acceptam ſatisfactionem pro iniuria ſibi facta liceat adhuc agere in foro Judiciali, & iniuriantem accuſare, ut is etiam Reipublicæ per debitas pœnas ſatisfaciat, prout alius quiſpiam licite id efficere poteſt, videri poſſunt *Carbo d. tract. de reſtit. quæſt. 14. verſ. ſecundum dictum*, & *Guazzin.* cum multis *de pace, part. 1. quæſt. 9. num. 48. & ſeqq.* ubi etiam habetur, an per pacem, & remiſſionem iniuriæ tollatur, quin offenſus agere poſſit ad damna, expenſas, & intereſſe, ad quod multas diſtinctiones, nec non opinionum varietates affert. An autem Iniuriarum
30. actio vel active, vel paſſive tranſeat in hæredes, etiamſi mortuus illatas ſibi iniurias ignoraverit, patere poteſt ex *Farinac. d. quæſt. 105. num. 169. & Carpzou. rer. criminal. part. 2. quæſt. 65. num. 8. & quæſt. 96. num. 24. & ſeqq.* ubi cum pluribus aliis id bene diſcutiunt, diſtinguunt, ac decidunt.

CAPUT TERTIUM.

Occidens culpabiliter unum pro alio an ad reſtitutionem aliquam teneatur.

SUMMARIUM.

Reſtitutio pro damno cuipiam culpabiliter, ac iniuſte illato an ſit vere pœna delicti, vel quid ab ea diverſum. num. 1.

Qui Talionis pœnam pro delicto perſolvit, an ad reſtitutionem etiam damnorum ex eo ſecutorum teneatur. num. 2.

An aliquando reſtituendum ſit damnum, quamvis inculpabiliter illatum fuerit. num. 3.

Reſtitutio pro damno illato, ad quam quis à Judice condemnatur, an ſit proprie pœna. num. 4.

Reſtitutio quid ſit. num. 5. Unde oriatur. num. 6.

Culpa Juridica cur ſic appelletur. num. 7. an aliquando coniuncta ſit cum Theologica. num. 8.

Culpa ex delicto quam diverſa ſit à culpa ex contractu. nu. 9.

Reſtituendi obligationem indubitanter oriri ex dolo, & culpa communiter à Doctoribus traditur. num. 10. an dicta obligatio naſcatur etiam ex culpa levi, vel leviſſima, controverſum

tutio-

tutionem; non autem in occisione unius pro alio. num. 34.
An aliquando sub culpa tantum levi quis obligetur ad restitutionem damni gravis. n. 35.

PRæMITTO primo, quod, cum superius *disp.* 2. *cap.* 3. & *disp.* 4. *cap.* 1. fuse dixerimus, quid, & quotuplex sit culpa tam in foro interno, quam externo, nec non quam pœnam mereatur occidens culpabiliter unum pro alio, nunc, iis omissis, agendum est, an occidens culpabiliter unũ, dum alium occidere volebat, pro tali occisione ad restitutionem aliquam teneatur:
1. restitutio enim pro damno cuipiam culpabiliter, ac iniuste illato vere pœna delicti non est, immo est quid valde ab illa diversum. Pœna siquidem imponitur, & irrogatur in vindictam publicam, estque compensatio iniuriæ, quæ Reipublicæ illata fuit; restitutio autem liberat à debito, quo quis ex justitia non vindicativa, sed commutativa ipsimet læsæ parti tenetur, nam per delicti pœnam Reipublicæ quidem satisfit, sed non parti, quæ damnum passa est, & cui illud solvi debet ex naturali obligatione, ad quam æquitas obstringit, etiamsi juxta probabiliorem opinionem delinquens Talionis 2.
pœnam persolvisset, *Covar. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 2. *circa medium*, *Less. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 22. *Comitol. respons. moral. lib.* 4. *quæst.* 11. *num.* 7. & etiamsi 3.
damnum ei sine culpa illatum fuisset, ut aliquando contingere potest; unde prædicta restitutio pro damno illato, etiamsi ad illam quis à Judice 4.
condemnetur, nunquam proprie pœna dici poterit, ut egregie tradunt *Valer. de differ. utriusque fori*, *§. Restitutio*, *differ.* 43. & *Gibalin. de universa negotiat. lib.* 6. *cap.* 2. *art.* 5. *num.* 9. nec non *cap.* 5. *art.* 3. *num.* 4. ubi concludit, quod restitutio est actus justitiæ, non pœna iniustitiæ, cum sit reparatio æqualitatis, ad quam 5.
justitia ex sua natura obligat; unde *Giurba in consuetud. Messanenses*, *cap.* 2. *gl.* 8. *num.* 3. optime concludit, quod necessitas restituendi, vel satisfaciendi non oritur ex pravi- 6.
tate intentionis, quæ licet sit contra charitatem, tamen restituendi necessitatem non inducit, sed oritur ex damno iniuste, & ex culpa dato, ideoque ex Justitia commutativa, ad quod innumeros allegat.

Præmitto secundo, quod, cum in occidente culpabiliter

unum

7. unum pro alio culpa esse possit vel Juridica tantum, quæ sic appellatur, quasi vim tantum
8. obtineat in Jure, ut dixit *Gibalin. loco mox citato*; vel theologica tantum, vel utraque simul, proinde videndum hic est, quænam, qualis, & quo in foro culpa ex delicto tan-
9. tum inducat obligationem ad aliquam restitutionem. Dixi autem *ex delicto tantum*, quia de illa tantum hic agitur, non vero de culpa ex contractu, vel officio, in qua, sicuti diversa militat ratio, sic etiam diversa est restitutionis obligatio, ut inter alios bene advertit *Petr. Navarra de resti-*
10. *tut. lib. 2. cap. 1. num. 51.* Quamvis ergo juxta communem Doctorum sententiam, de qua testatur, eamque probat dictus *Navarra ibid. num. 53. vers. & primum* indubitatum videri possit, quod non tantum ex dolo, verum etiam ex lata culpa in utroque foro, de qua inferius agemus, incurratur restituendi obligatio, quia, inquit, tunc voluntarie, ac iniuste damnum datur; nihilominus vere indubitatum nō
11. est, quod quispiam ex culpa levi, aut etiā levissima dictam restitutionis obligationem incurrat, vel non incurrat: nam Canonistæ plures cū *Glossa in cap. consulvisti 2. quæst. 5.* aperte tenent, quod etiam de levi, ac levissima, nec tantum in foro judiciali, & externo, sed etiam in foro interno, & in conscientia quispiam ad illati damni restitutionem teneatur, ut videre est apud *Filliucium Moralium tom. 2. tract. 32. cap. 2. num. 34.* ubi tamen asserit probabiliorem, & com- 12.
muniorem esse aliorum sententiam, quod ex dolo, & culpa lata tantum teneatur quis citra contractum, & officium in conscientia ad restitutionem, immo *num. 35.* subdit culpam latam ad hoc, ut quis obligetur ex ea in 13.
foro conscientiæ, debere esse peccatum mortale, quia culpa venialis non est actus perfectus in ratione iniuriæ, nec proinde ad restitutionem obligat sub mortali, nec desunt, qui asserunt cum *Thomasio, Decad. 4. part. 2. tract. 4. tit. 12. num. 689. & Trullench. tom. 2. lib. 7. cap. 6. dub. 3. num. 13.* inferentem damnum ex aliqua culpa teneri ad restitu- 14.
tionem pro qualitate culpæ, &, si dubitetur, an culpa sit gravis, vel levis, teneri ad dimidium damnorum, prout 15.
nec desunt, qui sentiant eum, qui dat operam rei illicitæ, prout in casu nostro, teneri ad

16. ad restitutionem damni inde secuti, etiamsi omnem debitam diligentiam adhibuerit, prout videre est apud *Vasquez de restitution. cap.* 2. §. 2. *dub.* 3. ubi etiam ipse cum aliis ibidem allegatis oppositam sententiam amplectitur, eamque bene probat, quia, inquit, tota ratio restituendi est, quod
17. damnum illatum voluntarium sit inferenti saltem in ipsa damni causa, unde sive is det operam rei licitæ, sive illicitæ, inde non est sumendum voluntarium, & consequenter id est impertinens ad Restitutionem; prout idipsum docent etiam *Thomasius loc. cit. sub num.* 689. nec non *Gibalin. ibid. sub num.* 21. & *Trullench. ibid. num.* 7.

Præmitto tertio, quod, quamvis regula communiter in jure recepta sit, quod valet argumentum de foro externo
18. ad forum internum, & è converso, ut patet ex *Valer. de differ. utriusq; fori, in præludiis, num.* 38. aliquando tamen
19. culpa in foro externo adeo discrepat à culpa in foro interno, ut sæpe apud Juristas lata, aut etiam latissima culpa sit; apud Theologos autem in foro conscientiæ nulla sit, & è contra, quæ apud Juristas culpa levis, aut levissima dicitur, sit in conscientiæ foro gravis, & mortalis, ut optime dixit *Tanner. tom.* 3. *disp.* 4. *quæst.* 6. *dub.* 2. *num.* 34. idcirco pro clariore cognitione diversitatis inter obligationem in foro vel externo, vel interno, vel in utroque simul ad restituendum damnum, quod ab occidente unum pro alio non sine aliqua culpa illatum est, in primis adverti debet cum *Azor. instit. moral. part.* 3. *lib.* 4. *cap.* 7. *Thom. del Bene in tract. de radice restitutionis, dub.* 3. *Cardin. de Lugo de just. & jur. tom.* 1. *disp.* 8. *sect.* 3. prædictam diversitatem obligationum 20.
fori externi, & interni non solum oriri ex eo, quod forum externum sæpe, ut supra innuimus, nititur præsumptionibus, quæ cessant in foro interno, ubi veritas stat contra præsumptiones; sed etiam ex eo, quod leges Civiles, quæ restitutionem imponunt pro damno alicui culpabiliter illato, cum ad Cives diligentiores reddendos ob publicam utilitatem institutæ sint, respiciunt ad omissionem diligentiæ quoad forum exter- 21.
num, & sic quasi pœnales sunt, quibus hoc commune est, ut 22.
non obligent ante Judicis sententiam, nec post mortem eorum, à quibus damnum

illatum fuit, detur ex prædi-
23. ctis legibus actio adversus eorum hæredes, nisi lis ante dictam mortem contestata fuerit, ut inter alios bene tradit *Thom. del Bene d. tract.* 5. *dubit.* 1. *sect.* 2. *num.* 11. unde mirum non est, quod prædictæ leges, ut sentiunt multi cum prædicto *Del Bene ibid.*
24. *dubit.* 3. *num.* 4. receptæ non sint in foro conscientiæ, ac proinde multa liceant in foro interno,
25. quæ non licent in externo, & è converso, ut cum pluribus secum adductis dixit etiam *Valer. in dictis præludiis sub*
26. *num.* 27. ubi subdit, quod, licet lex humana multa toleret, quæ sunt contra Jus naturale, ac divinum, ob pacem, & tranquillitatem Reipublicæ, & ob vitanda majora mala, nec non aliis ex causis, inter quas *Tamburin. in decalog. lib.* 6. *cap.* 4. §. 3. *num.* 34. duas refert, ne scilicet detur ansa excusandi delicta, & ut puniatur malus animus iniuste occidendi hominem jam factus externus per intentationem homicidii: in foro tamen conscientiæ nihil illorum toleratur, nec tolerari potest, quia in eo Jus naturale, ac divinum inviolabiliter servatur; ex quibus omnibus utrinque recte perpensis

Dico, quod occidens cul- 27.
pabiliter, ac iniuste unum pro alio, si culpa juridica tantum fuit, pro tali occisione non tenetur in foro conscientiæ sub ullo peccato ad ullam damnorum inde secutorum restitutionem, nisi post Judicis sententiam, & condemnationem ad ea restituenda; si vero culpa non Juridica tan-
tum, sed etiam Teologica, & 28.
gravis fuit, tunc in foro interno, ac etiam ante omnem Judicis sententiam, ad omnem restitutionem prædictam tenetur; in foro autem exter-
no ad eam tantum, quæ juxta 29.
varias factorum, ac personarum qualitates prudenti Judicis arbitrio justa, & æqua decernitur. Quæ conclusiones patere mihi videntur tum ex prædictis, tum ex infra dicendis. Quamvis enim obligatio restituendi ex delicto
non sit proprie pœna, ut jam 30.
dictum fuit; pœnam tamen aliquomodo imitatur: unde, sicuti non est obligatio ad pœnam, ubi non præcessit culpa, nec est obligatio ad pœnam gravem, ubi non præ-
cessit culpa gravis, sic etiam 31.
obligatio in foro interno ad restituendum graue damnum debet oriri ex culpa gravi contra justitiam, prout optime

arguit

arguit *De Lugo d.sect.5.* & cum eo quamplures alii *ibid.* allegati, *num.* 56. quibus etiam addi possunt *Gratian. disceptation. forens. cap.* 970. *num.* 19. *Valer. ibid. V. damnum, different.* 1. *num.* 4. *Coton. controversiar. lib.* 2 *controv.* 9. *cap.* 1. *num.* 13. *Tamburin. in decalog. lib.* 6. *cap.* 4. §. 3. *num.* 30. *& seqq. Caspens. in cursu Theologico tract.* 18. *disp.* 1. *sect.* 6. *num.* 61. *Franc. Staiban. in summa Princip. princip.* 121. ubi fuse hoc probat, & contrariis respondet, *Haunold. de jure, & just. tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 2. §. 3. *num.* 191. *& seqq.* unde

32. Colligo, quod, sicuti votum, v. g. recitandi quotidie Canonicas horas, vel Rosarium, si non plene, nec integre voluntarium fuit emittenti, ad nihil omnino eundem obligat, sic etiam actio exterior occidendi unum pro alio,

33. nisi sit plene, ac integre voluntaria occidenti, ac formaliter, & proprie iniuriosa personæ, quæ fuit occisa, ideoque sit verum homicidium, nullo modo ad ullam restitutionem obligat ejusmodi occisorem. Dixi autem *nullo modo*, quia talis occisio, cum ad nihil restituendum obliget, proinde talis occisor nec etiam sub aliquo veniali peccato partem ullam damni dati restituere tenetur, ut expresse tradunt *De Lugo ibid. num.* 58. *ac Tamburin. loc. cit. num.* 31. *&* 33. nec non ante ipsos *Henriquez* cum pluribus aliis *lib.* 13. *cap.* 3. *num.* 1. ubi absolute asserit veniale peccatum non satis esse pro obligatione restitutionis, *Coton.* ubi supra, *d. num.* 13. ubi recte infert, quod, licet 34. ad inducendam obligationem restituendi sub veniali peccato sufficiat aliquando culpa Theologica venialis, ut in furto levi plene voluntario, in quo levitas culpæ, & obligationis oritur tantum ex levitate materiæ, minime tamen sufficit culpa venialis orta ex defectu iniuriæ formalis, ac plene voluntariè, etiamsi tunc materia vere sit gravis, *Del Bene*, ubi supra, *dubit.* 3. *nu.* 1. *&* 2. ubi aperte statuit nullam simpliciter in prædicto casu oriri restitutionis obligationem, quia, inquit, mirum 35. esset, quod quis sub culpa tantum levi obligetur ad restitutionem damni gravis, prout hoc ipsum etiam fuse comprobat *Januar. moral. resolut.* 54. *num.* 7. *& seqq.*

❧❧

CAPUT QUARTUM.

Occidens unum pro alio ex lata culpa an æque, ac ex dolo ad restitutionem teneatur.

SUMMARIUM.

Lata culpa cur regulariter dolo æquiparetur. num. 1.

Jura loquentia de dolo per dictiones taxativas an præsumantur loqui etiam de culpa lata. num. 2.

Dolus, & lata culpa sæpe distant ad invicem. num. 3.

Latæ culpæ, ac doli æquiparatio multas patitur limitationes. num. 4.

Pœna corporalis an iniungi possit non solum ex dolo, verum etiam ex lata culpa. num. 5.

An dolus, & lata culpa æquiparentur in pœnalibus, & maleficiis. num. 6.

Quæstio de latæ culpæ, ac doli æquiparatione ab aliquibus satis dubia dicitur. num. 7.

Restitutio quid sit. num. 8. *ex iustitiæ læsione oritur. num.* 9.

In restitutionis obligatione ex delicto quænam considerari debeant. num. 10.

An, & quomodo pœna, & restitutio tum iniuriæ, seu culpæ, tum damno per iniustam læsionem illato respondeant. num. 11.

Restitutionis quantitas non ex iniuriæ gravitate, sed ex damni quantitate desumi, ac æstimari debet. num. 12.

Ubi culpa major, ibi pœna major esse debet. num. 13.

Occidens unum pro alio ex lata culpa æque, ac ex dolo ad restitutionem tenetur. nu. 14.

Quod lata culpa sufficiat ad restitutionis obligationem inducendam, an communis sit opinio. num. 15.

An eadem omnino damni restitutio tam ex lata culpa, quam ex dolo debeatur. num. 16.

Tam furans clam mille aureos, quam per vim totidem rapiens, cur ad æqualem restitutionem teneantur. num. 17.

Iniuria in rapina violenta major est, quam in furto simplici. num. 18.

Homicida proditorius an teneatur ad majorem restitutionem, quam non proditorius. nu. 19.

Damnum qui dedit ex lata culpa, & non ex dolo, an tam in foro interno, quam in externo ad restitutionem teneatur. num. 20.

Culpa lata in delictis obligans ad restitutionem qualis esse debeat. num. 21.

An aliquando culpa, quæ in foro externo lata dicitur, in interno

interno levis, aut nulla sit. num. 22.

Cur aliquando in foro externo ex culpa levi, ac etiam levissima quis ad restitutionem damnetur. num. 23.

1. PRÆMITTO primo, quod ratio dubitandi esse potest, quia, licet lata culpa regulariter dolo æquiparetur, ideoque dolo proxima dicatur, & jura loquentia de dolo, etiam per dictiones taxativas, cujusmodi sunt *solum*, *tantum*, *duntaxat*, ac similes
2. aliæ, præsumantur etiam loqui de culpa lata; unde aliquando in Jure dispositio loquens de dolo comprehendit latam culpam, & lata culpa pro dolo ipso accipitur, prout videre est apud *Bargal. de dolo lib. 5. cap. 2. Farinac. quæst. 87. nu. 14. & seqq.* ubi plures textus, ac Doctores idipsum confirmantes allegat; nihilominus mul-
3. ta sunt, in quibus dolus, & lata culpa distant ad invicem, & diverso Jure censentur, pro qua diversitate *Bargal. ibid.* plures enumerat casus, in quibus diversitas prædicta palam elucescit, ideoque *d. lib. 5. cap. 3. num. 2. ac 3.* latam culpam dicit esse culpam gravem; dolum vero esse culpam gravissimam, ex quibus satis apparet, quod à nobis non immerito dubitandum fuerit, an in proposito etiam casu nostro quoad inducendam restitutionis obligationem idipsum dicendum sit de culpa lata, quod alibi de dolo ipso dicitur.

Præmitto secundo, quod, 4.
quamvis prædicta latæ culpæ cum vero dolo æquiparatio multipliciter à multis limitetur, ut patet ex *Bargal. d. cap. 2. num. 20. & seqq.* ubi undecim limitationes, ac effectuum differentias inter dolum, ac latam culpam enumerat, & inter eas eam in primis affert, ac probat, quæ asserit ex dolo pœnam sanguinis, vel 5.
aliam corporalem iniungi posse, non autem ex lata culpa, ad quod plures alios refert, quibus addi potest *Ant. Burgos. in repet. cap. cognoscentes, de constitut. num. 75.* ubi lata culpa 6.
dicitur similis dolo in contractibus; non tamen in pœnalibus, *Hippol. Riminald. in cap. 1. de offic. deleg. num. 54.* ubi tradit culpam, & dolum in maleficiis non æquiparari *Ayrer. de homicidio, part. 2. num. 102.* ubi cum multis ab eo citatis ait, quod lata culpa dolo non æquiparatur in criminalibus, *Farinac. d. quæst. 87. num. 18.* qui cum pluribus aliis de communi


muni teſtatur, & *Sabell. in*
ſumma diverſ. tract. tom. 1. §.
culpa num. 3. ubi cum *Pac.*
Jordan. Lucubration. vol. 3. *lib.*
14. *tit.* 13. *nu.* 149. tenet latam
culpam in contractibus, &
pœnis pecuniariis æquiparari
dolo, ſecus autem in delictis,
& quoad pœnas corporales;
attamen alii prædictam limi-
tationem expreſſe impu-
gnant, ut patet tum ex *Bargal.*
ibid. num. 49. *& ſeqq.* ubi pro
hac ſententia *Angelum Salyc.*
& Zaſium adducit, tum
etiam ex *Farinac. d. quæſt.* 87.
num. 19. ubi pro eadem allegat
Bartol. & Marſilium, quibus
adhæret quoque *Mangrella in*
addit. ad Bartol. in l. ſi dolo malo,
§. *non autem*, *verſ. Nota ſi quis*,
7. ex quibus apparet hanc quæ-
ſtionem ſatis dubiam eſſe,
prout eam talem dixit *Carbo*
de reſtitut. quæſt. 71. *in fin.* Qua-
mobrem
8. Præmitto tertio, quod,
cum reſtitutio ſit damni iniu-
ſte dati ſecundum arithme-
ticam æqualitatem reſtaura-
tio, ut ex communi Docto-
rum ſententia traditur à *Thom.*
Del Bene, *de radice reſtitutionis*,
dubit. 1. *num.* 1. *& ſeqq.* ac
9. proinde reſtitutionis obliga-
tio ex Juſtitiæ læſione oriatur
(qui enim Juſtitiam non læſit,
ad reſtitutionem nō obligatur)
inde fit, ut in reſtitutionis
obligatione ex delicto, de
qua hic agitur, conſiderari
debeant tum culpa, ſeu iniuria 10.
in lædendo iniuſte alium, tum
damnum inde ſecutum, prout
bene advertit inter alios *Molin.*
de juſt. & jur. diſp. 715. *num.* 5.
& 6. ubi propterea ſubdit, 11.
quod iniuriæ, ſeu culpæ à læ-
dente iniuſte alium commiſ-
ſæ, & præciſe à damno dato
ſumptæ reſpondet non reſti-
tutio, ſed pœna, qua juſte, ac
æque puniri debet, qui dam-
num iniuſte dedit; ipſi autem
damno iniuſte illato reſpon-
det non pœna, ſed reſtitutio,
quæ illud læſionem paſſo
refarciat, & compenſet ad
æqualitatem, ideoque quan-
titas reſtitutionis, prout opti- 12.
me dixit *Leſſius de juſt. & jur.*
lib. 2. *cap.* 9. *dubit.* 21. *ſub num.*
134. *& Gibalin. de univerſa*
rerum humanar. negotiat. tom. 2.
lib. 6. *cap.* 7. *art.* 3. *num.* 3. ſumi-
tur, & æſtimatur ex quantitate
damni per iniuriam illati, non
ex gravitate iniuriæ; licet, ubi 13.
culpa major eſt, major etiam
pœna, non vero major reſti-
tutio reſpondere debeat; cum
enim iniuria non inferat obli-
gationem reſtituendi, niſi pro
damno ſolum iniuſte illato,
conſequenter fit, ut, qualis
eſt ipſius damni iniuſte illati
quan-

quantitas, talis esse debeat ipsamet ejusdem damni restitutio, non autem major, aut minor restitutionis quantitas, prout major, aut minor fuit in damno inferendo iniuriæ, atque culpæ gravitas; quod clare patet ex jam dictis, & ex traditis à *Lugo de just. & jur. tom.* 1. *disp.* 11. *sect.* 1. *num.* 25. quibus stantibus,

14. Dico, quod occidens unum pro alio ex lata culpa æque, ac ex dolo ad restitutionem tenetur; cum enim ad restitutionis obligationem sufficiat
15. damnum ex lata culpa datum, ut jam diximus, & expresse tradit *Petr. Navarra de restitut. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 53. ubi testatur de communi, & *Carbo de restitut. quæst.* 71. *vers. secunda sententia*, ubi plures concordantes adducit, cumque damnificantis dolus non augeat ipsius damni, sed iniuriæ, seu culpæ tantum quantitatem, idcirco
16. eadem omnino damni restitutio tam ex lata culpa, quam ex dolo dati debetur; sicuti
17. æqualis debetur restitutio tam ab eo, qui mille aureos clam furatur, quam ab eo, qui totidem per rapinam, & vim abstulit, licet istius culpa gravior sit, quam illius; damnum enim in utroque casu est æquale, ac proinde restitutio ipsa, quæ ex æquali damno consurgit, æqualis etiam esse debet; 18.
quamvis iniuria major sit in rapina violenta, quam in simplici furto, ut optime dixit *Lugo loc. cit.* nec non *Stephan. à S. Gregorio de restit. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 7. ubi cum *Azor.* & aliis concludit, quod occi- 19.
dens alium proditorie, insidiose, &c. non tenetur ad majorem restitutionem, quam occidens alium modo minus iniurioso, quia restitutionis quantitas non nisi ex damni iniuste dati quantitate desumitur.

Colligo, quod commune illud Doctorum assertum, de quo testatur cum multis aliis *Ferretus in repetitione cap. quoniam contra, de probat. num.* 72. ex quibus expresse traditur, 20.
eum, qui ex dolo, vel lata culpa damnum dedit alicui, teneri ad illud resarciendum, nedum in foro contentioso Canonico, vel Civili, sed etiam in conscientia, intelligi debet de culpa lata, nedum Civili, sed etiam Theologica, 21.
itaut sit etiam culpa gravis in foro interno; culpa enim illa, ex qua in delictis, ac extra contractum restitutionis obligatio inducitur, & de qua tantum nos hic agimus, aliquando in foro externo lata dici-

dicitur, ac pro lata reputatur; in foro autem interno vere,
22. nulla, vel levis tantum est, ut ex superius dictis patet, & ex *Valer. de different. utriusq; fori*, §. *damnum*, *differ*. 9. *num*. 1. quæ culpa in prædicto casu nullam parit obligationis restitutionem in conscientiæ foro, ut jam diximus; licet in foro exteriori, qui damnum
23. ex levissima etiam culpa intulit, aliquando ad restitutionem damnetur, ut dixit *Thomasius de executor. ultim. volunt. num*. 1038. & *Alloza in floribus summar*. §. *Restitutio*, *sect*. 1. *num*. 7. Jura enim culpam considerant pro foro suo externo, & juxta eam sequendo præsumptiones fori sui externi sententias ferunt, ut bene dixit *Tamburin. in decalog. lib*. 8. *tract*. 3. *cap*. 2. §. 4. *num*. 1. & *Mendo in Epitom. opinion. moral*. §. *Restitutio*, *num*. 46. *in fin*. quia, inquit, culpa in foro externo accedit ad dolum.



CAPUT QUINTUM.

Occidens unum pro alio an præcise pro ablatæ vitæ damno quidpiam restituere debeat.

SUMMARIUM.

Cur in foro externo præcise pro vitæ ablatæ damno homicida nihil restituere cogatur. nu. 1.

Vita, vel corpus hominis liberi, quo in sensu communiter nullam æstimationem recipere dicantur. num. 2.

Pro vitæ ablatione cur in aliquibus locis reus à Judice ad aliquid solvendum condemnetur. num. 3.

Occisor cur ex delicto amittat Jus succedendi occiso. num. 4.

Num in foro interno aliquid præcise pro vitæ damno debeatur, magna est inter doctores dissensio. num. 5.

Damnum vitæ quomodo secundum aliquos compensari possit, ac debeat. num. 6.

Personæ occisæ qualitas, & occidendi modus an restitutionem augeant. num. 7.

Talionis pœna, vel capitis sententia num homicidii damnum, ac iniuriam omnem compenset. num. 8.

Pœnæ cur à Judice delinquentibus infligantur. num. 9.

Re-

1 PRÆMITTO primo, quod in foro externo pro vitæ, vel membri ablatione, nullam pecuniariam, vel alterius generis satisfactionem deberi expresse fatetur *Azor. instit. mo-*

ral. part. 3. lib. 5. cap. 3. verſ. in hac re, & *Raynaud. de virtutib. & vitiis*, *lib. 3. ſect. 3. cap. 7. num.* 305. ubi teſtatur univerſi orbis, & omnium tribunalium praxim eſſe, ut pro vita alteri erepta nullum reſtituendi onus imponatur homicidæ, cum nec Jure Canonico, nec Civili iniuſtus occiſor ad talem reſtitutionem obligetur: vita enim, vel corpus
2. hominis liberi nullam recipit æſtimationem, hoc eſt nullo humano pretio compenſari poteſt, cum dicta bona ſupra omne pretium humanum, & altioris ordinis, ac diverſi generis ſint, ut patet ex *textu in l. ex hac*, *ff. ſi quadrupes*, *in l. fin. ff. de iis*, *qui dejec. in l. liber homo*, *ff. ad l. Aquil. ex Gloſſ. in cap. 1. de iniur.* nec non ex communi Doctorum opinione, de qua teſtantur *Valer. de differ. utriuſque fori*, *§. Reſtitutio*, *differ.* 45. *in princip.* & plures alii, quos citat, ac ſequitur *Gabriel. à S. Vincentio de juſt. & jur. diſp. 6. quæſt. 6. §. 8. num.* 131. itemque *Coton. controverſiar. lib. 2. controv. 9. cap. 4. num.* 103. ubi præ cæteris allegat *Cardin. de Lugo*, *Sfortiam Pallavicinum*, *& Martinum de Eſparza* (quos jure, ac merito tres magnos præſentis ſæculi viros appellat) niſi forte aliud alicubi ex peculiari aliqua lege, vel legitima conſuetudine ſervan- 3.
dum ſit, prout multis in locis juxta communem eorum obſervantiam, teſte dicto *Valer. ibid.* pro vitæ ablatione, ac membrorum mutilatione vel compoſitio aliqua pecuniaria fit, in qua partes ipſæ conveniunt, vel reus à Judice ad aliquid ſolvendum condemnatur in lenimentum doloris, vel caſtigationem iniuriantis, prout etiam idcirco legibus 4.
conſtitutum eſt, ut occiſor ex delicto amittat jus ſuccedendi occiſo, *l. cum ratio*, *§. fin. ff. de bonis damnator. l. indignum*, *C. de his*, *quæ ut indignis auferunt. Haunold. de jur. & juſt. tr. 2. cap. 6. controverſ. 5. num.* 661.

Præmitto ſecundo, quod, 5.
an in foro interno aliquid in noſtro caſu ante Judicis ad id condemnantis ſententiam reſarciri debeat, magna eſt inter Doctores diſſenſio; multi enim non ſolum ex antiquioribus, verum etiam ex recentioribus, qui videri poſſunt apud dictum *Gabriel. à S. Vicentio*, *ubi ſupra*, *num.* 130. & fuſius apud *Tanner. tom. 3. diſp. 4. quæſt. 6. dub. 4. num.* 110. cenſent damna illata in vita, membris, honore, aut fama, ſi

si aliter compensari nequeunt, ea pecuniæ quantitate compensari posse, ac debere, quæ boni viri arbitrio taxabitur,
6. considerata occisi conditione, & occisionis modo; quo enim major est occisæ personæ æstimatio, & sævior occidendi
7. modus, eo major restitutio facienda est, ut prædictæ opinionis sectatores tradunt, à quibus non dicordat *Petrus à S. Ioseph. in Idea Theol. moral. lib. 4. cap. 12. vers. dico primo*, ubi concludit, dicendo, si pro vita equi compensatio aliqua facienda est, quid ni pro vita hominis? ex quibus tamen aliqui sic eandem sententiam temperant, ut ea locum non habeat, quando, qui occidit,
8. justam Talionis pœnam in Judicio subivit, prout videre est apud *Dianam part. 5. tract. 4. resolut.* 60. ubi plures affert, quos ipsemet sequitur, asserentes probabile esse, quod capitis sententia iniuriam omnem, ac damnum homicidii compenset, & apud eundem *Tannerum ibid. num.* 113. ubi tamen ipse recte cum pluribus aliis omnino dissentit, ideoque concludit, quod restitutionis obligatio (si aliquid pro vitæ, vel corporis damno restituendum esset, prout prædictæ sententiæ sequaces putant) per dictam publicam pœnam non tolleretur, quia, ut jam diximus, pœnæ infli- 9.
guntur à Judice, non ut parti læsæ compensetur; sed ut iniuria legibus, ac Reipublicæ illata vindicetur, aliisque terror incutiatur, prout expresse tradit, ac bene probat *Comitol. respons. moral. lib. 4. quæst.* 11. *num.* 7. ac optime post quamplures alios, quos ibid. allegat, ratiocinatur *Mallet. moral. Theolog. tom.* 2. *malleat.* 28. *tract.* 2. nec non *Raynaud. de virtutib. & vitiis, lib.* 3 *sect.* 3. *cap.* 7. *num.* 304. & *Nicolius in flosculis, §. Homicidiū, nu.* 3. sicut etiam ex prædicta ratione fit, ut, quamvis occisus, vel ejus hæredes omnem iniuriam, & omne damnum remiserint occisori, non proinde remissa fuerit pœna delicti, quam 10.
nihilominus Judex ob Reipublicæ bonum occisori juste infligere potest; remissio enim ab occiso, vel ejus hæredibus facta, ut occisorem non relevat ab obligatione satisfaciendi Deo pro iniuria ei per homicidium illata, ita neque ab obligatione subeundi pœnam à Judice infligendam pro iniuria, & damno Reipublicæ illato, dum contra ejus leges homicidium commisit, eamque uno ejusdem membro

privavit, cum remissio prædi-
11. ctarum iniuriarum Deo, ac
Reipublicæ factarum nulla-
tenus ad occisum, neque ad
ejus hæredes spectet, ac pro-
12. inde nemo remittere possit
ea, quæ alteri debentur, prout
neque Princeps remittere
censetur homicidæ obligatio-
nem restituendi damna tem-
poralia ex homicidio secuta,
cum dicta restitutio jure na-
turæ debeatur, licet aliquando
ex justa causa Princeps con-
donet homicidæ pœnam deli-
cti, ideoque vitam, qua ob
delictum privandus erat, ut
bene tradit *Gabriel. à S. Vin-
centio de just. & jur. disp. 6. quæst.
6. §. 13. num.* 156. sed multo
plures ex adverso, & multo
probabilius tenent, neque in
13. foro interno quidquam tem-
porale ab occidente, vel ejus
hæredibus ex Justitia resti-
tuendum esse ante Judicis
sententiam præcise pro vita
hominis liberi iniuste occisi,
aut pro aliis corporalibus
damnis, sed tantum pro dam-
nis realibus, sive temporali-
bus, si quæ inde secuta sunt,
vel sequantur (de quibus infe-
rius distincte agetur) hanc
enim sententiam tenent *Albe-
ricus*, *Panormitanus*, *Gomez*,
Navarrus, *Petrus Navarra*,
Azor. & Angles, quos refert,

ac sequitur *Sanchez lib. 1. consil. cons. 4. num. 7. Bannes*, & *Victoria*, quos refert, ac sequitur *Vasquez de restitut. cap. 2. §. 3. dub. 6. num. 17. Hostiens. Covarr.* & alii, quos refert, ac sequitur *Turrian. disp. 28. dub. 1. & Lessius de justitia, & jur. lib. 2. cap. 9. dub. 23. nu. 141.* quibus etiam passim jam accedunt recentiores, *Filliucius*, *Gordonus*, *Layman*, & *Becanus*, quos refert, ac sequitur *Diana*, ubi supra, *resolut.* 54. nec non *Tamburin. in Decalog. lib. 6. cap. 4. §. 3. num. 22. Valer. in differ. utriusque fori, §. restitutio, differ. 45. vers. Alii vero putant. A S. Fausto in speculo, disp. 25. quæst. 23. num. 3. Mazuchel. de casib. reservat. disp. 2. cap. 7. difficult. 5. num. 158. Gabr. à S. Vincent. d. disp. 6. quæst. 6. §. 8. num. 131. Bassæus in floribus, §. homicidium 3. num. 5. vers. alii tamen, Reginald. in prax. lib. 10. cap. 22. sect. 2. num. 318. Steph. à S. Gregorio de restit. cap. 10. num. 8. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 8. dub. 2. num. 3. Caspensis de restitut. disp. 3. sect. 6. num. 51. Gibalin. de universa rerum humanar. negotiat. tom. 2. lib. 6. cap. 7. art. 3. num. 1. & 7. Thomasius de executor. ultim. volunt. tract. 4. tit. 12. num. 678. Haunold. de jur. & just. tom. 1. tract. 2. cap. 6. controvers. 5. num. 662. & seqq.*

Mendo

Mendo in Epitom. opinion. moral. §. *Restitutio*, *nu.* 4. & alii apud ipsos. Hujus autem sententiæ potissimum fundamentum
14 est, ut jam diximus, quia vitæ damnum est irreparabile, nec ullus est, cui fieri possit restitutio, cum nec homini occiso vita, vel æquivalens restitui possit ab homine, sed à solo Deo, qui solus vitæ dominus est, nec etiam occisi hæredibus, ad quos non vitæ ipsius, neque corporalium bonorum, sed familiarium, ac realium tantum hæreditas transit; ideo autem vitæ damnum irreparabile dicitur, quia vita, cum alterius generis, altiorisque ordinis sit, in commutationem pro pecunia, vel aliis hujusmodi bonis venire, ac quasi venalis fieri non potest.

Præmitto tertio, quod, cum bona spiritualia non sint inferioris ordinis, sed altioris, quam bona corporalia, proinde à multis etiam controver-
15 titur, an ex Justitia ipsum vitæ damnum saltem aliquo spirituali bono resarciri debeat, vel ad suffragium animæ occisi ab occisore, vel ab ejus hæredibus; aliqui enim cum *Scoto*, *Gabriele*, *Adriano*, & *Angelo* relatis à *Lessio de just.* & *jur. lib.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 25. *cum D. Antonin. Almain. Rosell. Cajetan. Armill.* relatis à *Comitol. ubi supra*, *num.* 3. nec non cum *Clar. Roland. à Valle*, *Fernandez. Molina*, & *Rebellio* relatis à *Diana*, *part.* 5. *tract.* 4. *resol.* 55. docent satisfactionem pro damno personali fieri posse per suffragia pro anima occisi, & homicidam ad hoc non solum ex charitate, sed etiam ex Justitia teneri, cum quibus etiam stat *Ancharan. quæst.* 40. *num.* 8. & *seqq. Farinac.* cum multis *quæst.* 119. *num.* 204. & *Intrigliol. singular. lib.* 1. *singul.* 11 *num.* 1. ubi dicit homicidam teneri ad interesse animæ occisi, scilicet ad dandum, ut pro ea fiant orationes, jejunia, eleemosinæ, & hujusmodi secundum facultates ipsius homicidæ. Alii autem contrariam sequuntur opinionem cum *Becano*, *Azorio*, *Filliucio*, & *Diana*, qui *loc. cit.* prædictos refert, ac rationem affert, quia 16
nemo tenetur damnum resarcire ex bonis diversi generis, ac ordinis, si in eodem non possit, cum bona tantum ejusdem generis, ac ordinis inter se commensurari, & ad restitutionis qualitatem idonea esse possint. Ejusdemque opinionis sunt *Bartholomæus à S. Fausto in specul. disp.* 25. *quæst.* 26. ubi asserit hanc esse 17
concordem Theologorum sen-

sententiam, quia bona spiri-
tualia sunt altioris ordinis,
quam corporalia, ideoque
non possunt esse debita pro
damno vitæ, quæ per talem
compensationem non resti-
tuitur nec in se, nec in æqui-
valenti: pro qua etiam senten-
tia *Sotum*, *Rodriquez*, *&* *Les-
sium* allegat, quibus addi pos-
sunt *Caspens. d. tract.* 18. *disp.* 3.
num. 53. ubi tradit, quod pro
bono vitæ ablatæ non debetur
ex Justitia compensatio in
bonis alterius generis, *Ray-
naud. d. tract. de virtut. & vitiis,
lib.* 3. *sect.* 3. *cap.* 7. *num.* 305.
18 ubi concludit, quod, cum
vitæ damnum sit irreparabile,
censetur transire in nudam
iniuriam, pro qua nec in eo-
dem, nec in diverso genere
ulla restitutio ex Justitia de-
betur, *Stephan. à S. Gregorio,
vbi supra, num.* 13. *quia*, inquit,
bona spiritualia non sunt pre-
19 *tium vitæ*, ad quod *Sylvestrum*
allegat, & alios, *Gibalin. d. tom.*
2. *de negotiatione*, *lib.* 6. *cap.* 7.
art. 3. *num.* 7. *in fin. Bonacin. de
restit. disp.* 2. *quæst. ult. sect.* 2.
punct. 1. *num.* 12. *De Lugo de
just. & jur. tom.* 1. *disp.* 11. *sect.*
1. præcipue *num.* 14. *Mallet.
ubi supra, tract.* 1. *vers. Res-
pondeo secundo*; asserens, quod,
qui restituere non potest dam-
num corporale, non tenetur
illud restituere in bonis spiri-
tualibus, nec non *Tamburin. in
Decalog. d. lib.* 6. *cap.* 4. *§.* 3.
num. 22. ubi absolute, ac bre-
viter, prolixis rationibus obie-
ctionumq; solutionibus omis-
sis, quæ apud præcitatos videri
possunt, statuit nihil nec spi-
rituale, nec temporale pro
vitæ damno ex obligatione
restituendum esse, cum qui-
bus proinde [illegible]

Dico, quod occidens cul- 20
pabiliter unum pro alio nihil
nec temporale, nec spirituale
præcise pro ablatæ vitæ dam-
no neque ex justitia, neque
ex charitate cuiquam resti-
tuere tenetur; quod satis con-
stare videtur ex rationibus,
& authoritatibus mox allatis;
præcipue vero ex *Sanchez.
consilior. moral. lib.* 1. *cap.* 4. *dub.*
1. *num.* 5. ubi docet, quod, 21
cum res spirituales, & sacræ
non sint pretia vitæ, nec alte-
rius temporalis rei, non tene-
tur quisquam in eis restituere;
restitutio enim tendit ad fa-
ciendam æqualitatem in rebus
ejus ordinis; ibidemque sub-
dit se non approbare illorum
opinionem, qui putant occi-
sorem teneri saltem ex cha-
ritate ad restitutionem in re-
bus spiritualibus pro damno 22
vitæ, quia, inquit, nullibi tale
præceptum invenio, ideoque
So-

Sotus, *Lopez*, & quidam eruditi magistri dicunt esse tantummodo saluberrimum consilium, non autem vere præceptum, prout etiam idipsum habetur etiam ex *Carbon. de restitut. quæst.* 12. *conclus.* 3. qui asserit spiritualem restitutionem esse ex consilio, & inter opera perfectionis, non autem obligationis, *Reginald. in prax. lib.* 10. *cap.* 22. *num.* 319. ubi ait dictam satisfactionem commendandam esse homicidæ à confessario, non præcipiendam, *Filliuc. d. tract.* 32. *cap.* 8. *num.* 205. *in fin.* ubi tradit, quod est bonum consilium, & æquitati naturali conforme, si ejusmodi satisfactio à Confessario imponatur occisori pro anima occisi, *Homobon. de examine Ecclesiastico*, *part.* 2. *tract.* 10. *cap.* 4. *quæst.* 9. *resol.* 3. *vers. tandem*, ubi concludit, quod Confessarius ex Consilio, & æquitate naturali debet imponere occisori, ut pro anima occisi aliquas preces fundat apud Deum, & aliqua sacra celebrari faciat, *Sayr. in clavi regia*, *lib.* 11. *cap.* 2. *num.* 4 *vers. Tertium autem*, ubi omnino cum præcitatis concordat, subditque satis esse, quod occisor pro damno naturali satisfaciat Deo per pœnitentiam,
23 cum solus Deus vitæ Dominus sit; nec non *Layman. lib.* 3. *tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 6. *num.* 2. *vers. Deinde eadem assertio*, ubi in fine dicit, quod in foro interno decet, (non autem debet) Confessarium imponere homicidæ pro satisfactione preces, sacrificia, &c. applicanda pro anima occisi, *Basseus*, §. *Homicidium* 3. *num.* 7. & *Sabel. d.* §. *Homicidium*, *num* 10.

Colligo cum *Gibalino* superius allegato, *num.* 7. quod, quamvis occidens mancipium, aut servum alterius teneatur ejus domino restituere damnum, quod ipse mancipii dominus inde passus est; ejusmodi tamen restitutio domino non debetur præcise pro vitæ ablatione, quam servus passus est, cum servi 24
quoque vita præcise sumpta inæstimabilis, ac irreparabilis sit, sed pro damno, quod in rebus externis passus est servi dominus ob dictam illius mortem, ex qua dominus servilibus operibus ab occiso eidem præstandis privatus fuit, quod vere pretio æstimabile, ac proinde reparabile damnum est: quo in sensu passim dici solet, quod mancipii, aut servi vita pretio æstimatur, & quoad æqualitatem restitui potest, cum sit quod-

dam

dam externum Domini bo-
num, non secus ac vita Ju-
menti, aut bovis occisi, prout
videre est apud *Filliucium mo-
ral. tom. 2. tract. 32. cap. 8. num.
301. in fin. & Raynaud. ubi su-
pra, num. 305. vers. egi tamen.*
26 An autem ab occisore satisfa-
ciendum sit occiso pro facul-
tate merendi, & satisfaciendi
Deo, qua occisus postea iniu-
ste privatus mansit, respon-
dendum videtur cum *Bassaeo
in floribus theolog. moral. d. §.
homicidium 3. num. 7. vers. sed*
27 *dices*, quod, cum meritum
proprium alteri donari non
possit, itaut fiat meritum alte-
rius, dicta merendi facultas
occiso sublata irreparabilis est,
non secus ac vita ipsa eidem
erepta, idcirco nec ad resti-
tutionem obligat, ut patet ex
*Stayban. in summa Principior.
princip.* 118. ubi cum *Vasquez
de restitutione, cap. 3. dub.* 3.
28 generaliter statuit, quod res
non restituibilis, & pretio non
æstimabilis non obligat ad
restitutionem. Quo vero ad
dictam satisfaciendi faculta-
tem, cum satisfactio alteri
communicari possit, *Petr. Na-
varra de restitut. lib. 3. cap. 1.
num.* 44. putat homicidam pro-
babiliter teneri satisfacere pro
dicto damno, si occisus erat
fidelis, & verisimile erat occi-
sum in hac vita satisfacturum
fuisse; nam tunc iniuste ille
impeditus fuit, ne postea satis-
faceret; verum tamen *Bassæus
ibidem* concludit, quod hæc
obligatio non ita in usu esse 29
videtur, eamque nullam esse
patet ex *Raynaud. ibid. n.* 307.
ubi statuit nullam pro dam-
nis spiritualibus, quatenus
talia sunt, & irreparabilia eva- 30
serunt, restitutionem deberi;
licet, qui tale damnum spiri-
tuale intulit, is ad omnia dam-
na in aliis bonis inde secuta te-
neatur, nec non ex *Tamburin.
d. lib. 6. cap. 4. §. 3. num.* 20.
ubi cum *Lessio d. lib. 2. cap. 9.
dub. 25. num.* 150. absolute tra-
dit pro bonis spiritualibus,
quæ fecisset occisus, si vixisset,
nihil deberi ab occisore, quia
prædicta facultas merendi,
vel satisfaciendi, qua occisus
privatus fuit, non potest ullo
opere nostro compensari, sicut
nec vita; neque constat, an
occisus aliqua satisfactione
privatus sit, neque utrum
satisfactio, quam homicida
pro eo exhibebit, illi profu-
tura sit: si enim occisus esset
in inferno, dicta bona spiri-
tualia nihil ei prodessent,
prout neque potest certa satis-
factionis mensura constitui,
quam homicida exhibere de-
beat, ideoque in tanta prædi-
ctæ

ctæ obligationis, quantitatis, ac utilitatis incertitudine, ac indeterminatione probabilius videtur, quod nihil ab occisore ob dictam privationem debeatur. Quod etiam approbatur à *Sanchez. d. lib.* 1. *consilior. moral. cap.* 4. *dub.* 1. *num.* 5. *in fin.* ubi propterea infert, quod tale damnum non solet restitui, & quod ei non placet eorum opinio, qui dicunt homicidam in damni spiritualis compensationem teneri satisfacere orationibus, si verisimile erat, quod ille vivens pro suis peccatis satisfaceret, ibidemque concludit, quod cæteri absolute dixerunt esse tantum consilium. Idipsum autem ob easdem rationes traditur etiam à *Bartholom. à S. Fausto d. disp.* 25. *quæst.* 26. *num.* 3.

CAPUT SEXTUM.

Occidens culpabiliter se ipsum pro alio an aliquid alicui restituere teneatur.

SUMMARIUM.

Directa sui ipsius interfectio an, si propria authoritate fiat, semper certo illicita sit. nu. 1.

Suicidium, Homicidium personale, Propricidium, & Authochiria *quid sint. nu.* 2.

Se ipsum interficere undenam illicitum sit. num. 3.

Decalogi præceptum non occidendi cur prohibeat etiam sui ipsius occisionem. num. 4.

Se ipsum interficiens quandonam intestabilis fiat. num. 5.

aliquando Ecclesiastica privatur sepultura. num. 6.

Statutum permittens bannito sui ipsius occisionem an valeat. num. 7.

Clericus se ipsum occidens an Excommunicationem incurrat. num. 8.

Occidens se ipsum contra quam virtutem faciat. num. 9.

Qui se ipsos occidunt, cur desperati vocentur. num. 10.

Nemo ad Restitutionem proprie dictam tenetur, nisi qui contra Justitiam proprie dictam facit. num. 11.

Violatio Justitiæ mere distributivæ, vel legalis an ad restitutionem obliget. num. 12.

An aliquando in violatione Justitiæ distributivæ imbibatur etiam violatio Justitiæ commutativæ. num. 13.

Quandonam distributio bonorum communium sit ex Justitia commutativa, non autem distributiva. num. 14.

An quandoque certior sit assertio,

tum passus est, quandonam in Judicio dicti damni restaurationem petere possit nu. 38.

1 PRæmitto primo, quod, quamvis directa sui ipsius interfectio, quam multi cum *Caramuele Theologiæ fundamental. lib.* 2. *fundament.* 55. *quæst.* 7. *num.* 2628. *suicidium* dicunt; alii apud *eundem in*
2 *Theologia Præterintentionali*, *cap.* 3. *nu.* 2319. eam *homicidii personalis* nomine intelligunt; nonnulli cum *Gomezio de potestate in se ipsum, lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 3. *Propricidium* appellant; aliqui autem cum Græcis *Autochiriam* vocant, certo semper illicita sit, si propria authoritate fiat, prout de communi Doctorum sententia testatur *Lessius de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 6. *num.* 20. & *Filliuc. moral. tract.* 29. *cap.* 4. *num.* 62. nihilominus incertum, ac valde controversum est, undenam illicita, & quo
3 Jure prohibita sit; aliqui enim putant, quod se ipsum interficere ideo non liceat, quia quilibet Jure naturæ se conservare tenetur, & consequenter ipsamet sui ipsius interfectio cuilibet ab ipsa lege naturali prohibetur, ut dixit *Aragon. de just. & jur. quæst.* 64. *art.* 2. *vers. His ergo interpretationibus*. Fusius autem, & cum multis aliis tum Jurisperitis, tum Theologis, *Gomez ibid. num.* 2. Alii dicunt suicidium idcirco illicitum esse, quia lege divina positiva prohibitum est. *Exodi* 20. *Non occides*, nec non in quin- 4
to Decalogi præcepto non occidendi, quo non tantum aliorum, sed multo magis sui ipsius occisio cuilibet homini prohibetur, ut dixit *Tholosan. syntagm. juris universi lib.* 36. *cap.* 22. *num.* 5. qui enim se ipsum occidit, hominem occidit, ut docet *Augustin. de Civitate Dei, lib.* 1. *cap.* 17. & 20. Aliqui etiam affirmant prædictum sui homicidium crimen esse, quia est contra leges tam Canonicas, quam Civiles, cum se ipsum perimere nulla legis authoritate alicui permittatur, ut patet ex *textu, & gloss. in Can. si non licet, & can. Placuit*, 23. *quæst.* 5. ideoque tenent, quod se ipsum 5
metu criminis interimens intestabilis fiat juxta *textum in l.* 1. & 2. *C. de bonis eorum, qui sibi mortem consciverunt*, eique sepultura in loco sacro juste denegetur, prout etiam cum multis tradit *Roland. à Valle consilior. lib.* 3. *cons.* 20. *num.* 15. & *seqq. Peregrin. de jure fisci, lib.* 4. *tit.* 4. *num.* 10. & 11. nec

non *Barbos. de jur. Eccles. univers. lib.2. cap.10. num.* 49. unde *Jacob. de Bellovis. in pract. judiciar. tit. de quæstionibus, & qualitate tormentorum, num.* 115.
6 dicit suicidam dolore, vel tædio vitæ ideo sepulturæ Caninæ tradendum esse, ut memoria ejus aboleatur, & *Antonius Burgos. in repetit. cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut. nu.* 184. *& seqq.* asserit, quod nec
7 valeret statutum, per quod alicui sui ipsius occisio permitteretur; etiamsi bannitus is esset, qui se ipsum occideret; prout communis quoque
8 opinio est, quod Clericus se ipsum occidens, mutilans, vel percutiens excommunicationem incurrat juxta *Can. si quis, suadente Diabolo* 17. *quæst.4. & Can. contingit, de sentent. Excommunicat.* ex quibus idipsum etiam confirmat *Franciscus de Magistris sylvæ Ecclesiast. lib.2. cap.* 17. *num.* 2.
9 unde non minus quoque ab authoribus passim controvertitur, contra quam virtutem is faciat, qui se ipsum occidit: nam aliqui dicunt, quod contra Justitiam, pro qua opinione multos allegat *Gomez. d. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 6. eamque receptissimam esse affirmat: alii, quod contra charitatem sui ipsius, quos refert, ac sequi videtur *Sayr. Clavis Regiæ lib. 7. cap. 9. num.2.* nonnulli, quod contra fortitudinem, cum non fortis, sed timidi animi sit se ipsum occidere ad se ab angustiis liberandum, ideoque cum Martiali canunt

Rebus in angustiis facile est contemnere vitam,
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

Alii etiam, quod contra spem, 10
cum proinde, qui se occidunt, communiter desperati vocentur, quia desperatio ad id eos trahit, ut habetur ex *Canon. scelerатior, de pænit. dist.* 3. & ex *d. Gomez. ibid.* asserente, quod contra omnes virtutes peccat, qui se occidit.

Præmitto secundo, quod, cum propriè restitutionis obligatio, de qua tantum hic agitur, non nisi ex Justitiæ violatione oriatur, quod in hac materia perpetuo memoria retinendum esse dixit *Carbo de restitut. quæst. 7. vers. secundum fundamentum*, ideoque 11
proprie ad restitutionem aliquam non teneatur, qui aliquem occidit, nisi tunc aliquo modo is peccet contra Justitiam, neque satis sit, si tunc peccet contra Charitatem, aut aliam quamcumque virtutem, ut expresse docet *Molina de just. & jur. tom.4. tract.3. disp.*

disp. 81. *num.* 2. Propterea vi-
dendum hic est, an occidens
se ipsum vere contra Justitiam
ipsam peccet, ut proinde resti-
tutionis obligationem subeat:
multi enim existimāt dictam
Restitutionis obligationem
non solum non oriri ex viola-
tione præcepti charitatis, aut
12 alterius virtutis præter Justi-
tiam, sed nec etiam oriri ex
ipsa violatione Justitiæ mere
distributivæ, vel legalis, ideo-
que prædictam obligationem
non oriri, nisi ex sola violatio-
ne Justitiæ commutativæ,
cum quibus stat *Gabr. à S.
Vincent. de just. & jur. disp.* 6.
quæst. 1. *num.* 5. & 25. ubi plures
alios refert, & hanc senten-
tiam communem, ac veram
esse dicit, simulque, dum
obiectis respondet, clare
13 ostendit, quod, cum aliquan-
do in violatione Justitiæ distri-
butivæ imbibatur ipsamet
etiam violatio justitiæ com-
mutativæ, ideo tunc vere ori-
tur ipsa etiam restitutionis
obligatio, quæ alioquin ex vio-
latione Justitiæ mere, ac pure
distributivæ nequaquam ori-
retur; prout idipsum quoque
habetur ex *Tanner. tom.* 3. *disp.*
4. *quæst.* 6. *dub.* 1. *num.* 2. 14. &
seqq. ubi propterea dicit, quod
ex violatione Justitiæ com-
mutativæ semper oritur resti-
tutionis obligatio, seu com-
pensatio damni illati, sed non
semper ex violatione Justitiæ
distributivæ, quod etiam clare
constat ex *Haunold. de jur. &
just. tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 1. *contro-
vers.* 6. *num.* 99. ubi docet,
quod quandocumque vel ex 14
lege, vel ex pacto datur in
membris communitatis Jus
ad rem stricte dictum, tunc,
quando proportionaliter ad
illud Jus fit distributio bono-
rum communium, hæc distri-
butio non fit ex Justitia distri-
butiva, sed commutativa;
cur autem contra Justitiam,
& erga quem peccare dicatur,
qui se ipsum occidit, tam
varie, ac obscure ab auctori-
bus responderi solet, ut merito
*Card. de Lugo, de just. & jur.
tom.* 1. *disp.* 10. *sect.* 1. *num.* 2. dixe-
rit, quod magis certa est dicta 15
conclusio, quam conclusionis
ratio, *Haunold.* vero *ibid. con-
trov.* 2. *num.* 601. quod certior
est ipsamet assertio, quam
quælibet ejus probatio: ex
pluribus tamen illorum res-
ponsionibus, ac rationibus,
quæ fuse apud prædictos vi-
deri possunt, ea mihi magis
placet, ac cæteris solidior vi-
detur, in qua dicitur suicidam
ideo peccare contra justitiam 16
erga Deum, quia Deus hu-
manæ vitæ dominium sibi soli
refer-

reservavit, homini vero non
nisi vitæ ipsius usum, ac usum-
fructum concessit, & donec
ipsi Deo id placuerit, indeque
fit, ut homo vitæ suæ non nisi
17 custos, ac depositarius, &
administrator sit, proindeque
fit, ut homo, quando vitam
sibi aufert, vere Iniuriam Deo
humanæ vitæ domino faciat,
cum alienum vitæ dominium
homo sibi, non domino tunc
18 usurpet, simulque contra Ju-
stitiam stricte quoque sump-
tam faciat, æque ac si tunc
alium hominem iniuste occi-
deret, quod egregie præter
mox allatos tradunt etiam
Roland. à Valle d. conf. 20. nu. 20.
Salern. conf. 20. num. 18. & 19.
ubi cum *Soto*, *Molina*, *Lessio*,
& Azorio ibi allegatis proinde
asserit, quod occidens servum
19 volentem, non ipsi, sed ipsius
domino iniuriam infert, *Re-
bell. de obligat. justit. part. 1. lib.
1. quæst. 7. sect. 5. nu. 35. Gomez.
de Amescua d. lib. 1. cap. 6. nu. 7.*
quia, inquit, occidens se ip-
sum, servum Dei occidit, &
sic respectu Dei contra Justi-
tiam facit, *Baron. de corpore,
tit. 1. num. 68. Tanner. d. tom. 3.
quæst. 8. dub. 3. nu. 52.* ubi firmat
sui occisionem particulari Ju-
stitiæ erga Deum adversari,
ad quod etiam ibid. adducit
Salon. Aragonium, Bannem, &
*alios, Homobon. de casibus reser-
vatis, part. 2. de 3. casu, §. se
ipsum occidere*, ubi nonnulli 20
tradunt, quod se occidens
læsæ Divinæ Majestatis cri-
men admittit, *Bonacin. tom. 2.
tract. de restit. disp. 2. quæst. vlt.
sect. 1. punct. 5. num. 14. vers.
secundo*, ubi docet Suicidam
peccare contra Justitiam, quia
facit Iniuriam Deo, qui habet
altissimum Dominium supra
vitam hominum, *Caspens. d.
tract. 18. de restit. disp. 3. sect. 2.
num. 8.* clarissime autem *Giba-
lin. d. cap. 7. art. 1. num. 2.* ubi
suicidium crimen esse dicit
non tantum ingrati animi, &
inobedientiæ, sed etiam iniu-
stitiæ ex violatione Divini
Juris; clarissime vero *Suarez
opusculo 6. sect. 2. num. 9. & seqq.*
ubi censet cum multis Theo-
logis hominem, qui se occi-
dit, peccare specialiter contra
Justitiam non respectu sui
ipsius, quia non est dominus
vitæ suæ, nec datur Justitia 21
ad se ipsum, sed respectu Dei,
qui est Dominus vitæ, quia
destruere rem, invito Domi-
no, semper est contra pro-
priam Justitiam, ex quibus
bene infert *Tanner. ibid.* pro-
babilius sibi videri, quod,
qui se occidit, non peccet con- 22
tra particularem Justitiam
erga Rempublicam, sed so-
lum

lum contra Justitiam legalem;
quia vita non est res Com-
munitatis, seu Reipublicæ,
sed est sub solius Dei domi-
nio, ut jam diximus; licet
23 enim Respublica malefacto-
res interficiat, non id facit
ratione Dominii in vitam
hominum, cum eo careat, sed
vel ratione potestatis à Deo
concessæ, ut ipsius Dei vice
Malefactores interimat, vel
ratione conservationis boni
communis, ne per membra
putrida illud inficiatur, &
corrumpatur.


24 Præmitto tertio, quod,
licet occidens se ipsum, dum
alium occidere volebat, non
habuerit intentionem dire-
ctam ad se occidendum, ha-
buit tamen voluntatem indi-
rectam se occidendi, quate-
nus scilicet prævidere, ac præ-
cavere potuit, ac debuit peri-
culum se occidendi, quod ei
ex tali actione sua immine-
bat, sed illud præcavere no-
luit, cum enim à tali actione
se abstinere, ac ita illud peri-
culum evitare, simulque
talem sui ipsius occisionem
impedire potuerit, eamque
impedire non voluerit, eam
idcirco ipsemet indirecte, ac
implicite voluit, seu voluisse
præsumitur, ut patet ex iis,
quæ dixi *de Pollut. Eccles. disp.*
2. *cap.* 3. fuse autem ex traditis
tum *à Baldell. de humanis act.*
in univers. disp. 5. ubi per to-
tum docet, quid sit volun-
tarium directum, quid indi- 25
rectum, & quid voluntarium
implicitum, interpretativum,
& in alio; tum ab *Honorato*
Fabro summulæ Theologicæ lib.
3. cap. 2. num. 20. & seqq. ubi
etiam plura voluntarii indire-
cti exempla afferunt, tum
etiam à *Tamburin. in decalog.*
lib. 1. cap. 2. §. 2. ubi *num.* 2.
bene advertit, quod, ut mihi
aliquid sit indirecte volunta- 26
rium, necesse est, ut elegerim
aliquam actionem, vel omis-
sionem; quæ mihi sit directe
voluntaria, simulque sit illius
indirecte voluntarii physica,
vel moralis causa, unde *Ma-*
ranta in Medulla decreti, l. V.
vers. voluntas, ut aliquid, ex *D.*
Thom. Cajetan. & Jo. Sanc.
ibid. allegatis asserit tria requi-
ri, ut voluntas aliquid indire-
cte velle dicatur, videlicet,
quod agere possit, quod agere
teneatur, & quod non agat;
quæ omnia in proposito casu
verificari videntur; volens
enim iniuste occidere alium
cum proximo periculo se
ipsum occidendi, potuit, ac
debuit id non exequi, sed exe-
qui voluit, ideoque simul
indirecte se ipsum culpabiliter
occi-

occidere voluit, si enim, qui
27 se fortiorem temere aggredi-
tur, ut eum occidat, sed ab
eo ipsemet occiditur, is pas-
sim moraliter loquendo se ip-
sum culpabiliter occidisse di-
citur, multo magis in casu
nostro, in quo ipsemet, qui
alium iniustè occidere cona-
tur, culpabiliter se ipsum phy-
sice occidit, idipsum dicen-
dum videtur, prout ego ex
prædictis.
28 Dico, quod culpabiliter
occidens se ipsum pro alio,
quem tunc directe occidere
volebat, nihil inde in foro
conscientiæ alicui ex Justitia
restituere tenetur. Quamvis
enim dictus Suicida contra
Justitiam erga Deum uni-
cum humanæ vitæ dominum
deliquerit, eique iniuriam
intulerit, ut jam dictum est;
attamen, quia proprie restitu-
29 tionis obligatio non oritur,
nisi & iniuria, & damnum
alteri simul inferantur, ut
inter alios egregie tradit *Thom.
Del Bene de radice restitutionis,
dubit. 2. num.* 21. quia, inquit,
sola injuria sine damno non
est obiectum justitiæ commu-
30 tativæ, quæ sola parit restitu-
tionis obligationem, sed est
obiectum Justitiæ vindicati-
væ; unde ante Judicis senten-
tiam, & condemnationem

nulla oritur restituendi obli-
gatio pro iniuria, quæ est
absque damno in bonis tem- 31
poralibus, licet iniuriam infe-
rens satisfacere teneatur etiã
in foro conscientiæ ante
dictam sententiam, *Gibalin. d.
lib. 6. cap.* 4. *art.* 1. Deo autem 32
nullum à Suicida damnum
infertur, nec inferri potest,
idcirco nec quicquam Deo
restituendum, sed solum pro
iniuria eidem illata satisfa-
ciendum est ab iniuriante,
prout idem *Gibalinus ibidem*
recte infert.

Colligo, quod, licet aliqui,
ut videre est apud *Petr. à Na-
varra de restitut. lib.* 2. *cap.* 3.
num. 37. dixerint eum, qui se 33
ipsum directe, vel indirecte
occidit, si erat Reipublicæ
necessarius, veluti Rex, aut
Dux, à quo Reipublicæ pax,
salusque pendet, fortasse de-
linquere contra Justitiam pro-
prie sumptam, non quidem
ratione vitæ, qua privat Rem-
publicam, sed ratione dam-
norum, quæ inde contra Rem-
publicam iniuste sequuntur,
cum dictus Suicida ex officio
teneretur, tamquam Reipu-
blicæ membrum, totius Rei-
publicæ corpori inservire;
nihilominus cum eodem ipso
authore *ibid.* dicendum potius
est ejusmodi suicidam neque
in

in dicto casu contra Justitiam delinquere, nec proinde ad aliquam prædictorum damnorum restaurationem ex Justitia teneri, quod etiam colligi potest ex traditis à *Pasqualig. decis.* 84. *num.* 7. & *decis.* 453. *num.* 4. *& seqq.* ubi asserit
34 non sufficere ad inducendam obligationē resarciendi damnum, quod quis faciat contra officium suum, sed opus esse, ut hoc officium sit debitum ex Justitia in ordine ad arcendum dictum damnum, itaut inde oriatur obligatio ex Justitia ad illud damnum impediendum, pro qua opinione quamplures authores allegat: simpliciter enim facere contra officium suum non est lædere justitiam, cum neque sit causà indirecta damni, quod inde quidem, non tamen per se, sed per accidens sequitur, nam aliunde suas illud causas habet: unde *num.* 10. absolute
35 dicit, quod tunc tantum ex homicidio, saltem in foro conscientiæ, consurgit obligatio ad aliquid damnum resarciendum, quando illud est directe volitum, quia tunc peccatur contra Justitiam, ideoque infert, quod omit-
36 tens pascere fame pereuntem est quidem causa mortis illius, sed indirecte tantum, dum omisit implere præceptum charitatis; non tamen inde obligatur ad aliquod damnum resarciendum. Dixi autem, *saltem in foro conscientiæ*, quia in foro judiciali danti operam rei illicitæ ea 37
omnia imputantur, quæ præter etiam ipsius intentionem acciderunt, dummodo, quæ accidunt, immediate proveniant ex illius culpa, vel ejusdem operatio ad illa specialiter, & verisimiliter ordinetur, ut patet ex *Valer. in differentiis utriusque fori*, §. *Pœna*, *differ.* 12. ubi pluribus exemplis, & authoritatibus id firmat; unde is, qui damnum passus est in tali casu, potest in Judicio agere, ut sibi damnum 38
ita per accidens sequutum resarciatur, sequendo præsumptiones fori externi, ut optime docuit *Bassæus in florib. Theolog. practic.* §. *Restitutio* 1. *num.* 8. cum *Molina*, *Lessio*, & aliis ab eo citatis, quod fusius etiam ex inferius dicendis patere poterit.



CAPUT SEPTIMUM, & ultimum.

Occidens culpabiliter unum pro alio quænam damna inde provenientia resarcire teneatur.

SUMMARIUM.

Homicida sive dolosus, sive culposus tenetur ex Justitia resarcire damna ex homicidio per se provenientia. num. 1.

Cooperans occidenti unum pro alio an, & quando ad restitutionem aliquam teneatur. ibid. remissive.

Qui Jus habet ad actionem, ex qua sequutum est damnum tertio, an illud vel ex Justitia, vel ex charitate resarcire teneatur. num. 2.

Damni appellatione quid veniat. num. 3.

An hæres occisi possit jurare in litem contra homicidam culposum. num. 4.

Damnorum ex homicidio provenientium æstimatio Judicis arbitrio relinquitur. num. 5.

Remissio expresse, ac plene facta occisori ab occiso, antequam moreretur an occisorem, & ejus hæredes ab omni restitutionis obligatione liberet. num. 6.

Quandonam occisor nihil occisi hæredibus restituere teneatur. num. 7.

Injuste Occidens alium paulo post à latrone occidendum quid restituere teneatur. num. 8.

Si occisus nullos habebat hæredes, quid occisor restituere debeat. num. 9.

Occisoris impotentia ad debitam restitutionem faciendam an illum ab obligatione restituendi omnino liberet. num. 10.

Damnum emergens, & lucrum cessans, quomodo inter se differant. num. 11.

Occisoris hæredes an teneantur ad omnia debita, ad quæ occisor ex Justitia tenebatur. num. 12.

Fiscus, cui occisoris bona adjudicata fuerunt ob illius delictum, an ad ejusdem debita teneatur. num. 13.

Pœnam pecuniariam descendentem a delicto non transire ad hæredes, lite non contestata, quo in sensu dicatur in l. ex Judiciorum 20. ff. de accusationibus. *num. 14.*

Sola transgressio Justitiæ specialis, non autem charitatis, aliarumve virtutum ad restitutionem obligat. num. 15.

Expensæ in occisi curatione factæ an omnes, & quomodo ab occisore resarciri debeant. num.

num. 16.

Quænam expensæ ab occisi hæredibus in occisi funere factæ resarciendæ sint ab occisore. num. 17.

Lucrum cessans, quod occisus, si supervixisset, consecuturus erat, quomodo taxandum sit. num. 18.

Lucrum in spe minoris æstimatur, quam lucrum in re. nu. 19.

Omnis labor pretio æstimabilis videtur. num. 20.

Hæredum cur alii dicantur necessarii, alii vero voluntarii. num. 21.

Si occisus bannitus erat, quid, & quibus ab occisore restituendum sit. num. 22.

Quænam damna cuilibet hæredi sive necessario, sive voluntario, & quænam hæredibus tantum necessariis occisi restituenda sint ab occisore. nu. 23.

Quænam ratio evincat, quod homicida restituere teneatur ex Justitia necessariis occisi hæredibus damna, quæ post illius mortem ex tali occisione sequuntur. num. 24.

Nullus hæres Jus habet ad bona, quæ defunctus acquisitus fuisset, si supervixisset. num. 25.

Regula, melius est cum multis errare, quam cum paucis sapere, *an erronea sit. ibid.*

Culpabiliter occidens unum pro alio resarcire tenetur ex Justitia hæredi, quicumque is sit, damna occiso ante illius mortem illata; damna vero, quæ post illius mortem in alios provenerunt, non nisi hæredibus necessariis resarciri debent. num. 26.

An occisi creditoribus ab occisore resarciri debeant ex justitia damna, quæ in illos post occisionem secuta sunt. nu. 27.

Sub necessariorum hæredum nomine quinam veniant. nu. 28.

Hæredes necessarii censentur quodammodo una persona cum occiso. num. 29.

Homicida quid restituere teneatur ex Justitia ei, cui tale homicidium falso imputatum, ac proinde damnum illatum fuit. num. 30.

An sola intentio agentis actionem iniuriosam constituat, si actio ipsa non sit alteri ex se iniuriosa. num. 31.

Homicida num ob gravem suam, vel uxoris, aut filiorum suorum necessitatem à restitutione damnorum hæredibus occisi facienda excusetur, quamvis etiam hæredes prædicti in pari sint necessitate. num. 32.

An quilibet occisi hæres occisorem in foro externo accusare, & ab eo satisfactionem homicidii petere possit. num. 33.

Quomodo pœna homicidii, & ejusdem satisfactio inter se differant. num. 34.

Quandonam hæredes ejus, qui occisus fuit, omnino acquievisse pœnæ mortis in occisorem inflictæ, ac damnorum restitutionem remisisse censeantur. num. 35.

Occisor Monachi an aliquid Monasterio, cujus ille filius erat, ex Justitia restituere teneatur. num. 36.

Quandonam post vulnerati mortem vulnerator haberi debeat, tamquam occisor, quoad obligationem resarciendi damna, quæ homicida resarcire tenetur. num. 37.

Homicida obligatio ad resarciendum occisi hæredibus damna, quæ inde passi sunt, qua præscriptione tolli queat. num. 38.

An debitor solvere teneatur, antequam creditor eum interpellet, ut debitum solvat. num. 39.

Jura bonam fidem in præscriptione requirentia num locum habeant, quando lex puniendo negligentiam creditoris debitum non petentis debitorem liberat. num. 40.

1 PRÆMITTO primo certum quidem esse, quod propter homicidium, sive dolosum, sive culposum fuerit, homicida ex Justitia resarcire tenetur damna, & interesse, quæ inde per se, & non per accidens resultant in bonis temporalibus, seu fortunæ, & quæ injuste alios lædunt, prout expresse traditur à *Plot. de in litem jurand. fol. mihi 326. & seq. num. 686. 694. & 695. Gutierez canonicar. quæstion. lib. 2. cap. 6. num. 131. Scap. de jure non scripto, lib. 5. cap. 141. num. 9. Coton. controvers. lib. 2. controv. 9. cap. 4. num. 126.* ubi propterea bene infert cum aliis,
quod nemo ex justitia tenetur 2
restituere damnum, quod plerumque sequitur tertio ex actione, ad quam agens ipse Jus habet; licet ex charitate teneatur ab illa cessare, si absque æquali suo incommodo potest, & cum multis à *Thom. Hurtad. tractatuum varior. part. 2. tract. 8. cap. 2. resol. 13. num. 223.* nec non à *Comiol. in resolutionib. criminalib. verb. Occisio, resolut. 2. num. 3.* prout etiam an, & quandonam cooperans alteri ad occidendum unum pro alio ad restitutionem aliquam teneatur, clare patere potest ex jam dictis *disp. 2. cap. 6. & ex Thomas. tractatuum decad. 4. tract. 3. tit. 12. cap. 19. maxime nu. 527. & seqq.* sed incertum, atque controver-

versum adhuc videri primo,
quænam sint ejusmodi damna,
& expensæ, quæ, si proben-
tur, resarciri debent. Secun-
do, quæ nam sint personæ,
quibus dicta damna, & ex-
pensæ ab occidente unum pro
3 alio resarciendæ sint; cum
enim damni appellatio late
pateat, & inter alia sub se
comprehendat etiam lucrum
cessans juxta *Surdum conf.*
383. *nu.* 23. & damnum emer-
gens, *Pereyr. in Elucidario*,
lib. 2. *nu.* 887. *verf. damni appel-
latione*, cumque plura quo-
que sint personarum genera,
quibus damna ex hujusmodi
homicidio resarcienda esse
varie à variis traditur, ut vi-
dere est apud *Farinac. in
prax. crimin. part.* 4. *quæst.* 119.
inspect. 4. *nu.* 126. *& seqq. Cas-
pensem tract.* 18. qui est *de re-
stitut. disp.* 3. *sect.* 7. *num.* 55. &
apud alios passim, proinde in
primis advertendum est ex
Ploto ibid. & Roland. conf. 39.
4 *num.* 7. *& seqq.* quod, quando
non dolo, sed culpa comis-
sum fuit homicidium, prout
in casu nostro, tunc hæres
occisi non potest pro dictis
damnis, & interesse contra
occisorem jurare in litem, &
sic ipsa damna, & interesse
tali Juramento probare con-
tra homicidam culposum;
quamvis id alias contra do-
losum homicidam præstari
posset; unde in dicto casu no-
stro prædicta damna non di-
cto Juramento, sed aliter pro-
banda, & prudenter æstiman-
da sunt, prout inferius pate-
bit. Dixi autem, *prudenter
æstimanda sunt*, tum quia 5
Judicis arbitrio relinquitur,
quidnam damnorum appella-
tione veniat, *Cortiad. decis.*
26. *nu.* 92. ubi multos alios af-
fert, tum etiam, quia in præ-
dictis damnis tam variis, ac
varie pro varia personarum,
& circumstantiarum ratione
arbitrandis plus, ut plurimum
conducit prudentum senten-
tia, quam Theologorum, vel
Jurisperitorum scientia, ut
optime dixit *Corrad. respon-
sor. part.* 1. *qu.* 90. *verf. quantum
vero.* Si tamen occisus, ante- 6
quam moreretur, expresse,
ac plane debitum omne ho-
micidæ remisisset (prout re-
mittere poterat) tunc ejus-
modi remissio, cum intelligi
debeat non solum de iniuria
ipsi ab occisore illata, verum
etiam de damnis temporali-
bus, nihil nec Patri, nec
uxori, nec aliis quibuscumq;
hæredibus occisi ab occisore
restituendum esset: quia, dum
occisus occisori omnia condo-
navit, occisor nihil habet con-

tra occisi voluntatem, ideoque omnia juste retinere potest, quæ absque prædicta condonatione restituere debuisset, ut patet ex *Bartol. Alex. Felin. & Jason*, quos refert, ac sequitur *Covar. 2. var. cap. 10. nu. 7. vers. tertium*, *Sanchez consil. moral. lib. 1. cap. 4. dub.* 12. nec non *Tamburin. in decalog. lib. 6. cap. 4. §. 3. num.* 10. *& seqq.* ubi tamen subdit, quod Pater tunc peccare potuisset contra charitatem, non vero contra Justitiam, ut bene advertit *Sanch. ubi supra, num.* 5. si prædictam remissionem fecisset, quando filii aliunde alimenta non haberent: quem casum ratum esse affirmat, sed dictam remissionem tunc invalidam fore non dicit; prout etiam

7 occisor nihil occisi hæredibus restituere tenetur, quando, qui occisus fuit, juste à Judice propter illius crimina mox occidendus erat, licet occisor eum occidendo peccaverit, ita *Sanchez consilior. lib. 1. cap. 4. dub. 2. num.* 11. *Gabriel a S. Vincentio de restitutione, disp. 6. quæst. 6. num.* 139. ubi dicit rationem esse, quia eo in casu ex vi occisionis nullum sequitur damnum, quod non esset statim juste secuturum, ideoque subdunt, quod, si ex ea mortis acceleratione damnum aliquod sequatur, illud resarciri debet; idemque dicendum est de occisore illius, qui paulo post naturali morte periturus erat, quia tunc homicida nullum pecuniarium damnum intulisse censetur, cum occisus nihil tam brevi tempore lucraturus esset, ut bene cum pluribus aliis tradit etiam *Bassæus in Floribus, V. homicidium* 3. *nu.* 8.
ubi recte subdit contrarium 8
dicendum esse de illo, qui injuste alium paulo post a latrone injuste occidendum occidit; ille namque occisor, qui prævenit, cum injuste illi damnum inferat, æque ad restitutionem tenetur, ac si latro prædictus eundem injuste interfecisset, qui proinde absque dubio ad restitutionem obligatus fuisset, prout idipsum tradit etiam *Filliuc. moral. tom. 2. tract. 32. cap. 8. n.* 204.
ubi alios pro hac 9
sententia refert. Sin autem, vel nulli sint hæredes ejus, qui occisus fuit, tunc pariter nulla restitutio ab occisore debetur, quia, cum tunc nullum eis damnum illatum sit, tunc nullum est damnum, quod resarciri debeat, ut bene infert *Tamburin. ibid. num.* 5.
& 9. vel occisor vere impo- 10
tens

tens esset ad debitam restitutionem faciendam, tunc enim restituendi obligatio in eo suspenderetur quoad effectum tunc restituendi, sed non extingueretur quoad substantiam ejus, quia non inde occisor omnino liberatur à restitutionis obligatione naturali, ac civili, cum adhuc in eo remaneat; licet tamdiu inefficax fiat, quousque impotentia, vel impedimentum restituendi in eo cessaverit, prout egregie tradit cum multis ab ipso adductis *Fagnan. in cap. mandato, num. 74. de simon.*

Præmitto secundo, quod, cum damnum, quod iniuste ab occisore illatum, & hæredibus occisi resarciendum est, in se contineat, ut jam diximus, tum damnum emergens,
11 hoc est detrimentum, quod quis patitur in rebus, quas habet, vel ipsi debentur, tum lucrum cessans, hoc est amissionem boni, seu lucri, quod quis consequeretur, nisi ob dictam occisionem ab eo consequendo impeditus fuisset, propterea videndum hic est, quænam sint ejusmodi damna, quæ specialiter in casu nostro locum habere possunt, ideoque ab occisore, vel ejus hæredibus ex Justitia resarciri debent. Dixi autem *vel ejus hæredibus*, quia occisoris hæ- 12
redes tenentur ad omnia debita, ad quæ ex Justitia occisor tenebatur; unde prædicta restitutionis obligatio ad eos transit, si occisor ante factam dictam restitutionem moriatur, cum omnes defuncti actiones active, & passive in hæredes transeant, *l. 1. & 2. C. de hæred. act. Bursat. tom. 1. cons. 123. num. 14. Roland. à Valle tom. 2. cons. 50. num. 14. Borgnin. vol. 1. decis. 8. num. 9.* immo & in ipsum Principis 13
fiscum, si forte occisoris bona ob ipsius delictum fisco adiudicata fuerint; res enim cum onere suo transit, *cap. 9. de usur. Menoch. cons. 2. num. 31. & cons. 63. num. 11.* ac proinde hæres tenetur solvere omnia debita defuncti qualitercumque contracta, *Fagnan. in cap. ad hoc, num. 6. de solut.* quam communem Doctorum sententiam sequitur etiam *Stephanus à S. Gregorio, de restit. lib. 1. cap. 10. num. 3.* ubi quoque recte subdit prædictis 14
non obstare *l. ex judiciorum 20. ff. de accusat.* in qua dicitur pœnam pecuniariam, quæ descendit à delicto, non transire ad hæredes, lite non contestata: lex enim prædicta intelligitur de pœna, qua

reus

reus per ſententiam puniendus erat, vel loquitur, ut communiter loqui ſolet, de foro externo; hic autem ſermo eſt de reſtitutione, quæ debetur non ex pœna, ſed ex Juſtitia, ideoque ante ſententiam Judicis; prout ſic etiam dictam legem interpretatur *Caſpenſ. de reſtitut. diſp.* 3. *ſect.* 6. *nu* 49. & ante ipſum *Petr. Navarra de reſtitut. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 66.

15 Dixi vero *ex Juſtitia reſarciri debent*, quia tranſgreſſio charitatis, aliarumve virtutum non obligat ad reſtitutionem, ſed ſolum tranſgreſſio Juſtitiæ ſpecialis, ut optime cum pluribus aliis dixit *Daniel. de nobilib. diſput.* 72. *num.* 7. & nos etiam alibi diximus cum multis aliis. In primis autem dubium eſſe poteſt de impenſis,

16 quæ aliquando fiunt in medicos, medicinas, cibum, & curationem ejus, qui non ſtatim poſt vulnera, vel percuſſiones, &c. mortuus eſt, ideoque interim curatione prædicta indiguit. Prædicti vero dubii ratio videtur eſſe, quia occiſus loco expenſarum, quæ factæ ſunt pro dicta illius curatione, antequam moreretur, alias, ac forſitan majores facturus erat pro ſuo victu quotidiano, ideoq; ab homicida pro dictis expenſis in curatione factis, cum nullum damnum intulerit, nihil inde reſarciendum videtur. Sed, cum dictus homicida dictarum expenſarum rationabiliter in curatione factarum efficax cauſa vere fuerit, cumque ut plurimum eæ majores ſint, quam, quæ quotidiano in victu fieri ſolent, proinde homicida eas quidem reſtituere tenetur, ſed ex eiſdem deduci debent illæ, quas, ut viveret, alias feciſſet, ſi vulneratus non fuiſſet. Dixi vero, *expenſarum rationabiliter factarum*, nam quoad expenſas ſuperfluas, vel pretioſas, attenta qualitate perſonæ, quæ curabatur, cum homicida non efficax illarum cauſa, ſed occaſio tantum fuerit, ad eas reſarciendas nequaquam tenetur, prout recte tradunt *Covar. variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 7. *Molin. tom.* 3. *de juſt. diſp.* 83. *Valent. tom.* 3. *diſp.* 5. *qu.* 6. *punct.* 5. & cum pluribus aliis *Barthol. à S. Fauſto, diſp.* 25. *qu.* 1. *nu.* 3. quibus accedit *Gibalin. de negotiatione lib.* 6. *cap.* 7. *art.* 3. *nu.* 4. Deinde quæſtio 17
etiam eſſe ſolet, an expenſæ in occiſi funere factæ reſarciri ab occiſore debeant. Doctores enim communiter negative reſpondent, teſte *Bonacin. tom.* 2. *de reſtitut. diſp.* 2. *quæſt.*

quæst. ult. sect. 2. punct. 1. n. 11. & aliis apud ipsum: Ordinarie siquidem nullum occisi hæredibus ex hoc capite damnum illatum fuit, quia expensæ prædictæ ab eisdem factæ fuissent, etiamsi occisus naturali morte decessisset. Dixi vero, *ordinarie*, quia, si occisio prædicta extra Patriam secuta fuerit, ubi majores funeris expensas fieri oportuerit, vel ideo expensæ majores factæ sint, quia propter occisionem eæ citius factæ fuerunt, quam essent faciendæ, si postea ex naturali morte funeris tempus evenisset, vel etiam aliunde accideret, ut majores expensæ fiant in funere occisi, quam alioqui fierent in ejusdem funere, si naturali morte obiisset, tunc damnum, quod occisi hæredes inde patiuntur, eis resarciendum est ab occisore, non quidem præcise ratione expensarum funeris; sed ratione damni eo in casu emergentis, ut patet ex *Laym. lib. 3. tract. 3. part. 3. cap. 6. assert.* 3. ubi pro hac sententia, quam communem dicit, *Molinam*, *Azorium*, *Lessium*; & alios allegat, quibus addi etiam potest *Petr. à S. Joseph. lib. 4. de justitia, cap. 12. vers.*
18 *dico primo*. Quo vero ad lucrum cessans, quod consecuturus erat occisus, si supervixisset, cum illud esse potuerit majus, & minus tum ex longitudine temporis, quo ipse occisus vivere potuisset, tum ex aliis circumstantiis, à quibus majoris, vel minoris lucri spes pendet, cujusmodi sunt pericula, impedimenta, occupationes, & alia infortunia, idcirco prædictum lucrum, consideratis omnibus, probi, ac prudentis viri arbitrio taxandum esse dixerunt communiter Auctores, teste *Mendo in epitom. opinion. moral. V. restitutio sub nu.* 4. ubi etiam recte tradit in prædicta lucri taxatione deducendas ex eo esse expensas, quas occisus fecisset ad congruam sui sustentationem, si vixisset, prout idipsum de damno emergente jam diximus. Unde *Azor. 3. part. lib. 5. cap. 3. qu. 2. §. cæterum* bene infert, quod 19
vere lucrum in spe minoris æstimatur, quam lucrum in re; prout etiam *Tamburin. lib. 6. decalog. cap. 4. §. 3. nu. 4. in fine* ait, quod, cum hæc judicia exacte haberi difficulter possint, optimum, expeditumque consilium est, ut totum id compositione, ac transactione inter eos, ad quos pertinet, peragatur; cum quo stat etiam *Stephan. à S. Gre-*

gorio, *ubi supra*, *n.* 2. *in fin.* nec non *Cardinal. de Lugo d. part.* 1. *disp.* 11. *sect.* 2. *nu.* 43. à quo *ibid. nu.* 33. *& seq.* exactè quoque discutitur quæstio illa, in qua plures plurifariam discordant; an scilicet ex dicto lucro cessante aliquid deducendum sit pro labore, quem is, qui occisus fuit, sustinere debuisset, ut dictum lucrum acquireret; cum omnis labor pretio æstimabilis videatur, eademque tam egregie ab ipso deciditur, ut, sicuti pro dicto labore nihil ipse deducendum esse affirmat, sic etiam nihil mihi esse, quod ei obiiciam, sincere affirmem: prout eandem quoque sententiam amplexus est *Tamburin. ibid. d. num.* 4. quia, inquit, iniuste ipse homicida eum, quem occidit, à laborando impedivit.

20. Præmitto tertio, quod, cum hæredum alii dicantur necessarii, quia hæreditate in totum privari non possunt; alii autem voluntarii, seu non necessarii, quia, licet succedant ab intestato, privari tamen possunt in totum ab hæreditate, proinde hic videndum est, quibusnam hæredibus occidens unum pro alio ea resarcire debeat, quæ resarcienda sunt. In hac enim quæstione, quam *Bartholomæus à S. Fausto d. disp.* 25. *qu.* 24. *nu.* 5. gravem, difficilem, quotidianam, & perutilem dicit, variæ sunt Doctorum sententiæ, prout eas distincte, ac diffuse relatas videre est tum apud eundem *ibid.* tum etiam apud *Bejam resp. part.* 1. *cas.* 43. ubi quoque discutit, quid, & quibus restituendum sit, si occisus erat bannitus, quod etiam à nobis supra dictum fuit, *Less. lib.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 26. *Tanner. d. tom.* 3. *disp.* 4. *qu.* 6. *dub.* 4. *Layman. lib.* 3. *tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 6. *Mazuchel. de casibus reservat. disp.* 2. *cap.* 7. *difficult.* 6. *Boss. Moralium*, *tom.* 2. *tract.* 25. *nu.* 5. *& seqq. Tamburin. d. lib.* 6. *cap.* 4. *§.* 3. *nu.* 6. ubi post *Tanner. loc. cit. nu.* 118. egregie cum dicto *Bossio* advertit, 22.

21. quod damna, quæ occisor intulit, ac resarcire debuit ipsi occiso, antequam iste moreretur, cujusmodi sunt expensæ in ipso curando, si statim non obiit, aliaque similia damna, valde distinguuntur ab iis damnis, quæ post occisi mortem ex tali occisione sequuntur, cujusmodi est cessatio alimentorum, quæ ab occiso, antequam moreretur, dabantur ejus filiis, Parentibus, uxori, fratribus, cognatis, amicis, &c. 23.

nec

nec non cessatio solutionum, quas occisus, dum vivus erat, creditoribus faciebat, qui omnes ex dicta occisione cessationem prædictam, aliique alia ejusmodi damna passi sunt, dum prædictis, vel similibus commodis privati remanserunt; indeque subdit, quod priora damna resarcienda sunt occisi hæredi, quicumque ille sit, sive necessarius, sive extraneus, quia defunctus, priusquam moreretur, jus ad illa jam acquisiverat, ad quæ succedit hæres; posteriora vero damna non nisi hæredibus necessariis, hoc est Parentibus, filiis, ac Uxori resarciri debent, quarum sententiæ adhærere quoque videtur, saltem quoad priora damna, *Gabriel. à Sancto Vincentio de Just. & Jur. disp. 6. quæst. 6. §. 9. num. 141.*

24\. quoad posteriora enim, licet dicat dictam opinionem communiter esse receptam, subdit tamen, quod rationes ab auctoribus huc usque adductæ nihil evincunt, & singulis respondendo fatetur se non invenire rationem evincentem, quare homicida teneatur restituere dictis hæredibus necessariis damnum emergens, aut lucrum cessans ex morte occisi, cum non videat, quomodo respectu illorum ab homicida violetur Justitia commutativa; hæres enim, quamvis 25. necessarius non habet Jus ad bona, quæ quis acquisiturus fuisset, si supervixisset, sed solum ad illa, quæ quis habet, quando moritur, unde, cum à communi sententia recedere non audeat, concludit dicendo, quod mavult male dicere cum multis, quam bene dicere solus, in qua tamen assertione, quoad verbum illud *male*, non bene loqui videtur, cum vere mala non sit contraria tot, tantorumque Doctorum opinio, & è contra erronea sit Regula, quæ per insciorum ora volitat, *Melius esse*, videlicet, *cum multis errare*, *quam cum paucis sapere*, ut sapienter dixit *Joannes Baptista Mucci. variar. Quæstion. forens. dilucidat. 13. num. 10. in fin.* Quibus habitis,

Dico, quod culpabiliter oc- 26. cidens unum pro alio tenetur ex Justitia resarcire occisi hæredi, quicumque is sit, ea damna, quæ occiso ante illius mortem iniuste intulit; ea vero, quæ inde post occisi mortem in alios provenerunt, nemini ex Justitia resarcire debet, nisi forte necessariis occisi hæredibus, quibus ea regulariter ex communi Doctorum opinione resarcire tenetur, de

Vv 2 quo

quo expresse inter alios testatur *Mazuchel. de casib.reservat. disp.* 2. *cap.* 7. *difficult.* 6. *n.* 179. prædictamque conclusionem nostram tradunt etiam præter jam dictos *Reginald. in Praxi fori Pœnitential. part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 22. *sect.* 1. *num.* 314. *& seq.* ubi recte cum multis aliis asserit idipsum de creditoribus occisi, quod de ipsius hæredibus non necessariis dicendum esse, prout etiam hoc
27. tradit *Coton.* ubi supra, *n.* 129. itaut homicida ex Justitia nec illis, nec istis damna ulla post occisi mortem secuta resarcire debeat, *Petr. à S. Joseph. Idea Theol. Moral. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 256. *vers. cæterum restitutio*, ubi ait, quod prædictorum damnorum restitutio facienda est proximis, seu necessariis hære-
28. dibus, nempe Patri, si filius carens Patre occisus est, filio, si Pater; Uxori, si maritus, & vice versa, non autem aliis, qui succedunt ab intestato, quales sunt fratres, nepotes, &c. quia damnum tunc non censetur illatum in re ipsorum, cum non reputentur una persona cum occiso, *Mallet. tom.* 2. *malleat.* 28. *tract.* 3. ubi subdit rationem esse, quia homi-
29. cida nullam iis iniuriam facit, cum non censeantur veluti una persona cum occiso, prout esse censentur, qui hæredes ejus necessarii sunt, nec ex justitia quicquam eis debet, cum occisi debitoris hæres non sit, *Gibalin. de univers. negotiat. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *art.* 3. *nu.* 6. ubi pariter ob eandem rationem bene infert, quod homicida non te-
netur restituere quicquam al- 30.
teri, cui homicidium falso imputatum fuit, & qui ea de causa damnum iniuste passus est; nisi forte, ut bene cum aliis advertit *Bonacin. tom.* 2. *de Restitut. disp.* 2. *q. ult. sect.* 2. *punct. ultim. num.* 4. is, cui tale homicidium imputatum fuit, coactus fuisset restituere occisi hæredibus ea damna, quæ restituere tenebatur occisor; tunc enim iste tenetur illi dãna exhibere, cum ab obligatione prædicta non eximatur per hoc, quod alter illa damna resarcire coactus fuit: vel nisi forte occisor ipse falsæ imputationi prædictæ causam dedisset, utendo v. g. gladio alterius, ut homicidium ei, cujus erat gladius, falso imputaretur, prout cum *Molina*, & *Lessio* docuit *Mendo in Epitome opinion. moral. V. Restitutio*, *nu.* 5. ubi etiam addit, quod, si occisor causam dictæ imputationis non præbuit, licet talem imputationem intenderet, tũc
nihil ei restituere tenetur, 31.

quia

quia sola intentio non constituit actionem iniuriosam alteri, si actio ipsa non sit ei ex se iniuriosa. *Haunold. de Jur. & Just. tom. 1. tract. 2. cap. 6. controv. 5. n. 669. & seq.* ubi dicit prædictam sententiam esse communiorem, mitissimam, & in praxi observatam, cujus rationem, non aliam sibi occurrere fatetur, quam quod natura ipsa inter dictas personas instituerit specialem propensionem benefaciendi, qualem erga alias communiter non habemus, ne quidem erga fratres; cum autem prædictus naturalis affectus de prædictis omnibus præsumatur, nisi contrarium constet, non item de aliis, inde quoque occidens præsumitur saltem implicite, ac virtualiter de hujusmodi personis tam arcte cum occiso connexis cogitasse, simulque in earum damnificationem consensisse, quod etiam tradit *Lugo de Just. & Jur. tom. 1. disp. 11. sect. 4. n. 77. ac seqq. Diana part. 3. tract. 6. resolut. 22.* nec non *part. 5. tract. 4. resolut. 59. & 61.* ubi cum pluribus aliis, quibus addi etiam potest *Sabell. in summa divers. tractat. §. homicidium, n. 10. vers. Item intellige* ait nobiles, & divites ex communi usu videri renunciasse prædictæ temporalium damnorum restitutioni ab occisore faciendæ, ideoque censeri tacite ea remisisse, cum ii dicta damna facile condonent, solamque iniuriam memoria teneant, prout etiam ibid. *resol. 62.* tenet homicidam non esse compellendum 32
ad restitutionem prædictorum damnorum, si ex dicta restitutione ille constituatur in gravi necessitate, cum restituere non teneatur cum tanto dispendio, prout dixit etiam *Sanchez in opusc. tom. 1. lib. 1. cap. 4. dub. 7. n. 2.* nec non *Franc. Strayban. in summa Principior. Theolog. moral. princip. 31. vers. Colligo quarto*, ubi cum *Sà, V. Restitutio, n. 54.* addit idipsum dicendum esse, licet creditor quoque in simili necessitate esset, & dictam debitoris necessitatem extendi etiam ad similem uxoris, ac filiorum ejusdem debitoris necessitatem, quia ejusmodi personæ censentur moraliter esse eadem persona debitoris. Immo *Coton. d. controvers. 9. cap. 9. nu. 135.* cum prædicto *Diana, d. Resolut. 59.* satis probabilem esse fatetur *Tanneri*, quem *ibid.* ambo allegant, opinionem asserentem, quod occisor, si de restitutione facienda non convenit cum occiso,

ciso, dum viveret, & necessarii ejus hæredes alimentis non egent, nullam restitutionem facere tenetur ante sententiam. Dixit autem *ante sententiam*, quia in foro externo quilibet occisi heres potest
33 occisorem accusare, ac petere ab eo satisfactionem homicidii, hincque passim inter occisi hæredes etiam extraneos, & occisorem ipsum compositiones fiunt; sed prædicta
34 homicidii satisfactio est tantum loco pœnæ corporalis, quando scilicet hæredes criminaliter agunt, & ab accusatione desistere nolunt, nisi munere aliquo eis dato, seu compositione inter dictas partes facta; pœna vero non debetur in foro interno ante Judicis sententiam, ut bene restitutionem à dicta pœna distinguit *Valer. de differ. utriusque fori*, *V. Restitutio*, *differ.* 8. & 45. & proinde concludit, quod dicta concordia, seu compositio inter partes facta commutat pœnam corporalem in pecuniariam antea non debitam; sicuti pari-
35 ter hæredes ejus, qui occisus fuit, censentur acquievisse pœnæ mortis in occisorem inflictæ, nisi aliud exigant. *Alloza in Florib. summar*, *V. Homicidium*, *n.* 27. necnon *Raynaud. de Virtutib. & Vitiis*, *lib.* 3. *sect.* 3. *cap.* 7. *n.* 205. *in fin.* ubi optime concludit, quod damna, quæ occasione occisionis aliquibus obvenerunt aliter, quam contra Justitiam, cujusmodi est præcisio spei consequendi munera, seu bonum aliud ab occiso, si occisus non fuisset, resarcienda non sunt ex Justitia ab occisore, quia, cum occisor tunc nullum eorum Jus violaverit, proinde nullam ii restitutionem sibi Jure deposcere queunt. Ex prædictis igitur

Colligo primo, quod, si Mo- 36
nachus erat, qui occisus fuit, tunc neque Monasterio, cujus ille filius erat, quicquam occisor restituere tenetur ex Justitia, ut patet ex *Sanchez Consilior. moral. lib.* 1. *cap.* 4. *dub.* 3. *nu.* 7. bona enim, quæ Monachus occisus, si supervixisset, Monasterio acquirere poterat, non sunt Monasterii propria, donec actu, & re vera sint acquisita, ideoq; illud ab occidente Monachum tunc vere non damnificatur in bonis propriis, nec inde violatur Justitia, ex cujus tantum violatione oritur obligatio restituendi, ut jam dictum fuit.

Colligo secundo, quod 37
non solum quando vulnus fuit re vera lethale, & occidendi ani-

animo inflictum (ut in hac materia præsumitur, nisi contrarium probetur) sed etiam, quando certum est vulnus non fuisse lethale, ac vulnerati mortem ex alio accidenti provenisse, v. g. ex febri superveniente, quæ tamen per accidens ab ipsa vulneratione causam habuerit, tunc vulnerator, tamquam occisor restituere tenetur damna, quæ non solum ex vulneratione, sed etiam ex morte non sequuntur; quia febris, ac alia hujusmodi supervenientia, vel à vulnere causata præsumuntur, vel ipsam vulnerati mortem non causant, ut supponitur; sed tantum accelerant, prout etiam idipsum quoad restituendi obligationem dicendum videtur, cum dubium est, an vulnus secundum se consideratum lethale sit, &, consideratis circumstantiis, nihil deprehenditur, ex cujus superventu mors causari poterat; tunc enim mors vulneri adscribenda est, ut bene distinguendo hæc omnia discutit *Haunold. ibid. num.* 180. ubi tamen in fine dicit, quod prædicta omnia prudentis Judicis arbitrio, adhibito Medicorum, Chirurgorumque consilio, relinquuntur. Dixi autem *quoad restituendi obligationem*, quia, ut idem *ibid.* recte monuit, occisor, quamvis ad prædictorum damnorum restitutionem adstringatur, non propterea semper ad ordinariam homicidii pœnam condemnandus est.

38 Colligo tertio, quod, si à prædictis occisi hæredibus intra spatium triginta annorum post occisi mortem transactorum non petatur dicta restitutio ab occisore, vel ejus hæredibus debita, tunc neque occisor, aut ejus hæredes quidquam restituere tenentur, neque hæredes ejus, qui occisus fuit, quidquam petere possunt in conscientia, quia, cum nunquam antea quidquam petierint, videntur ejusmodi restitutionem noluisse, & sic, stante bona fide in debitoribus, præscripta remansit actio contra occisorem, ac ejus hæredes. Ita *Hurtad. tract. varior. part.* 2. *tract.* 8. *part.* 2. *resol.* 13. *num.* 224. & *seqq.* prout idipsum habetur ex *l. sicut in rem, C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *annorum*, nec non expresse traditur à multis, quos refert, ac sequitur *Bonacin. de restitut. in genere, differ.* 1. *quæst. ult. punct.* 2. *num.* 16. Immo multi, quos affert *Petr. Barbosa de præscription.*

ad

ad d. l. ficut 3. *C. de præfcrip.* 30. *vel.* 40. *annor. num.* 21. *ac feqq.* dicunt, quod, cum debitor non teneatur folvere, nifi poftquam creditor illum interpellaverit, ut debitum folvat, cumque lex puniendo negligentiam non petentis 40 debitorem liberet, proinde Jura, quæ bonam fidem in præfcriptione requirunt, tunc locum non habent.

FINIS.

AD MAJOREM DEI, DEIPARÆQUE VIRGINIS MARIÆ, AC SANCTORUM ADVOCATORUM MEORUM GLORIAM.



INDEX

INDEX RERUM,

E T

VERBORUM NOTABILIUM

TOTIUS OPERIS.



AMBASCIATOR.

AMBIGUUM.

ANDROGYNUS.

res

BANNUM.

BONUM.

BREVICULUM.

C

CARDINALIS.

CARENTIA.

CASTRATUS.

CASUS.

ad

An

CONCESSIO.

Cul-

ter

CURIA.

CUSTOS.

D

DAMNUM.

DATUM.

DEBILITAS.

DEBITOR.

DECALOGUS.

DECREPITUS.

DEFENDO.

DEFENSIO.

DELICTUM.

DELINQUENS.

DELIRARE.

DEMENS.

De-

DEMENTIA.

DEUS.

DICTUM.

DIES.

Ci-

Ani-

Cur

EXCOMMUNICATIO.

EXCOMMUNICATUS.

EXCUSATIO.

EXPENSÆ.

EXPERIMENTUM.

EXPERIOR.

EXPLODENS.

FOEMINA.

FOETUS.

FORENSIS.

FORTUITUM.

FORTUNA.

HERMAPHRODITUS.

HOMICIDA.

HOMICIDIUM.

Iniu-

MORTUUS.

MULIER.

per

&

Occi-

nea-

An

OCCISOR.

PA-

PRO-

bene-

SENIOR.

SENIUM.

SENTENTIA

VERITAS.

VIDEOR.

VIOLENTUM.

Unum,

USUS.

USUSFRUCTUS.

UXOR.

FINIS INDICIS, ET TOTIUS OPERIS.

IMPRIMATUR.

Fr. Joannes Carolus Falconi Magiſter, ac Inquiſitor Generalis Parmæ, Burgi &c.

IMPRIMATUR.

Julius dalla Roſa Vic. Gen.

Vidit Nicellus Præſes Cam.





EXCUDEBANT PARMÆ,

Albertum Pazzonum, & Paulum Montium Socios. 1693.

SUPERIORUM PERMISSU.

